¶ Qui cū receſſiſſent · ecce angelus dn̄i apparuit in ſomnis Joſeph · dicens · Surge & accipe puerum & matrē eius · & fuge in egiptū · & eſto ibi vſq; dū dicā tibi · futur̄ ē em̄ vt herodes q̄rat puer̄ ad p̄dēdū eū · q̄ conſurgens accepit puerū & matrē eius nocte & ſeceſſit ī egiptū. Et erat ibi vſq; ad obitū herodis · vt adimpleret᷑ · qd dictū ē a dn̄o p̄ ꝓphetam dicentē · Ex egipto vocaui filiū meū. ¶ Raban⁹ ¶ Hic p̄termittit matheu⁹ diē purificatōis · in qua optebat p̄mogenitū offerri ī tēplo & agnū vel par turtur̄ · nō aūt colūbar̄ · Et q̄uis timerēt herodē · tn̄ nō ſunt auſi trāſgredi legē · qn ad tēplū puerū deferrent · Cū itaq; rumor de puero iaz inciperet dilatari · mittitur angel⁹ qui in egiptum faciat puer̄ trāſptari · Vn̄ dicit · Angel⁹ domini apparuit in ſomnis Joſeph. ¶ Remigius · Per hoc ꝙ ſemper angelus Joſeph ī ſomnis apparuiſſe dr̄ · miſtice deſignat᷑ qa illi q̄ a curis terrenis & ſecularib; negocijs quieſcūt · pfrui angelica viſiōe merent᷑ · Dicit g° ei · Surge & accipe puerū & matrē eius · ¶ Hyla · Cū deſponſatā eā iuſto ſig̃ficabat · cōiugē nūcupauit · Sed poſt ptum mater tm̄ Jeſu oñdit᷑ · vt queādmodū iuſto Joſeph deputaretur Marie ī v̄ginitate cōiugiū · ita venerabilis eius oñderetur in Jeſu m̄ris v̄ginitas · ¶ Chriſ. ſup matheū · Non aūt dicit accipe matrē & puerū eius ſed ecōuerſo · qa non ꝓpt᷑ matrē puer nat⁹ eſt. ſ; ꝓpter puerū mater p̄parata ē · Sequit᷑ · Et fuge ī egiptū Quomodo aūt filius dei ante hominē fugit? aut q̄s liberet de inimicis · ſi & ipſe inimicos ſuos timet? Et p̄mū quidē oportet vt regulaz humane nature quā ſuſcepit · cōſuet · & ī hac pte qa humāe nature & puerilitati cōuenit fugē · ptātē minantē · Deinde vt ceteri xp̄iani cum neceſſitas perſecutionis aduenerit · fugē non erubeſcant · Sed quare in egiptū? recordatus eſt em̄ dn̄s qui non in finem iraſcitur · quāta mala fecerit ſuper egiptum · ideo mittit filiū ſuū in eam · & dat illi magne recōciliationis ſignū · vt decem plagas egipti vna medicina ſanaret · vt popul⁹ qui an̄ fuerat pſecutor populi p̄mogeniti · cuſtos fiēt filij vnigēiti · vt qa illi violēt᷑ dn̄ati ſūt · iſti cū deuotōe ſuirēt. vt iam nō irent ad mare rubr̄ demergēdi · ſed vocarent᷑ ad aquas baptiſmatis viuificādi. ¶ Auguſtin⁹ in ſmone de epiph · Audi etiā magni miſterij ſacr̄mētū · Moyſes aliqn̄ in egipto pfidis clauſerat diē. illuc xp̄us adueniens ſedētib; ī tenebris reddidit lucem · fugit. vt illūmaret nō fugit · vt lateret. Seqtur · Et eſto ibi vſq; dū dicā tibi · futur̄ ē em̄ · vt herodes puerū q̄rat ad p̄dēdū eū · Putabat em̄ infelix tirān⁹ ſaluatoris aduētu regali ſe ſolio detrudēdū. Sed nō ita eſt · non ad hoc venerat xp̄s vt alienā gloriā inuaderet · ſ; vt ſuā donaret · Seqtur · Qui cōſurgēs accepit puer̄ & matrē eius nocte & ſeceſſit ī egiptū ¶ Hylarius · Scilicet idolis plenā · Jam em̄ poſt iudeor̄ inſectationē iudeā relinq̄ns ig̃ranti ſeculo colend⁹ infert᷑ . ¶ Hiero · Quādo igit᷑ tollit puerū & matrē eius vt ī egiptū trāſeat? nocte tollit ī tenebris · Quādo v° reuertit᷑ ī iudeā · nec nox nec tenebre ponūtur in euāgelio. ¶ Chriſ · ſup matheū Omis em̄ pſecutōnis anguſtia nox eſt · refrigeriū aūt dies. ¶ Raban⁹ · Vel quia luce vera recedēte lucis ipius mores in tenebris remāſerūt · Ipa vero redeūte illūminantur. ¶ Chriſoſtom⁹ in home · Vide autem ſtatim ipo nato tirānum inſanire · & ꝙ mater cum puero ad extraneam effugat᷑ regionem. vt ſi tu incipiens alicui ſpiritali rei deſuire · videaris tribulari · non turberis · ſed oīa virilit᷑ feras hoc habēs exemplū. ¶ Beda · Quod em̄ dn̄s a pentib; ſublatus eſt ī egiptū · ſignificat electos ſepius malor̄ improbitat · ſuis effugādos ex ſedib;. vel etiā exilio dānandos · Siquidē ipe q̄ ſuis erat p̄cepturus · cum vos pſecuti fuerint ī vnā ciuitatē · effugite in aliam p̄m⁹ fecit · qd p̄cepit · fugiēdo hominem quaſi hō in terra · quem ſtella magis paulo an̄ adorandū monſtrauit ex celo. ¶ Remi. Qz aūt dn̄s in egiptum iturus eēt · p̄dixerat Eſaias cum ait · Ecce domin⁹ aſcendet ſuper nubem leuē & ingrediet᷑ egiptū . & diſperdet ſimulac᷑ egipti. ¶ Remigius. Conſuetudo aūt fuit iſtius euāgeliſte oīa q̄ dixit cōfirmare · & hoc ideo qa iudeis ſcribebat · ideoq; ſubiungit · vt adimpleretur qd dictum eſt a domino per ꝓphetam dicentem · Ex egipto vocaui filium meū ¶ Hieronimus de optimo genē interp̄tandi. Hoc · lxx · interp̄tes non habent · Sed in Oſee ꝓpheta iuxta hebraicam ſcribit᷑ veritatem · qa puer Jſrael · Et dilexi eū · Ex egipto vocaui filium meū · Pro quo . lxx . tranſtulerūt · Quia paruul⁹ eſt Jſrael & dilexi eum · ex egipto vocaui filiū meū · ¶ Hiero · ſuper Oſee · Hoc autem teſtimonio vtit᷑ euāgeliſta qa hec tipice referūt᷑ ad xp̄m · Notandū em̄ ꝙ in hoc ꝓpheta & ī alijs ita de aduētu xp̄i & deuotōe gētiū p̄nūtiatur · vt radix hiſtorie penitus non deſerat᷑ . ¶ Chriſoſtom⁹ in home · Eſt etiam ꝓphetie lex multa multotiens de alijs · Compleri at᷑ ī alijs ſicut de Simeōe & Leui dictū eſt. Diuidam eos ī Jacob & diſpergam in Jſrael · quod non in eis · ſed ī nepotib; cōpletum eſt. qd & hic apparet · Xp̄us em̄ natura dei filius eſt · & ſic ī eo vere ꝓphetia cōpletur · ¶ Hiero. Poſſum⁹ aūt & hūc locum cōſolari · & inducem⁹ teſtimoniū ex nūeris · Deus ex egipto vocauit eum · gloria eius ſicut vnicornis . ¶ Remigius. Per Joſeph autez deſignatur ordo p̄dicator̄ · Per Mariā · ſac᷑ ſcriptura per puerū noticia ſaluatoris · per perſecutionē herodis pſecutio quā paſſa eſt eccleſia in hieroſolimis · Per fugā Joſeph ī egiptū · trāſit⁹ p̄dicatorū ad gētes īfideles. Egiptus eī tenebre int᷑p̄tāt᷑ ·

Per tẽpus quo fuit in egipto · ſpatiũ tpis ab aſcẽ
ſione domini vſq; ad aduentũ antixpi · p obitũ hero
dis extinctio inuidie in cordibꝰ. Sequit textꝰ
¶ Tũc herodes vidẽs qm̃ illuſus eẽt a magis ira-
tus ẽ valde · & mittens occidit oẽs pueros q̃ erãt in
bethleẽ & ĩ oĩbꝰ finibꝰ eius · a bimatu & infra · ſm
tẽpꝰ qđ exq̃ſierat a magis · ¶ Chriſoſtomꝰ ſup
matheũ · Poſtq̃ puulꝰ Jeſus magos ſuo imperio
ſubiugauit · nõ poteſtate corporis ſed gratia ſpũs ·
iraſcebat̃ herodes · qa q̃s ipe ſedes in throno regni
ſuadẽ non potuit · his Jeſus paruulus placuit ĩ p̃
ſepio iacens · deinde cõtemnẽtes eũ magi addiderũt
cauſas doloris · Vñ dr̃ · Tũc herodes vidẽs qm̃ il-
luſus eẽt a magis · iratus ẽ valde · Jlla em̃ regũ ira
magna & inextinguibilis eſt · quã regni zelus ac-
cendit · Sed qđ fecit · Mittẽs occidit oẽs pueros ·
Sicut em̃ beſtia vulnerata quicqđ oculis eius oc-
currit · q̃ſi autorẽ ſui vulneris dilaniat · ſic & ille de
luſus a magis irã ſuã ſup puulos diffundebat · Di
cebat em̃ cogitãs in furore · Certe magi puerũ in-
uenerũt · quẽ regnaturũ dicebãt · Nam rex regni ze
lo repletus de eis oĩa timet · oĩa ſuſpicatur · Jdeo g̃
miſit · & interfecit om̃es paruulos vt vnũ inueniret
in oĩbꝰ · ¶ Auguſtinꝰ ĩ ſmone de epip · Et dũ inſe
quit̃ xpm regi noſtro coeuũ ꝓcurauit exercitum
ſtolis victricibꝰ candidatũ · ¶ Auguſtinꝰ ĩ ſmõe
de innocẽtibꝰ · Ecce ꝓphanus hoſtis beatis paruu-
lis nũq̃ tm̃ pdeẽ ꝓtuiſſz obſeq̃o q̃ntũ ꝓfuit odio ·
Nam quãtum cõtra eos iniq̃tas habũdauit · tantũ
g̃tia benedictionis effulſit · ¶ Jdem · O paruuli be
ati · ille de veſtra corona dubitabit in paſſione pro
xpo · qui etiam paruulis baptiſmũ pdeẽ non ex-
iſtimat xpi · nam qui natus habere potuit pdica-
tores ãgelos · narratores celos · adoratores magos ·
potuit & illis ne ꝓ eo ſic morerent̃ · preſtare ſi ſci-
ret illa morte perituros · & non potius maiore feli-
citate victuros · Abſit vt ad liberãdos hoĩes xpus
veniẽs de illoꝝ pmio q̃ ꝓ illo interficerent̃ nihil ege-
rit · qui pẽdens in ligno ꝓ eis a qbꝰ interficiebat̃ o-
rauit · ¶ Rabanus · Non eſt aũt cõtentꝰ vaſtatõe
Bethleẽ · ſ adiacẽtia loca vaſtauit · nec vllã miſe-
ricordiã etatis habuit · a filio vnius noctis vſq; ad
filiũ duoꝝ annoꝝ quĩ oẽs occidet̃ · Vñ ſubdit · Jn
Bethleem & ĩ oĩbꝰ finibꝰ eius a bimatu & infra ·
¶ Auguſtinꝰ ĩ ſmone de epip · Jn celo em̃ viderãt
magi ignotiſſimã ſtellã nõ añ paucos dies · ſed añ
finem biennij ſicut inq̃renti Herodi patefecerunt ·
Vñ a bimatu & infra occidit ĩfantes · ꝓpt̃ qđ ſeq̃-
tur · ſcđm tempus quod exq̃ſierat a magis · ¶ Au
guſtinꝰ in ſer · de inno · vel qa timebat ne puer cui
ſidera famulant̃ · ſpeciẽ ſuã paulo ſup etatẽ vel in-
fra transformaret · vel etatem ſui tpis occultaret ·
Jdeo videt̃ pueros a bimatu vſq; ad pueros vniꝰ
diei interfeciſſe · ¶ Auguſtinꝰ de con · euã · Vel ali-
q̃ꝝ magis ꝓpinquãtiũ periculoꝝ terroribꝰ agitatꝰ
Herodes ab illa cura ſcz interficiẽdi pueros mẽte
abrepta in alijs potiꝰ occupat̃ · Vel potuit credere
magos fallacis ſtelle viſione deceptos · poſteaq̃ ĩ-
uenerũt · quẽ natũ putauerãt · erubuiſſe ad ſe redire
Atq; ita timore depulſo a pſequẽdo puero q̃euit ·
Et ſic cõpletis diebꝰ purgatõis tute cũ illo aſcẽdẽ
potuerũt · Quis em̃ ñ videat vnũ illũ diẽ regẽ mul-
tis occupatũ latẽ potuiſſe · deide vulgatis rebꝰ q̃ in
tẽplo dicte facteq; fuerãt · Herodes ſenſit ſe a ma-
gis illuſũ · ac deinde ſic hic dr̃ · multos ĩfantes occi dit
¶ Beda in home · Jn hac aũt morte pueroꝝ · oĩm
xpi martirũ p̃cioſa eſt mors deſigta · Qui puuli oc-
ciſi ſũt · ſigficat p hũilitatis meritũ ad martiriũ p
ueniẽdũ gloriã · Quod ĩ bethleẽ & ĩ oĩbꝰ finibꝰ eius
occiſi ſũt · oñdit in iudea vñ eccleſie cepit origo &
vbiq; per orbẽ pſecutõeꝝ ſecuturã · Qui bimi occiſi
ſũt · doctrina & opatõe pfectos indicãt · Qui vero
infra ſimplices · q̃ illi q̃dẽ occiſi ſũt & xps euaſit ·
inſinuat corpa martirũ ab impijs poſſe peremi · ſed
xpm ab eis nõ poſſe auferri Sequit textꝰ
¶ Tũc impletũ ẽ qđ dictũ eſt per Hiẽmiã ꝓphetã
dicentẽ · Vox in rama audita ẽ ploratꝰ & vlulatus
multus · Rachel plorãs filios ſuos · & noluit cõſo-
lari · qa nõ ſunt · ¶ Quia euãgeliſta horrore imple
uit auditorẽ crudelẽ occiſionem · ¶ Chriſoſtomus
in homelia · ¶ Narrãs · rurſus mitigationem appo-
nit oſtendẽs q̃ hec non facta ſũt deo nequeũte ꝓhi
bere atq; igrãte · ſed per ꝓphetã pdicente · vñ dicit ·
Tũc impletũ eſt · ¶ Hieronimꝰ ſup Hiẽmiã · Hoc
Hiẽmie teſtimoniũ Matheꝰ non ſm hebraicã ve-
ritatẽ · nec iuxta · lxx · protulit · Ex q̃ pſpicuũ eſt
euãgeliſtas & apoſtolos non interptationem ali-
cuius ſecutos ſed tanq̃ hebreos quod legebãt he-
braice ſuis ſermonibꝰ expreſſiſſe · ¶ Hieronimus
ſup matheũ · Quod autem dr̃ in rama · non putemꝰ
loci nomẽ eẽ quod eſt iuxta Gaba · ſed Rama ex-
celſum interptatur · vt ſit ſenſus · vox ĩ excelſo au-
dita eſt id eſt longe lateq; diſperſa · ¶ Chriſoſto-
mus ſuper matheũ · Vel quoniã de morte innocen-
tiũ mittebat̃ · ideo ĩ excelſo audiebat̃ · ſcđm illud ·
Vox pauperis penetrat nubes · Q aũt dicit plo-
ratus · fletum paruuloꝝ oñdit · Q autem dicit vlu
latus · matrum ſignificat lamentum · Jn paruulis
aũt mors faciebat finem doloris · Jn matribꝰ autẽ
ſemp per memoriã reparat̃ · & ideo dicit · Vlulatꝰ
multus · Rachel plorãs filios ſuos · ¶ Hiero · De
rachel natus eſt Beniamin ĩ cuius tribu nõ ẽ beth-
leem · Querit̃ g̃ quomõ rachel filios iu de idẽ fili
os bethleem quaſi ſuos ploret? Reſpondebimꝰ bre-
uiter quia ſepulta ſit iuxta bethleem in effrata ·
& ex corpuſculi hoſpicio matris nomẽ accepit · Si-
ue qm̃ iuda & beniamin due tribꝰ iuncte erant · Et
Herodes pceperat ñ ſolũ ĩ bethleẽ interfici pueros ·
ſ & ĩ oĩbꝰ finibꝰ eius · per occiſionẽ bethleem intel-
ligimꝰ multos etiã beniamin fuiſſe ceſos · ¶ Augꝰ
de queſti · no · & vete · teſtamẽ · Vel quia filij benia
min qui ad rachel pertinent olim a reliquis tribu-
bus extincti ſunt · & in preſenti & in futuro craſ ·
Tũc g̃ Rachel cepit filios ſuos plangere · quando

filios ſororis ſue in tali cauſa vidit occiſos vt et=
ne vite hẽdes exiſteret· Cui enĩ aliqͥd aduerſũ eue
niat ex felicitate alterius · infauſta miſere luget·
¶ Remi· Aſſumpſit aũt ſãctus euãgeliſta ad ex=
aggerandã magtudinẽ luctꝰ ·vt dicẽt etiã Rache
lẽ mortuã ploraſſe filios ſuos· & noluit cõſolari·qͣ
nõ ſũt· ¶ Hiero. Et hoc ſm duplicẽ intelligẽtiã ſi
ue ꝙ eos ineternũ mortuos exiſtimaret· ſiue ꝙ ſe
ↄſolari nollet de his quos ſciuit eẽ victuros·vt ſit
ſenſus·noluit cõſolari de hoc ꝙ non eẽt· ¶ Hyla·
Non enĩ nõ erãt hi q̇ mortui putabant· in eternita
tis enĩ ꝓfectũ ꝑ martirij gloriã efferebant· Con=
ſolatio autem rei amiſſe erat preſtãda·non aucte·
¶ Hylarius ſuꝑ matheũ· Rachel eccleſie typũ ꝑ̃
tulit diu ſterilis nũc fecũde· huiꝰ ploratꝰ·ex filijs
non idcirco qͣ peremptos dolebat·audit̃·ſed qͣ ab
his ꝑimebat̃· q̊s filios retinere voluiſſet· ¶ Ra=
banus· Vel ſignificat eccleſiã qͥdem plorare ſãcto
rum de hoc ſeculo ablationem· ſed non ita velle ſe
cõſolari·vt q̇ ſeculũ morte vicerũt rurſus ad ſeculi
certamina ſecum redeãt tolerãda quia non ſunt vl
tra reuocãdi i mũdũ· ¶ Glo· Vel n̄ vult cõſolari
in p̃nti quia non ſunt·ſed omnẽ ſpem & cõſolatõez
ad eternã trãſmittit vitã. ¶ Raba· Dñ aũt Rach
el qͣ ouis vel vidẽs dr̄. Eccleſiã figurat·cuiꝰ tota
intẽtio vt deũ cõtemplet̃ ·inuigilat· Et ipã ẽ ouis
cẽteſima quã paſtor i hũeris reptat. Seq̇ Textꝰ
¶ Defuncto aũt herode ecce apparuit angelꝰ dñi i
ſomnis Joſeph in egipto dicens· Surge & accipe
puerum & matrem eius· & vade in terrã iſrael·de
fuucti ſũt enĩ q̇ q̄rebãt animã pueri· ¶ Ex eccle=
ſiaſtica hiſtoria· Cũ ꝓ ſacrilegio quod herodes
in ſaluatorem cõmiſerat· & ſcelere qδ iniq̇ vox eiꝰ
ꝑegerat·vltio eũ diuina purgẽt i mortẽ·corpꝰ eiꝰ
vt Joſephus refert morbꝯ inuaſit diuerſus·ita vt
dicẽtur a vatibꝯ nõ morbi corꝑis hec·ſ; diuine vl=
tionis eẽ ſupplicia· Jp̃e aũt furore iã plenꝰ nobili=
ores & p̃marios ex oĩ iudea ad ſe colligi & recludi
iubet in carcẽ·mandãs ſtati vt ſpm̃ exhalaſſ; oẽs
interfici vt eius obitũ oĩs iudea deflẽt inuita· Paulo
aũt añ ꝙ̄ nouiſſimũ ſpm̃ reddẽt· Antipatꝝ filium
ſuũ iugulauit·poſt duos pueros q̊s añ necauerat·
ſcʒ Alexãdꝝ & Ariſtobolũ· Talis igit̃ herodis
filius q̇ digna ſupplicia ſcelẽ quod in bethleem er=
ga paruulos geſſerat· & ꝓ inſidijs ſaluatoris exa=
ctꝰ eſt·ab euãgeliſta deſignat̃ cũ dicit· Defuncto
aũt herode· ¶ Hiero· Multi ꝓpt̃ igrãtiã hiſtorie
labunt̃ i errorem·putãtes eũdẽ eẽ herodẽ a quo in
paſſiõe dñs irridet̃· & qui nũc mortuꝰ eẽ refert̃·
Ergo Herodes ille q̇ cũ Pilato poſtea amicicias
fecit· huius herodis filius eſt· frater Archelai·
quẽ Tiberius ceſar Lugdunũ relegauit· fratrẽq;
eius herodẽ ſucceſſorem regni fecit· Primo g̊ he=
rode defuncto· Ecce apparuit angelꝰ dñi i ſomnis
Joſeph in egipto dicens· Surge & accipe puerũ
& matrẽ eius· ¶ Dyoniſiꝰ in celeſti hierarchia·
Vide quoniã & ip̃e Jeſus ſuperceleſtibꝯ eſſentijs
exiſteñs·ad id qδ ſcδm nos eſt·immutabilit̃ ve=
niens non refugit ad ſe ordinatam & aſſumptam
humanã ordinatõnẽ· ſed obediẽs ſubdit̃ dei p̃ris ꝑ
angelos diſpoſitõibꝯ· & per medios ip̃os annũtiat̃
Joſeph a p̃re diſpoſita filij ad egiptum receſſio· &
iterũ ad iudeã ex egipto trãſductio. ¶ Chriſ· Vi
des enĩ qͣ Joſep ad miniſteriũ Marie erat electꝰ·
Eũte enĩ illa i egiptum & redeũte quis miniſteriũ
ei tãte nec̃citatis implẽt·niſi deſpõſata fuiſſ;· Nam
in p̃ma qͥdẽ facie Maria puerũ nutriebat & Joſeph
cõſuabat· Reuera aũt puer & matrem nutriebat·
& Joſeph tuebatur· Seq̇tur· Et vade in terrã iſ=
rael· Quaſi medicus enĩ deſcẽdit in egiptũ·vt viſi=
taret eam lãguentẽ erroribꝯ. nõ vt remaneret i ea·
Reuerſionis aũt ratio aſſignat̃ ·cum ſubdit̃ · De=
functi ſunt enĩ qui q̄rebãt aiam pueri· ¶ Hieroni·
Ex hoc loco intelligimꝰ nõ ſolũ herodẽ ſed etiam
ſacerdotes & ſcribas eo tẽpore necem domini fuiſſe
meditatos· ¶ Remigiꝰ· Sed ſi multi fuerũt·quõ
in tam breui ſpatio extincti ſũt? qͣ vt dictũ ẽ· He=
rode mortuo occiſi ſunt omnes maiores qui i cuſto
dia tenebantur· ¶ Chriſoſtomꝰ ſuper matheum·
Quod dicit̃ cõſilio factum eẽ·quia conſenſerũt he=
rodi vt inq̇rẽt puerum & occideret· quia ſcriptum
ẽ· Turbatus eſt herodes & oĩs hieroſolĩa cũ illo.
¶ Remigius· Aut certe locutus eſt euãgeliſta ꝑ
ſpeciem tropi quãdo multi ponuntur pro vno· Jn
hoc autem ꝙ dicit·animam pueri·deſtruuntur hẽ
tici qui dixerũt chriſtum non ſumpſiſſe animam·
Sed loco anime habuiſſe diuinitatẽ · ¶ Beda i ho=
melia· Ꝙ autem occiſis ꝓ dño pueris herodes non
longe poſt obijt· & Joſeph dominũ cũ matre ad t̃=
rã iſrael reduxit·ſignificat om̃es ꝑſecutiones·que
cõtra eccleſiã erãt mouẽde. perſecutorꝝ morte vin=
dicandas· & pacem eccleſie denuo reddẽdam· & ſã=
ctos qui latuerãt· ad ſua loca reuerſuros· Vel qδ
defuncto herode redit ad terrã iſrael Jeſus denun=
tiat ꝙ Enoch & Helia p̃dicãtibꝯ iudei ſopita mo=
derne inuidie flãma fidẽ v̾itatis accipiẽt· Textꝰ
¶ Qui cõſurgẽs accepit puerꝝ & matrẽ eꝰ· & veñt
in terrã iſrael· Audiens aũt ꝙ Archelaus regñret i
iudea ꝓ herode p̃re ſuo· timuit illo ire· & admoni=
tus in ſomnis· ſeceſſit in partes galilee· & veniens
habitauit i ciuitate que vocat̃ Nazareth· vt adim=
pleret̃ ·quod dictũ eſt ꝑ ꝓphetas· Quoniã Nazare=
us vocabit̃ ¶ Glo· Angelice admonitõi Joſeph
non inobediens fuit· Vnde ſequit̃ · Qui cõſurgẽs·
Accepit puerꝝ & matrẽ eiꝰ & venit i terrã iſrael·
Non enĩ δterminauerat angelꝰ·in q̊ loco terre iſ=
rael· vt dubitãte ioſeph iterũ reuertat̃ · & frequẽ=
tiori viſitatõe angeli certior redderet̃. Vnde ſeq̇t̃
Audiens aũt ꝙ Archelaꝰ regñret in iudea ꝓ hero
de p̃re ſuo. timuit illo ire. ¶ Ex hiſtoria Joſephi
Habuit ſiqͥdem herodes vxores·xx·ex quarꝝ ſep
tẽ numeroſã ſuſcepit ſobolem· Primogenitus eiꝰ
antip̃r ex Joſide Joſida Allexãder & Ariſtobolꝰ
ex Mariamne· Archelaꝰ ex Mathaca ſamaritide·

Herodes antipas q̇ poſt ea Tetracha fuit· & Phi
lipp⁹ ex cleopatra ieroſolimitide Tribꝫ igit̃ p̃mis
ab herode īt̃fectis & p⁹ mortē ei⁹ occaſiōe teſta
mēti p̃ris Archelao gubernationē regni vſurpāte
& cā de ſucceſſione regni ad ceſarē Auguſtū delata
tādē de cōſilio ſenatus omnē herodis mōarchiā di-
ſtribuit· mediā ptem ſcꝫ idumeā & iudeā tradens
Archealo ſub nōie tetrachie· pollicitus ſe facturū
eū regē. ſi ſe dignū p̄buiſſꝫ. Mediā vͦ ptē ī duas
fecit tetrachas. ſeceſſitq; gallilea ī ptē herodis
Tetrache. Iturei vͦ & tracomtidis regio philip
po. Fact⁹ ē g̊ poſt herodē defunctū archela⁹ quaſi
dyarchus qd̄ dominij gen⁹ hic regnum appellat·
¶ Auguſtin⁹ de cō· euā· Sed hic aliq̄s q̄ret· quō
ſicut Lucas narrat· ibāt pētes eius p omnes ānos
pn̄ie ī hieruſalē. Si archelai timore ibi ꝓhibebāt̃
accedere· Hoc diſſoluē nō ē difficile· fieri em̄ pote-
rat vt per diem feſtum inter tam ingentem turbā
latenter aſcēderēt· mox reuerſuri· cum tamē alijs
diebꝫ habitare metuerent· vt nec ſolennitate p̄ter-
miſſa eēnt irreligioſi nec in cōtinua manſione per-
ſpicui· Iſte quoq; intellectus patet. vt quod Lu-
cas dicit per omnes ānos eos aſcendē ſolitos ī hie
ruſalem· Tūc accipiam⁹ factū· cū iā nō metuētur
archelaus· q̇ ſ̃m hiſtoriā Joſephi ſolū· ix· ānis re-
gnauit· Seq̄tur Et admonitus ī ſōnis ſeceſſit ī p-
tes galilee· Sꝫ forte hinc q̇ſpiā moueat̃ cū Ma-
theus dixerit ideo timuiſſe Joſeph cū puero rede-
untē ire ī iudeā· q̇a cum p̄re ſuo herode Archelaus
filius eius reg̃bat· quō potuit ire in galileam· vbi
alius filius ei⁹ Herodes tetracha erat· vt Lucas
teſtat̃· Quaſi vͦ ipā ſint tp̄a q̇bꝫ puero timebat̃· q̄
Lucas cōmemorauit· q̄ vſq; adeo mutata erāt. vt ī
ipā iudea nō rex eēt archelaus· ſed p̄ſes Pilatus.
¶ Gloſa. Sꝫ tunc q̄rit̃· q̄re nō timuit Joſeph in
galileā ire· cū & ibi archelaus regnaret· ſed meli⁹
potuit latē cū puero ī Nazareth q̄ ī Hieruſalē vbi
erat caput regni archelaus. ¶ Chriſoſtom⁹ ī ho-
melia· Et etiā q̇a villam natiuitatis mutauit· res
obumbrat̃· Impetus em̄ oīs erat aduerſus Beth-
leem & fines eius· Venit igit̃ Joſeph ī nazareth
& periculū fugiens & ī patriam rediēs· Vn̄ ſeq̄t̃·
Et veniēs habitauit in ciuitate q̄ vocat̃ Nazareth·
¶ Auguſtin⁹ de cō· euā· Forte & hoc mouet· quō
dicat Mathe⁹ ꝓptēa cū puero Jeſu pētes eius iſſe
in galileā· q̇a metu Archelai in hieruſalē ire nolu-
erit· cū ꝓptēa magis iſſe galileā videāt̃· q̇a ciuitas
eoꝝ erat Nazareth galilee ſicut Lucas nō tacuit.
Sed intelligendū eſt· vbi āgelus in ſomnis ī egi-
pto dixit ad Joſeph. Vade in terrā Iſrael. ſic in-
tellectū p̄mo eē a Joſeph· vt putaret rectius eē p-
gē in iudeā· Ipā em̄ p̄mitus intelligi potuit terra
Iſrael. Poſtq̄ vͦ cōperit ibi reg̃re Archelaū no-
luit obijcē ſe piculo· cū poſſet t̃ra Iſrael etiā gali-
lea intelligi· q̇a & ipſā popul⁹ iſrael īcolebat· Quā
q̄ poſſit & aliter ſolui q̇a potuit vidē pētibꝫ xp̄i n̄
eē habitādū ibi cū puero niſi in hieruſalē· vbi erat
templū dn̄i· & illuc iuiſſent niſi Archelai p̄ntia t-
rerentur· Non aūt diuinitus iubebant̃ in iudea vel
Hieruſalem habitare· vt de Archelao quod time-
bāt cōtemnē· Sed in terra iſrael in q̄ etiā vt dictū
eſt· poterat intelligi galilea· ¶ Hilari⁹. Verū ty-
pica cōſuata eſt· Joſeph em̄ apoſtoloꝝ tenet ſpe-
ciem· quibꝫ xp̄us circumferendus eſt creditus· Hi
tanq̄ Herode mortuo id eſt populo eius in paſſiōe
dn̄i depdito. Judeis p̄dicare ſūt iuſſi· Miſſi ei erāt
ad oues perditas domus iſrael· Sed manēte hēdi
tarie infidelitatis dominatu metuūt· & recedūt per
viſum admoniti ſp̄ūs ſancti donū in gentibꝫ cōtē-
plātes ad eū cōferūt chriſtum· ¶ Rabanus· Vel
hec vltima tēpa eccleſie deſignat· quādo plurimis
iudeoꝝ ad p̄dicationē Enoch & Helie cōuerſis ce-
teris ad inſtinctum antixp̄i cōtra fidem pugbunt·
Pars igitur iudee in qua regnabat Archelaus ā-
tixp̄i ſequaces on̄dit· Nazareth autē galilee quo
trāſfert̃ xp̄us· partē eiuſdē gētis que fidē eſt ſuſce
ptura· deſignat· Vn̄ galilea trāſmig̃tio· Nazareth
aūt flos v̊tutum interp̄tatur· quia eccleſia quo ar
dētius a terrenis ad celeſtia tranſmigrat· eo magis
v̊tutum flore & germine abūdat· ¶ Glo. Huic at̃
ꝓphete teſtimoniū adiungit dicens· Vt implētur
quod dictū ē per ꝓphetas· Quoniā Nazare⁹ voca-
bitur· ¶ Hieronimus· Si fixum de ſcripturis po-
ſuiſſꝫ exemplū· nunq̄ dicēt· quod dictū eſt p ꝓphe
tas. ſ; ſimplr̄· quod dictū eſt per ꝓphetam· Nūc at̃
pluraliter ꝓphetas vocans· oſtendit ſe non verba
de ſcripturis ſumpſiſſe· Nazareus interp̄tatur ſan-
ctus Sanctum autem dominū futurum omnis ſcri
ptura cōmemorat. Poſſum⁹ & aliter dicere q̄ etiā
eiſdem verbis iuxta hebraicam veritatem ī Eſaia
ſcriptum ſit· Exiet virga de radice ieſſe & Naza-
reus de radice cōſurget· ¶ Chriſoſtomus in home
lia· Aut forte legerūt & aliquos ꝓphetas ita dicē-
tes qui non ſūt nobis canonizati· ſicut Nathan &
Eſdra· Et quoniā hoc ꝓphetatū erat· manifeſtat
Philippus dicens ad Nathanaelem quem ſcripſit
Moyſes ī lege īuenim⁹ Jeſū a nazareth. Vn̄ etiā
p̄⁹ xp̄iani Nazarei vocabāt̃· Sꝫ apud antiochiā
mutatū ē hoc nomē. & dicti ſūt xp̄iani· ¶ Aug⁹·
de cō· euā· Hec at̃ oīa q̄ ſūt a nāratōe magoꝝ & deī
ceps Lucas tacet· hoc ꝓide cogſcēdū q̄ deiceps ad
cetera valeat· ſic vnūquēq; euāgeliſtaꝝ cōtexē nā
rationē ſuā. vt tanq̄ nihil p̄termittentis ſeries di-
geſta videat̃· tacitis em̄ q̄ n̄ vult dicē. ſic ea q̄ vult
dicē illis q̄ dicebat· adiungit· vt ipā cōtinuo ſequi
videant̃· Sꝫ cū alt̃ dicit ea· q̄ alt̃ tacuit. diligēter
ordo cōſiderat⁹ īdicat locū· vbi ea potuerit a q̊ p̄t-
miſſa ſūt trāſilire·

¶ Capitulū· iij·

In diebꝫ at̃ illis venit Johes bap-
tiſta p̄dicās in deſerto iudee & di-
cēs. Pn̄iā agite· appropinq̄t em̄
regnū celoꝝ· Hic ē ei q̇ dict⁹ ē p
Eſaiā ꝓphetā dicentē. Vox cla-
mātis ī deſerto· parate viā domini·

rectas facite ſemitas eius. ¶ Chriſoſtomus ſuper
Matheū. ¶ Sol appropiās ātequā appareat mittit
radios ſuos. & facit albeſcē orientē. vt pcedēs au-
rora aduentū diei demōſtret. Sic dn̄s natus ī mū
do antequā appareat p doctrinā ſpūs ſui fulgore trāſ-
miſſo illūinauit Johānem vt pcedēs ille aduentum
anūtiet ſaluatoris. Et ideo poſt ortū xpi enāratum
doctrinā eius enarraturus euāgeliſta & baptiſmū
in q̊ teſtimoniū habuit de pcurſore & baptiſta p-
mittit dicens. In diebꝰ aūt illis venit Johannes
baptiſta pdicās in deſerto. ¶ Remigius. His autē
v̂bis beati Johānis non ſolū tēpus & locum & p-
ſonā. ſed etiā officiū & ſtudium demōſtrat. Tēpꝰ
generale demōſtrat. cum dicit. In diebꝰ aūt illis.
¶ Auguſtinus de concor. euan. Hoc aūt tempus
Lucas per terrenas poteſtates expſſit. cum dixit.
Anno. xv. Sed itelligē debemꝰ Matheū cū dicēt.
In diebꝰ illis. In multo longiori ſpatio accipi vo-
luiſſe. Mox ei vt nārauit regreſſum de egipto xpm.
quod vtiqꝫ tempore puericie vel infantie factū eſt.
vt poſſit ſtare quod Lucas de illo cum. xij. eēt annorū
nārauit. cōtinuo intulit. In diebꝰ aūt illis. nō vtiqꝫ
puericie tm̄ illius dies inſinuās. ſed omēs dies ab
eius natiuitate vſqꝫ quo pdicare cepit Johannes.
¶ Remigius. Perſonam oñdit cum dicit. Venit
Johānes id ē manifeſtauit ſe q̇ tādiu pꝰ latuerat.
¶ Chriſoſtomus ī homelia. Sed quare neceſſariū
fuit vt Johannes Chriſtum puemret. opeꝝ teſti-
monio Xp̄m pdicante. Primo quidē vt hinc xpi
dignitatē diſcas. quod ſicut pī ita & ipē pphetas ht̄.
ſm̄ illud Zacharie. Et tu puer ppheta altiſſimi
vocaberis. Deidē vt nullā cauſam inuerecūdie iu
deis relinquat. quod & ipē demōſtrat dicens. venit
Johannes. neqꝫ māducans neqꝫ bibēs. & dicūt de-
moniū habet. Venit filius hominis manducans &
bibēs. & dicūt. Ecce hō edax. Sꝫ & alit̄ neccariū
erat ab alio pꝰ dici que de xp̄o erāt. & non ab ipō.
alias iudei q̇d dixiſſent. q̇ poſt teſtimoniū Johāis
dixerūt. Tu teſtimoniū phibes de teipō. teſtimo
niū tuū non eſt verum. ¶ Remigius. Officiū ſub-
iungit cū dicit baptiſta. in quo dn̄i viā pparauit.
niſi em̄ baptizari hoīes cōſueſcerēt. baptiſmū xpi
abhorrerēt. Studiū oñdit. cū ait pdicās. ¶ Ra-
banus. Quia etiā xp̄s pdicaturꝰ erat. Poſtquā em̄
viſū fuit idoneū tempus ſcꝫ circa. xxx. annos in-
cipiēs pdicationē ſuā. viā dn̄o pparauit. ¶ Remi.
Locum ſubiūgit dicēs. In deſerto iudee. ¶ Max-
imus. Vbi ad predicationē eius nec inſolēs turba
proſtreperet. nec infidelis auditor rediret. Sed hi
tm̄ audire poſſent qui predicationem cura diuini
cultus expeterent. ¶ Hieronimus ſuper Eſaiam.
Vel in hoc conſiderādum eſt quod ſalutare dei & glo
ria domini non predicatur in hieruſalem. ſed in ſo
litudine eccleſie & in deſerta gentiū multitudine.
¶ Hilarius. Vel etiam ad iudeam venit deſertam
dei frequētatōe non populi vt predicationis locus
coꝝ quibꝰ pdicatio erat miſſa. ſollicitudinem teſta

retur. ¶ Gloſa. Vel typice deſertum ſignificat vi-
tam a mūdi illecebris ſegregatā que penitentibꝰ cō
petit. ¶ Auguſtinus ī libro de penitentia. Niſi aūt
peniteat aliquē vite veteris. nouā nō poteſt incho-
are. ¶ Hilarius. Et ideo penitentiā regno celorū
appropinquante pnūtiat. per quam eſt reditus ab
errore. recurſus a crimine. Et poſt vicioꝝ pudorem
pfeſſio deſinēdi dicēs. Penitētiā agite. ¶ Chriſ.
ſuper matheū. Vbi manifeſtat in ipō principio.
quia benigni regis eſt nūtius. non em̄ peccatoribꝰ
minas intendebat. ſed indulgentiam pmittebat.
Solent reges nato ſibi filio indulgētiam in regno
ſuo donare. ſed añ trāſmittūt acerbiſſimos exacto
res. Deus aūt nato ſibi filio volens donare indul-
gentiā peccatoꝝ. pmiſit quaſi exactorem exigē-
tem & dicentē. Pniam agite. O exactio q̄ nō facit
pauperes. ſꝫ diuites reddit. Nam cū q̇s debitū iuſti
cie ſue reddiderit. deo nihil pſtat. ſed ſibi lucꝝ ſue
ſalutis acq̇rit. Pn̄ia ei cor eoꝝ dat. ſenſus illūinat
& ad ſuſceptōem xpi pparat hūana pcordia. Vn̄
ſubiungit. Appropinq̄bit em̄ regnū celoꝝ. ¶ Hie
roni. Prius baptiſta Johānes regnū celoꝝ pdi-
cat. vt precurſor domini hoc honoretur priuilegio.
¶ Chriſoſtomus in homelia. Ideoqꝫ quod nunquā
iudei audierāt neqꝫ etiā a pphetis celos & regnum
quod ibi eſt. predicant. & nihil de cetero de terra
dicit. Sic ḡ ex nouitate eoꝝ que dicuntur. exigit
eos ad querendū q̄ pdicat̄. ¶ Remigius. Regnū
aūt celoꝝ quatuor modis dr̄. Xp̄s. ſm̄ illud Luce
iij. Regnū dei intra vos ē. Sancta ſcriptura. ſm̄
illud Mathei. ij. Auferet̄ a vobꝭ regnū dei. & dabi
tur gēti faciēti fructū eius. Sancta eccleſia. ſcd̄m
illud Math. xxv. Simile eſt regnū celoꝝ decem
v̂ginibꝰ. Supnū ſoliū. ſcd̄m illud Mathei. viij.
Multi veniēt ab oriente & occidēte. & recumbēt in
regno celoꝝ. Et hoc totū hic pt̄ intelligi. ¶ Glo-
ſa. Dicit aūt Appropinq̄bit em̄ regnū celoꝝ. quia
niſi appropinq̄ret. nemo redire poſſꝫ. quia infirmi
& ceci via que eſt Xp̄us. carebant. ¶ Auguſti.
de conſen. euāgeli. Hec aūt verba Johannis alij
euangeliſte ptermiſerūt. Iam vero quod ſequit̄.
Hic eſt qui dictus eſt per Eſaiā pphetā dicētem.
Vox clamātis in deſerto. rectas facite ſemitas eiꝰ.
Ambigue poſitū eſt. nec elucet vtrum ex perſona
ſua euangeliſta commemorauit. an ad hec verba
eiuſdem Johannis ſecutus adiunxerit. vt totum
hoc Johannes dixiſſe intelligat̄. Penitētiā agite.
appropinquabit enim regnum celoꝝ. Hic eſt em̄.
Neqꝫ enim hoc mouere debet quia non ait. ego ſū.
ſꝫ hic ē. Nā & Matheꝰ dixit. Inuenit hoīem ſedētē
in theoloneo. & nō dixit. inuenit me. Quod ſi ita ē.
nō ē miꝝ ſi & interrogatꝰ q̇s dicēt de ſeipō. ſic nārat
Johs euāgeliſta rn̄dit. Ego vox clamātis ī deſerto
¶ Grego. ī home. Scit̄ aūt. q̄a vnigenitus filius
verbū pr̄is vocat̄. ſcd̄m illud. In principio erat v̂
bū. Ex ipſa autem noſtra locutōne cognoſcimur.
quia vox ſonat vt verbum poſſit audiri. Aduentū

itaq₃ dn̄i Johānes ꝓcurrēs vox dr̄ · qa p ei⁹ my=
ſteriū p̄ris v̄bū ab hoībꝫ audit̄ · ¶ Chriſoſtom⁹
ſup matheū · Vox etiā eſt ſonus confuſus nullum
ſecretum cordis oſtendēs · ſed hoc tantummodo ſig
nificans quia vult aliquid dicere ille qui clamat ·
Verbum aūt eſt ſermo myſterium cordis aperiēs
Ad hec vox inter hoīes ⁊ aīalia cōmunis eſt ·
v̄bū aūt eſt hoīm tantū · Ideo ergo Johannes dict⁹
eſt vox non verbum · quia per eum deus ſua cōſilia
non demonſtrauit · ſed hoc ſolum ꝙ deus aliquid
facere in omnibꝫ meditabatur · poſtea autē p filiū
ſuum pleniſſime myſteriū ſue voluntatis aperuit ·
¶ Raban⁹ · Qui recte vox clamātis ob fortitudinē
p̄dicatōnis dicit̄ · Tribꝫ aūt modis clamor accidit ·
hoc eſt ſi lōge poſitus eſt · cui loquatur · ſi ſurdus ·
Si p indignatōē · Et hec hūano generi acciderūt ·
Gloſa · Eſt igit̄ Johannes quaſi vox verbi clamā
tis · verbū em̄ clamat in voce · id ē xp̄us in Johāne
¶ Beda · Sic etiā ⁊ clamauit ī omībꝫ qui a p̄nci
pio aliquid diuinitus dixerūt · ⁊ tamen iſte ſolus
eſt vox · quia per eum preſens verbum oſtenditur
quod alij longe nunciauerūt · ¶ Gregorius · Ipſe
aūt Johānes eſt clamans in deſerto · qa derelicte ac
deſtitute iudee · ſolacium redemptoris annunciat ·
¶ Remigi⁹ · Quātū aūt ad hiſtoriā attinet · in deſ̄to
clamabat quia remotus erat a turbis iudeorum ·
Quid autē clamet · inſinuat cum ſubiungit · parate
viā dn̄i · ¶ Chriſoſtom⁹ ſup matheū · Sicut em̄
magno regi in expeditōnem venturo preparatores
precedūt qui ſordida abluunt · dirupta cōponunt ·
Sic ⁊ dn̄m n̄rm p̄ceſſit Johānes · q̄ ab hūanis
cordibꝫ penitentie ſcopis peccatorum ſordes eijce=
ret · Et que diſſipata fuerūt ſpiritalium precepto=
rum ordinatōne componeret · ¶ Gregorius in ho=
melia · Omnis autē qui fidem rectam ⁊ bona opa
predicat · domino ad corda audientium viā parat ·
rectas dn̄o ſemitas facit · Dū mūdas in aīmo cogi
tatōnes p ſmonē bone p̄dicatōnis format · Gloſa
Vel fides eſt via qua verbum ad cor deſcendit · cū
mores in melius mutant̄ · fiūt ſemite recte · Textꝫ
Ipſe autem Johannes habebat veſtimentum de
pilis camelorum ⁊ zonam pelliceā circa lumbos
ſuos · Eſca autem eius erat locuſte ⁊ mel ſilueſtre
¶ Chriſoſtom⁹ in homelia · Poſtꝗ oſtendit qa
ipſe eſt vox clamātis ī deſerto · prudenter ipe euā
geliſta ſubiunxit · Ipſe autē Johannes · In quo
oſtenditur que ſit vita ipſius · Nam ipe quidem te
ſtificabat̄ de chriſto · Vita aūt eius de ipſo · Ne=
mo autem poteſt eſſe alterius teſtis idoneus · niſi
fuerit fidelis · ¶ Hylarius · Fuerat enim p̄dicāti
Johāni ſic locutō opportunior ita ⁊ veſtit⁹ vtilior
⁊ cibꝫ aptor · ¶ Hiero · De pilis ei camelorꝫ hēbat
veſtimētū nō de lana aliud auſtere veſtis īdiciū ē ·
aliud luxurie mollioris · ¶ Chriſo · ſup matħ · Ser
uis aūt dei n̄ cōuenit hēre veſtimētū ad ſpeciē viſiōis
vel ad carnis delectamētū ſ₃ tm̄ tegumētū nudita
tis · hēbat ei Johānes veſtē n̄ mollē neq₃ delicatā ſ₃
cilicinā · gūē ⁊ aſperā · ⁊ cōterētē corp⁹ poti⁹ ꝙ fo
uentem · vt de v̄tute aīe eius ipe habitus corporis
loqueret̄ · Seq̄t̄ · Et zonam pelliceam circa lum=
bos ſuos · Conſuetudo em̄ erat apud Judeos vt zo
nis laneis vterent̄ · Ideo iſte q̄ſi duri⁹ aliqd facē vo
lēs zona pellicea cingebat̄ · ¶ Hieronim⁹ · Porro
qđ ſequit̄ · Eſca eius erat locuſte ⁊ mel ſilueſtre ·
Habitatoris ſolitudīs ꝯgruū ē vt n̄ delicias ciborꝫ
ſ₃ neceſſitates hūane carnis expleret · ¶ Raban⁹ ·
Tenui victu cōtentus ⁊ ex minutis volatilibꝫ ⁊
melle inuēto ī truncis ārborꝫ · In dictis aūt Arnul
phi Galliarꝫ ep̄i · repperim⁹ minimū ge⁹ locuſta
rū fuiſſe ī deſerto Judee · q̄ corpuſcul' in modū digi
ti man⁹ exilibꝫ ⁊ breuibꝫ ī herbis facile capiūt̄ ·
coctęq₃ ī oleo paupem p̄bent guſtū · Similit̄ nar
rat in eodē deſerto eſſe arbores habentes lata folia
⁊ rotūda · lactei coloris ⁊ melliti ſapōris q̄ natura
fragilia manibꝫ fricāt̄ ⁊ edūt̄ · Et hoc eſt qđ mel
ſilueſtre dicit̄ · ¶ Remigi · Sub hoc autē habitu
veſtimētorꝫ ⁊ vilitate cibōrū oſ̄dit ſe p̄cta totius
generis hūani deflere · ¶ Raban⁹ · Poteſt ⁊ ha=
bit⁹ ⁊ guſtus eius q̄litatem interne cōuerſatōis
exp̄mē · Nā auſterioribꝫ vtebat̄ idumētis · qa vitā
peccātiū īcrepauit · zona q̄đ pellicea q̄ cinct⁹ fuit
⁊ Helyas mortificatōnis indiciū ē · ¶ Rabanus ·
Locuſtas ⁊ mel ſilueſtre edebat · qa dulcis ſapie=
bat turbis p̄dicatō eius · ſ₃ citius finē ſortita ē · In
melle em̄ dulcedo ī locuſtis ē alacer volatus · ſed ci
to decidu⁹ · ¶ Remigi⁹ · Per Johānē aūt q̄ dei gr̄a
interp̄tat̄ · ſignificat̄ xp̄us · q̄ mūdo gr̄iā attulit ·
p veſtimētū illius deſignat̄ eccleſia gētiū · ¶ Hy
larius · Cū exuuiis immundarum pecudum quibꝫ
gētiles pares exiſtimant̄ · xp̄i p̄dicator induit̄ ·
fitq₃ ſāctificatū habitu prophetali quicquid in eis
vel inutile fuerat · vel ſordidum · zone autem p̄cin=
ctio efficax in omne opus bonum eſt apparat⁹ vt
ad omne miniſterium Xp̄i ſimus accincti · In eſū
etiam eligūtur locuſte fugaces homini ⁊ ad omnē
aduentum noſtri ſenſus euolantes · nos ſcilicet q̄
ab omni ſermone ⁊ congreſſu ipſis q̄buſdam cor=
poris ſaltibꝫ efferebamur voluntate vagi · in operi
bus inutiles · ī verbis queruli · ſede peregrini · nūc
ſum⁹ ſāctorꝫ alimonia ⁊ ſotietas prophetarū · ele=
cti ſimul cum melle ſilueſtri · dulciſſimū ex nobis
cibū · nō ex aluearis legis · ſ₃ ex truncis ſilueſtrū
arborū p̄bituri · Sequitur Textus
¶ Tūc exibat ad eum Hieroſolyma ⁊ omnis Ju
dea · ⁊ omnis regio circa Jordanem · ⁊ baptizabā
tur ab eo in Jordane · confitentes peccata ſua · Cō=
uerſatione Johannis expoſita · conuenienter ſubiū
git · Tūc · ¶ Chriſoſtomus ſuper matheum · Exi
bat ad eū · Amplius · n · reſonabat cōuerſatio vite
ei⁹ ī heremo ꝙ vox clamoris ipſius · ¶ Chriſoſto ·
in homelia · Erat em̄ mirabile in hūano corpore tā
tā patientiā videre · qđ vtiq₃ ⁊ Judeos magis at=
trahebat · magnū Helyā ī eo videntes · Cōferebat
aūt ad ſtuporē ꝙ delinq̄rat eos gracia ꝓphetarum

& poſt lōgū tēpus reuerſa videbatᷣ ad eos. pdicatō nis etiā modus immutatus ad id pderat. Nihil em̄ aſſuetoꝝ apud alios pphetas audiebant puta plia & victorias babyloīas & pſas. & celos. & qd̄ illic regnū & ſupplicium gehēne. Dicit aūt. Tūc exibat ad eū hieroſolyma & oīs iudea. & oīs regio circa iordanē & bapti. ab eo ī ior. Glo. Baptiſmo pcur rēte nō peccata dimittēte. ❡ Remigi. Baptiſmus em̄ iohānis figurā gerebat cathecuminoꝝ. Naꝫ ſic modo cathetizātᷣ pueri. vt digni fiāt ſacm̄eto baptiſmatis. ita iohānes baptizabat vt baptizati ab eo poſtea deuote viuēdo digni fierēt accedē ad xp̄i baptiſmū. Jn iordane aūt baptizabat vt ibi apiētᷣ ianua regni celeſtis vbi datᷓ eſt aditᷓ filijs iſrael terrā promiſſiōis intrādi. Sequitᷣ. Cōfitētes pcta ſua. ❡ Chriſoſtomᷓ ſup matheū. Ad cōparatōnē em̄ ſanctitatis Johānnis quis poterat arbitrari ſe iuſtum? Sicut em̄ veſtis candida ſi fuerit poſita iuxta niuē ad cōpatōnē niuis ſordida inuenietur. Sic ad cōpatōnē iohānis oīs hō videbatur immundus. & ideo peccata ſua confitebantᷣ. Confeſſio aūt peccatorū teſtimoniū eſt cōſcientie timentis deū. Perfectus em̄ timor ſoluit omnem pudorem. Jllic aūt turpitudo cōfeſſionis aſpicitᷣ. vbi futuri iudicij pena nō creditᷣ. Et qa ipm̄ erubeſcē pena eſt grauis Jdeo iubet nos deus cōfiteri peccata noſtra. vt verecundiā patiamur pro pena. Nā & hoc ipm̄ pars iudicij eſt. ❡ Rabanᷓ. Bene aūt qui baptizādi erāt exire ad pphetā dicuntᷣ. qa niſi qs ab infirmitate recedat. pope diaboli ac mūdi illecebris abrenunciet. baptiſmū ſalubre cōſequi non poterit. Bene aūt in iordane qui deſcēſio coꝝ dicitur. baptizantur. qa de ſupbia vite ad humilitatem vere cōfeſſionis deſcenderant. Exemplum autem iam tunc confitendi peccata ac meliorem vitam promittendi baptizandis dabatᷣ. Sequitur textus

❡ Vidēs aūt multos phari. & saduceoꝝ venientes ad baptiſmū ſuū. dixit eis. Progenies viperarū. qs vobis demonſtrabit fugere a vētura ira? Facite ḡ fructū dignū penitētie. & ne velitis dicere intra vos. patrē habemᷓ Abraam. Dico em̄ vobis quia potēs ē deᷓ de lapidibꝫ iſtis ſuſcitare filios abrahe Jā.n. ſecuris ad radicē arboris poſita ē. Oīs em̄ arbor q̄ nō facit fructū bonū. excidetᷣ. & in ignem mittetur. ❡ Gregorius in paſtora. Pro qualitate audientiū formari debet ſmo doctorū vt & ad ſua ſingulis cōgruat & tn̄ a cōmunis edificationis arce nunꝙ̄ recedat. ❡ Glo. Vn̄ neceſſe fuit vt poſt doctrinā quā iohānes turbis tradiderat. Euangeliſta etiā illiᷓ doctrine faceret mētōnē qua inſtruxit eos qui puectores videbātᷣ. Et ideo dicit. Vidēs aūt multos phari. & ſaduce. veni. ad baptiſmū ſuū. ❡ Jſidorus in libro de etymo. Phariſei. & ſaducei inter ſe cōtrarij ſūt. Nā phariſei ex hebreo in latinū iterptātᷣ diuiſio. eo qꝫ traditōnū & obſuatōnū iuſticiā pferūt. vnde diuiſi vocantᷣ a populo qſi p iuſticiā. Saducei interpretantᷣ iuſti. Vendicāt

em̄ ſibi. qd̄ nō ſūt. corpoꝝ reſurrectōnem negnātᷣ. & animā cū corpore interire predicant. Hi tantum qnqꝫ libros legis reſpiciūt. Prophetarū vaticinia reſpuūt. ❡ Glo. Nos ḡ qui inter iudeos maiores videbātᷣ vidēs iohānes ad baptiſmū ſuū venire. dixit eis. Progenies viperaꝝ. qs vob̄ demōſtrabit fugē a ventura ira? ❡ Remi. Cōſuetudo ſcripturaꝝ ē. ab imitatōe operū noīa imponē. ſcd̄m illud Pater tuᷓ amorreᷓ. ſic & iſti ab imitatione viperarum progenies viperarum dicuntur. ❡ Chriſo. ſup matheū. Sicut enim artificioſus medicᷓ ſi viderit egrotantis colorē. intelligit ſpēm paſſionis. ſic iohānes veniētiū ad ſe phariſeoꝝ prauas cogitatōes itellexit. forſitā em̄ apud ſe cogitauerūt. Jmᷓ & ꝯfitemur pcta nr̄a. nullum laborem nobis imponit. baptizamur. & ꝯſequimur idulgētiā peccatorū. Jnſipiēs. nūqd̄ facta digeſtione impuritatis nō ē nccaria ſuppoſitō medicine. Sic multa diligentia neceſſaria ē homini poſt cōfeſſionē & baptiſmū vt vulnᷓ pctorū pfecte ſanetᷣ. Jdeo dicit. Progenies viperarum. Natura enim viperarum eſt. qꝫ ſtatim cū momorderit hominē currit ad aquā. quā ſi nō inuenerit moritᷣ. Jdeo iſtos dicebat pgenieꝫ viperarū qa pcta mortifera committētes currebāt ad baptiſmū. vt ſicut vipere p aquā tātū pericula mortis euaderēt. Jtem viperarum natura ē rūpere viſcera matrū ſuaꝝ & ſic naſci. Quoniam ḡ Judei aſſidue pſequētes prophetas corrūpūt mrem ſuā ſynagogā. ideo pgenies viperarū nūcupātᷣ. Jteꝫ vipere a foris ſpecioſe ſūt & qſi picte. intus auteꝫ veneno replete. ita & iſti pulchritudinē ſāctitatis oſtēdebant in vultu. ❡ Remigiᷓ. Cum ḡ dicitur. Quis demōſtrabit vob̄ fugē a vētura ira? ſubauditᷣ niſi deᷓ? ❡ Chriſoſtomᷓ ſup matheū. Vel qs vobis demonſtrauit. Num eſaias Propheta? abſit. Si em̄ ipe vos docuiſſet. nō ſpē in aqua poneretis tm̄. ſed etiā in opibꝫ bonis. Jlle em̄ dicit Lauamini & mūdi eſtote. auferte neqciā ab aīabꝫ vr̄is. diſcite bn̄face. Nūqd̄ aūt etiā Dauid dicēs Lauabis me & ſup niuē dealbabor? abſit. Jlle enim ſic dicit poſtea. Sacrificiū deo ſpūs ꝯtribulatᷓ. Si ḡ eſſetis diſcipuli dauid. cū gemitu ad baptiſmū veniretis ❡ Remigiᷓ. Si vero quis demōſtrabit ſub futuro legatᷣ tpe. hic eſt ſenſus. Quis doctor qs pdicator. dabit vobis cōſiliū? vt poſſitis euadere irā eterne dānationis. ❡ Auguſtinᷓ ī libro de ciuitate dei. Deᷓ aūt pter quandā operuꝫ ſimilitudinē nō pter affectionū īfirmitatem ſcd̄m ſcripturas iraſcitᷣ. nec tn̄ vlla paſſione turbatᷣ. hoc em̄ verbū vindicte vſurpauit effectᷓ. nō ille turbulētos affectus. Si ḡ vultis fugere. Facite dignū fructum penitētie. ❡ Gregoriᷓ in homelia. Jn qbꝫ verbis notādū ē. qꝫ nō ſolū fructū penitentie. ſed dignos penitentie admonet eſſe faciēdos. Sciendum enim eſt qa qſquis illicita nulla cōmiſit. huic iure cōceditᷣ vt licitis vtatᷣ. At ſiqs inculpā lapſus eſt. tāto a ſe dꝫ licita abſcidē qnto ſe meminit & illicita p

petrasse. Vniuscuiusq; g᷑ cōsciētia conuenit᷑. vt tāto maiora q̄rat bonoꝝ opꝝ lucra p penitētiā quanto grauiora sibi intulerit damna p culpam. Sed iu-dei de gētis nobilitate gloriātes idcirco se agnoscē peccatores nolebāt. qa de abrahe stirpe descēderāt. Et ideo eis recte d̄r. Et ne velitis dicē intra vos. patrē habem⁹ abrahā. ¶ Chris. in homelia. Hec autem dixit non prohibens illos dicere ex illo se esse. sed prohibet i hoc confidere. virtuti anime nō insistētes. ¶ Chris. super matheum. Quid eī pro-dest ei quem sordidāt mores. generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis quē mores adornāt? Melius est em̄ alicui vt in eo glorient᷑ parētes q̄a talem filium habent. q̄ꝫ vt ipse in parentib⁹ glꝛiet᷑ Sic & vos nolite gloriari dicentes quia patrem habemus abrahā. ſ᷑ magis erubescite. q̄a filij estis ei⁹. & scēitatis ei⁹ nō estis heredes. De adulterio em̄ nat⁹ videt᷑. qui nō assimilat p̄rē. Parētū igit᷑ glīā excludit dicēs. Et ne velitis dicē. ¶ Raba. Quia g᷑ p̄co veritatis ad dignū penitētie fructū fa-ciendū eos incitare volebat. ad humilitatem pro-uocabat. sine qua null⁹ penitē potest. subdēs. Di-co em̄ vobis q̄m potens est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrahe. ¶ Remi. Fert᷑ q̄ꝫ i eo loco p̄dicauit iohānes circa iordanē vbi iubēte d̄o xij la-pides de medio alueo iordanis sublati positi sūt. po-tuit g᷑ fieri vt hos demonstrādo diceret. de lapidib⁹ istis. ¶ Hiero. In q̄ dei indicat potēciā. q̄ꝫ qui de nihilo cuncta fecerat. posset & de saxis durissimis p̄p̄lm̄ creare. Prima em̄ sūt rudimēta fidei credē deū posse quicq̄d voluerit. Ex lapidib⁹ aūt generari homines simile est ei q̄ꝫ ex sara p̄cessit isaac. vnde & p̄pheta dicit. Aspicite ad petram de qua excisi estis. Omi⁹ igit᷑ p̄phetie eos memores faciēs mon-strat q̄ꝫ possibile est nūc etiā simile fieri. ¶ Raba. Vel aliter. lapidū nomīe gētes significate sūt. que lapides coluerūt. ¶ Chris. super matheū. Item la-pis durus est ad opus. sed cum factum fuerit op⁹ ex eo. deficere nescit. sic & gētes cum difficultate crediderūt q̄dē t̄n credētes p̄manēt inetnū in fide. ¶ Hiero. Lege ezechiel. Auferam inquit a vobis cor lapideum. & dabo vobis cor carneum. In lapide duricia in carne mollitudo monstratur. ¶ Raba. De lapidib⁹ ergo filij abrahe suscitati sūt. qa dum gētiles in abrahe semine id est in x̄po crediderunt eius filij facti sūt. cui⁹ semi sūt vniti. Seq̄t᷑. Iam em̄ securis ad radicē arboris posita est. ¶ Chris. super matheum. Securis est acutissima ira consū-matōis que totum p̄cisura est mundū. Sed si po-sita ē. q̄re nō p̄cidit? q̄a ratōnabiles sūt arbores & in potestate habent facere bonum aut non facere. vt videtes ad radices suas positā eē securī timeāt. & faciāt fructū. Ergo denūciatō ire q̄d est securis positō. & si malis nihil agat. t̄n a malis segregat bonos. ¶ Hiero. in homelia. Vel securis est predi-catio euangelij iuxta hieremiam qui verbum domi-ni comparat securi cedēti petram. ¶ Grego. in ho-melia. Vel securis est redemptor noster qui velut ex manubrio & ferro ex diuinitate cōstās & hūa-nitate. tenet᷑ ex hūanitate. ſ᷑ incidit ex diuinitate. Que videlicet securis ad radicē arboris posita ē. q̄a etsi p patiētiā expectat. videt᷑ t̄n quid factura est. Omis em̄ arbor que nō facit fructū bonū. excidet᷑. & i ignē mittet᷑. Quia vnusquisq; puersus patā ci-tius gehēne ocrematōnē inuenit. q̄ hic fructū boni opis facē contemnit. Securim autem non iuxta ramos positā sed ad radicē dicit. cū em̄ maloꝝ filij collunt᷑. rami infructuose arboris abscīdunt᷑. Cū vero tota simul p̄genies cū parēte tollit᷑. ifructuo-sa arbor a radice abscisa est ne remaneat vn̄ praua iterum soboles succrescat. Sequit᷑ Textus
¶ Chris. in homelia. Cū aūt dicit. Omis excludit p̄matū q̄ est a nobilitate q̄si dicat. Et si nepos fue-ris abrahe sustinebis penam sine fructu manens. ¶ Raba. Quatuor aūt sūt species arborum. quaꝝ vna tota est arida. cui assimilant᷑ pagani. Altera. viridis. sed sine fructu. cui assimlant᷑ hypocrite. Tercia viridis & fructuosa sed venenosa. cui assi-milant᷑ heretici. Quarta viridis est & fructū bonū gignit. cui assimilant᷑ viri catholici. ¶ Grego. in homelia. Igitur omis arbor non faciens fructum bonum excidet᷑. & in ignem mittetur. quia paratā gehenne concrematōnem inuenit. qui hic boni ope-ris fructum facere contemnit. Sequit᷑ text⁹
Ego q̄dem baptizo vos i aqua i penitētiā. Qui aūt post me vētur⁹ ē. fortior me est. cui⁹ n̄ sum dign⁹ calciamenta portare. ipse vos baptizabit i spiritu s̄cto & igni. & p̄mūdabit areā suā & cōgregabit triticū suū in horreū. paleas aūt cōburit igni inex-tinguibili. ¶ Glosa. Quia in precedentib⁹ verbis iohannes explicauerat q̄d supra summarie de agē-da penitentia predicauit. restabat vt etiā distin-ctius p̄dicaret q̄d de regni celorū appropinq̄tōe iā dixerat. & ideo dixit. Ego quidem baptizo vos i aqua i penitētiā. ¶ Gregori⁹ i homelia. Iohānes nō i sp̄u sed in aqua baptizat. q̄a p̄cta soluere non valebat. Corpora q̄dē p aquā lauat. sed t̄n aīas p veniam non lauat. ¶ Chrisostomus in homelia. Cum enim nondum esset oblata hostia. neq; pecca-tum solutum esset. nec sp̄us descēdisset in aquam. qualit᷑ fieret remissio peccatorū? Sed q̄a iudei ne-quaq̄ꝫ p̄pria sentiebāt peccata & hoc erat eis causa malorū. aduenit iohannes i cognitōnē eos ducens p̄priorū p̄ctoꝝ penitētiam memorādo. ¶ Gregori-us in homelia. Cur ergo baptizat. qui peccata nō relaxat. nisi vt precursionis sue ordinem seruans qui nasciturū nascendo preuenerat. baptizaturuꝫ quoq; d̄n̄m baptizando p̄ueniret. ¶ Crisostomus sup matheum. Vel missus erat iohannes ad bapti-zādū vt ad baptismum venētib⁹ p̄sentiā filij dei i corpore p̄dicaret. sicut ip̄e testat᷑ alibi dicens. vt manifestet᷑ i israel ideo ego veni in aqua baptiza-re. ¶ Augustinus super iohannē. Vel ideo bapti-zat q̄a oportebat baptizari christum. Sed quare

nõ ſolꝰ ipe baptizatꝰ eſt a iohãne ſi ad hoc miſſus
erat Johãnes p quẽ baptizaret̃ xp̃us ? Quia ſi ſo
lus dñs baptizatus eſſet baptiſmate Johãnis · non
deeſſent q̇ putarẽt baptiſmũ Johãnis maiorẽ eſſe q̃
baptiſmꝰ xp̃i. vſq3 adeo vt ſolus xp̃us eo bapti-
zari meruiſſet. ¶ Rabanꝰ · Vel ideo baptizat. vt
penitẽtes hoc ſignaculo ab impenitẽtibꝰ ſecernẽdo
ad baptiſmũ dirigat xp̃i · ¶ Chriſ. ſup matheũ ·
Quia ergo propter xp̃m baptizabat · ideo ad xp̃m
venientibꝰ ipſum p̃dicat appariturũ & eminẽtiam
poteſtatis eius annunciat dicens · Qui autem poſt
me venturꝰ eſt. fortior me eſt. ¶ Remigius. Sci
endũ eſt autẽ q̃ quinq3 modis venit xp̃us poſt io-
hãnẽ · naſcẽdo · p̃dicãdo. baptizãdo. moriẽdo . & ad
inferos deſcendendo. Et pulchre dominꝰ dr̃ fortior
Johãne · q̇a ille purus hõ . hic vero deus & homo ·
¶ Rabanus. Ac ſi iohãnes dicat · Ego q̇dẽ fortis
ſũ ad penitẽtiã inuitãdo · ille pc̃ta remittẽdo · Ego
regnũ celorũ p̃dicãdo · ille donãdo · ego in aqua ba-
ptizãdo · ille in ſpiritu · ¶ Chriſoſtomꝰ in homelia
Cum autem audieris quia fortior me eſt . ne eſti-
mes ſcd̃m cõperatõnẽ me hoc dicere · neq3 enĩ inter
ſeruos illius ordinari ſum dignꝰ vt viliſſimã mi-
niſterij ſuſciperem particulã vnde ſubdit. Cuiꝰ nõ
ſũ dignꝰ calciamẽta portare · ¶ Hylarius · Apo-
ſtolis enim circunferendo p̃dicatõis gloriã derelin
quens quibꝰ ſpecioſis pedibꝰ pacem dei erat debitũ
nunciare · ¶ Chriſoſtomus ſuper matheũ · Vel p
pedes xp̃i intelligere poſſumus xp̃ianos · p̃cipue ·
apoſtolos ceteroſq3 predicatores inter quos erat
iohannes baptiſta · calciamenta aũt ſunt infirmita
tes q̇bꝰ operit predicatores . Hec ergo calciamẽta
xp̃i omnes p̃dicatores portãt · & iohãnes etiã por
tabat · ſed ſe dignum non eſſe portare p̃nũciat. vt
maiorem oñderet g̃tiam xp̃i meritis ſuis . ¶ Hie-
ronimꝰ in alio euangelio ait · Cuiꝰ nõ ſum dignꝰ
ſoluere corrigiã calciamẽti. hic humilitas · ibi mi
niſteriũ demõſtrat̃ · quia xp̃us ſponſus ſit & iohã
nes nõ mereat̃ ſponſi corrigiã ſoluere · ne vocet̃ do
mus eius iuxta legẽ moyſi & exẽplũ ruth domus
diſcalciati · ¶ Chriſoſtomꝰ ſup matheũ · Quia ve
ro nemo poteſt dare dignius bñficiũ q̃ ipe ẽ. nec fa
cit alteꝝ qđ ipe nõ eſt · recte ſubdit. ille vos bapti
zabit in ſpũ ſcto & igni · Johãnes q̇dẽ cũ ſit corpo-
ralis · ſpiritalẽ baptiſmũ dare nõ poteſt ſ; baptizat
in aqua que corpꝰ ẽ · Et ideo corpꝰ cũ corpore ba-
ptizat · Xp̃us autẽ ſpũs eſt · quia deus eſt · Spũs
etiã ſanctꝰ ſpũs eſt · aĩma quoq3 ſpiritus eſt · Jdeo
ſpũs cũ ſpũ ſpiritũ noſtrũ baptizat . Baptiſmꝰ aũt
ſpiritus proficit . quia ingrediens ſpũs circũplecti
tur in aĩmam & quaſi muro quodã inexpugnabili
circuit eã · & nõ p̃mittit vt carnales cõcupiſcentie
p̃ualeant cõtra eã · nõ quidẽ facit vt caro nõ concu-
piſcat · ſed tenet animam vt ei non conſentiat · Et
quoniã xp̃us iudex eſt baptizat in igne id eſt in tẽ
ptatõibꝰ. Jn igne aũt baptizare nõ poteſt homo
purus · Jlle enĩ temptandi habet licẽtiã · qui remu
nerãdi hʒ poteſtatẽ · hic aũt baptiſmꝰ tribulatõis
id eſt ignis ↄburit carnẽ vt nõ germinet ↄcupiſcẽ
tias · Nã caro ſpiritales quidem penas nõ timet · ſ;
carnales · Jdo g̃ dominꝰ ſup ſeruos ſuos carnales
tribulatões mittit · vt timens ãguſtias ſuas caro
nõ cõcupiſcat malũ . Vides g̃ ſpũs repellit cõcu-
piſcẽtias · & p̃ualere ñ ſinit · Jgnis aũt ipas ↄcupiſcẽ
tiarum radices comburit. ¶ Hiero · Vel in ſpiritu
ſancto & igni quia ignis eſt ſpiritꝰ ſanctus · quo
deſcẽdẽte ſedit quaſi ignis ſup ſingulos apoſtoloꝝ
Et impletꝰ eſt ſmo domini dicẽs · Jgnẽ veni mittẽ
in terrã . ſiue quia in preſenti ſpiritu baptizamur ·
& in futuro igni ſcd̃m illud Apoſtoli · Vniuſcuiuſ
q3 opus q̃le ſit · ignis probabit. ¶ Chriſ · in home
lia · Non aũt dicit · Dabit vobis ſpiritum ſanctũ ·
ſed baptizabit vos in ſpũ ſancto . copiã g̃tie meta-
phorice oſtendẽs · Per hoc etiã mõſtrat̃ q̃ ſola vo
lũtate etiã in fide indiget ad iuſtificãdũ · non la-
boribꝰ & ſudoribꝰ. Et ſic facile eſt baptizari . ita fa
cile ẽ p eũ trãſmutari & fieri meliores . Jn genere
vero vehementiã g̃tie q̃ vinci nõ poſſit. demõſtrat ·
& vt intelligat q̃ ſimiles ãtiq̃s & magnis p̃phetis
repẽte ſuos faciet propter hoc enĩ ignis meminit ·
q̇a plures viſionũ p̃phetaliũ per ignẽ apparuerũt ·
¶ Chriſoſtomus ſuper matheũ · Patet g̃ q̃ bap-
tiſmus xp̃i · non ſoluit iohannis baptiſmũ · ſed in
ſe incluſit . Qui enĩ baptizatur in nomine chriſti ·
vtrũq3 baptiſmũ habet & aque & ſpũs · q̇a xp̃us
& ſpũs erat · & corpꝰ ſuſcepit. vt & corporale & ſpi
ritale baptiſma daret · iohannis aũt baptiſmꝰ non
ſed vt ſolent ptermiſſa recordari poſterius facta
poccupari· ſicut diuinit⁹ ſuggerebant̃· vt antea
cognita poſtea recordãdo reſcriberẽt· ¶ Chriſ·in
ho· Curãs at̃ ei⁹ corp⁹ iubet nulli dicẽ· Vñ ſequi
tur·& ait illi ieſus·vide nemini dixeris· Quidam
igit̃ aiunt q̃nia ideo iuſſit hoc vt nõ malignẽt̃ cir=
ca ei⁹ purgatõez· Quod inſipient̃ dr̃· Nõ ei ita mũ
dauit·vt dubitabilis eẽt mũdatio·ſed nulli dice=
re iubet·docens non diligẽ oſtentatõez & honorez
Qualit̃ igit̃ alij ſanato iubet dicẽ? Sz ĩ hoc erudi
uit nos bone mẽtis eẽ· Nõ ei illic diuulgari ſe iuſ=
ſit·ſed dari gloriam deo·p leproſũ g̃ hũc inſtruit
nos nõ eẽ vane glorioſos p illũ at̃ nõ eẽ ĩgr̃tos·ſ;
oĩa ad laudẽ dei referre· ¶ Hiero· Et reuera qꝺ e=
rat neceſſe q̃ ſmone iactaret·qꝺ corpe preferebat·
¶ Hylari⁹· Vel vt ſalus hec non offeret̃ potius
q̃ q̃reret̃·ſilẽtiũ iperat·ſeq̃t̃· Sz vade oñde te ſa=
cerdotibꝫ· ¶ Hiero· Mittit autem eum ad ſacer=
dotes primũ ꝓpt̃ humilitatẽ· vt ſacerdotibꝫ defer=
re videat̃· deinde vt videntes leproſũ mũdatũ ſi cre
derent ſaluatori·ſaluarent̃· Si ṽo nõ crederent·
inexcuſabiles fierẽt· & ſimul ne qꝺ ĩ eo ſepiſſime
criminabant̃·legẽ infringẽ videret̃· Chriſ·ĩ ho·
Neq; ei vbiq; eã diſſoluebat· neq; vbiq; cuſtodie=
bat·ſ; q̃nq; q̇dẽ hoc q̃nq; illud faciebat· ĩ vno q̇dẽ
future·ſapiẽtie pparãs viã·ĩ altero at̃ ĩuẽcũdã iu
deoꝝ cohibens linguam & cõdeſcẽdẽs imbecillita=
ti eorum· Vñ apoſtoli apparent q̃nq; q̇ſ obſuã=
tes legẽ·quãdoq; at̃ eã ptermittẽtes· ¶ Origenes
Vel mittit ad ſacerdotes vt cognoſcãt· quia non
p legis cõſuetudinẽ mũdat⁹ ẽ ·ſed p grẽ opatõnẽ

¶ Hiero· Erat at̃ ĩ lege pceptũ vt q̃ mũdati fue=
rant lepra·offerrent munera ſacerdotibꝫ· Vñ ſeq̃t̃
Et offer mun⁹ tuũ· quod pcepit moyſes ĩ teſti·
illis· ¶ Chriſ· Nõ ſic intellige q̇a hoc moyſes p=
cepit ĩ teſti·illis· ſed vade tu offer in teſti·illis·
Chriſ·ĩ ho·puidẽs ei xp̃s eos ex hoc nihil ꝓfectu
ros·nõ dixit·ĩ emẽdatõnẽ eoꝝ·ſed in teſtimoniũ
id eſt in accuſatõnẽ & atteſtationẽ·q̃niã q̃ a me e=
rãt fienda·oĩa facta ſũt· Et licet eos pnuderim nõ
emẽdari· nõ tñ dimiſi q̃ facẽ oportebat· Illi aũt ĩ
ꝓpa mãſerũt malicia· Nõ at̃ dixit· mun⁹ qꝺ ego
iubeo·ſed quod moyſes iuſſit·vt interim trãſmit=
tat ad legẽ·& iniquorũ obſtruat hora·vt eñ nõ di
cãt·quoniã ſacerdotũ gloriã rapuit·opus quidem
ipe impleuit·ꝓbatõnẽ at̃ illis conceſſit· ¶ Orige·
Vel offer mun⁹ tuũ·vt oẽs qui vident te portare
miraculo credant· Chriſ·ſup mathe· Vel iõ iubet
offerri munera vt ſi poſtmodũ eũ expellere vellent
diceret eis·munera q̃ſi a mũdato accepiſtis·& q̃
modo me quaſi leproſum expellitis· ¶ Hyla·vel
legendũ ẽ qꝺ moyſes pcepit in teſtimonium illis·
quia quod moyſes ĩ lege pcepit·teſtimonium eſt
non effectus· ¶ Beda in ho· Si quẽ at̃ moueat·
quomodo domin⁹ cũ videat̃ moyſi ſacrificiũ appro
bare·id eccleſia nõ recipiat·meminerit· q̃ nõdum
xp̃s corp⁹ ſuũ obtulerat p paſſionẽ ĩ holocauſtũ·
Nõ at̃ oportebat auferri ſignificãtia ſacrificia pus q̃
illud qꝺ ſignificabat̃ ꝯfirmatũ eẽt teſtimonio apoſ=
tolorũ pdicãtiũ & fide credẽtiũ populoꝝ· Vir at̃
iſte gen⁹ hũanũ deſignat·q̃ ñ ſolũ leproſus·verũ
etiam iuxta euangeliũ luce· plenus lepra fuiſſe de
ſcribitur· Omnes enim peccauerunt·& egent glo
ria dei·illa·ſ· vt extenta manu ſaluatoris hoc eſt
incarnato dei ṽbo hũanaq; cõtingente naturã·ab
erroris priſci vanitate mundent̃·& qui diutius ab
hominabiles & a caſtris ꝓp̃li dei eiecti iã aliq̃n tẽ=
plo redditi & ſacerdoti · queant offerre corpa ſua
hoſtiã viuentẽ·illi ſcz cui dr̃·tu es ſacerdos ineter
nũ· ¶ Remi· Moralit̃ at̃ p leproſum deſignat̃ pec
cator· Nã pctm immũdã & variã aĩaꝫ facit· q̃ añ
xp̃m pcidit·quando de pſtinis pctĩs cõfundit̃·&
tñ debet cõfiteri & remediũ penitentie poſtulare·
Nam leproſus vuln⁹ oñdit·& remediũ poſtulauit
Extendit at̃ dñs manũ quãdo auxiliũ diuine miſe
rationis impẽdit·& ſtatĩ ꝯſeq̃t̃ remiſſionẽ delicto
rum· Nec debet eccleſie eidem reconciliari·niſi iu=
dicio ſacerdotis· Sequitur Textus
Cũ at̃ introiſſet capharnaũ acceſſit ad eũ cẽturio·
rogãs eũ & dicẽs·dñe·puer me⁹ iacet ĩ domo pa
ralitic⁹·& male torq̃t̃·& ait illi ieſus·ego veniaꝫ
& curabo eũ·& rñdẽs cẽturio·ait illi· dñe nõ ſum
dign⁹ vt intres ſu btectũ meũ·ſ; tantũ dic ṽbo &
ſanabit̃ puer me⁹· Nã & ego hõ ſum ſub ptate cõ=
ſtitutus·hñs ſub me milites·& dico huic vade·&
vadit·& alij veni·& venit·& ſuo meo fac hoc·&
facit· ¶ Chriſ·ſup mat̃· Poſtq̃ dñs diſcipulos
docuit ĩ mõte·leproſum at̃ ſanauit ſub mõte·venit

Capharnaū ī myſterio· quia poſt iudeoꝝ mūdatōꝫ venit ad gētes ¶ Aug⁹ Capharnaū eñ que villa pīguedinis īterp̄tat᷑ · ſiue ager ſolutōis· eccleſiam que ex gētibꝰ eſt collecta ſignificat · que ſpiritali pīguedine ē repleta· ſcḋm illud· Sicut adipe & ping uedine repleat᷑ aīa mea· Et inter p̄ſſuras ſeculi de celeſtibꝰ cōſulat᷑ · ſed in illud· cōſolatōes tue letifi cauerūt aīaꝫ meā· Vnde dicit᷑ Cū aūt introiſſꝫ Ca pharnaū· acceſſit ad eū cēturio· ¶ Aug⁹ d᷑ ver· dñi Iſte cēturio de gētibꝰ erat · Jam enī de iudea gēs habebat militem romani imperij· ¶ Chriſoſtim⁹ ſupeꝛ mathe· Centurio auteꝫ iſte p̄mus fruct⁹ ex gentibꝰ ad cuius fidei cōpatōꝫ omniū iudeorū fideſ infidelitas eſt inuenta· q̄ neqꝫ chriſtuꝫ audiuit do centeꝫ neqꝫ leproſū cū mūdaret᷑ aſpexit· ſꝫ audita tātūmō ſanitate leproſi· plus credidit· q̄ꝫ audiuit· erat enim in myſterio gentium futurarum· q̄ neqꝫ legē ā ꝓphetas legerāt de xp̄o· neqꝫ ipm̄ chriſtum mirābilia facientēꝫ viderat· Acceſſit ergo rogās eū et dicēs · Dn̄e puer meus iacet in domo paraliticus & male torq̄t᷑ · Vide aūt bonitatē cēturionis q̄ pro ſalute ſerui ſolicite feſtinabat q̄ſi nō dānuꝫ pecunie ſed ſalutis paſſur⁹ ī morte illi⁹· Nullā eñ drāꝫ eſti mabat int᷑ ſuū & dñm̄· q̄a & ſi dignitas ī hoc ſecu lo diuerſa eſt inter illos· vna tamē ē illis natura Fidem autem centurionis vide q̄a nō dixit veni et ſalua eū quia & illic cōſtitut⁹ in oī loco erat p̄ſens ſapientiā autem· q̄a nō dixit· hic cōſtitutus ſalua eū· ſciebat eñ q̄a potēs eſt ad faciēdū ſapiens ad ītelligēdū· miſericorſ ad exaudiēdū Jō īfirmitatē tātū expoſuit remediū aūt ſanitatis īpoteſtate miſe ricordie eius dimiſit dicēs· Et male torq̄t᷑ · Jn quo apparet q̄a diligebat eū· Nā vnuſquiſqꝫ quē dili git & ſimodice fuerit tediat⁹ ſꝰui⁹ cū putat habē q̄ꝫ habet· Raba· Oia iſta cū dolorē cognoīauit & iacenteꝫ & paltyicū et male detentū· Jdeo vt aīe ſue anguſtias demōſtraret & dniū cōmoueret· Hic debent omnes cōdolere ſuis & coꝝ curā habere· ¶ Chriſoſti· in home· Quidā autem dicūt quoniā ex cuſans ſe in hoc cauſam dixit ꝓpter quam nō ipꝫ adduxit· Neqꝫ enim poſſibile erat diſſolutū euꝫ cū torqueret᷑ · & ad vltima eſſet expiratōes portari· Ego autē ſignum hoc eſſe magne fidei dico q̄a enim ſciebat q̄ꝫ ſola in vnctio ſufficeret ad reſtauratōeꝫ iacentis ſup̄fluum eſtimabatū duce· ¶ Hilari⁹ Jacentes autem ī ſeculo & peccatoꝝ morbis diſſo luteꝛ ſpiritalit᷑ gentes eſtimāde ſunt oībꝰ vndiqꝫ membris fluidis et ad cōſiſtendi officiū ſꝰdiēdiqꝫ corruptis q̄rum ſalutis ſac̄mētuꝫ· ī puero cēturio nis ex p̄let᷑ · q̄ꝫ ſatis dictum ſit p̄ncipem eē gētiuꝫ crediturarū· Quis aūt ſit hic p̄nceps· cāticū Moy ſi in deutronomio docꝫ· vbi ſcilicꝫ dicit᷑ · Cōſtituit termin⁹ gentiū iuxta numeꝝ angeloꝝ· ¶ Remi· Vel p cēturionem deſignātur q̄ p̄mi ex gētibꝰ cre diderūt· & p̄fecti in v̄tutibꝰ fuerūt· Cēturio enim dicit᷑ q̄ centū militibꝰ p̄eſt · Cētenari⁹ aūt numer⁹ p̄fectus eſt· Recte ḡ centurio ꝓ puero ſuo rogat·

tuia p̄micie gētiū ꝓſalute totius gentilitatis deum rogauerūt· ¶ Hiero· Vides aūt dn̄s· Centurionis fidē humilitateꝫ & ꝓuidētiam ſtatim ſe iturum eē ꝓmitit · Vnde ſeq̄t᷑ · Et ait illi ieſus· Ego veniā & curabo eū· ¶ Chriſoſti· in homelia· Quod nūq̄ꝫ fecit· hic facit ieſus vbiqꝫ enim ſequit᷑ volūtatem ſupplicātiū hic aūt p̄ſilit & nō ſolū curare ꝓmittit ſed ire ad domū· Facit hoc vt diſcam⁹ cēturionis v̄tutes· ¶ Chriſoſti· ſup matthe· Niſi eñ ille dix iſſet veniam & curabo eū· Nūq̄ꝫ iſte reſpōderet· Nō ſum dign⁹ deinde quoniā pro ſuo petebat · ideo ire ꝓmiſit· vt nos doceat· nō colere magnos· & cōtem nere modicos· ſꝫ paupēs & diuites ſimilit᷑ honorāe Hiero· Sicut aūt ī cēturione cōmēdam⁹ fideꝫ· eo q̄ꝫ credit paraliticū a ſaluatore poſſe ſanari· ita pꝫ humilitas ī hoc q̄ꝫ ſe iudicauit indignū· c⁹ tectum dn̄s ītraret· Vn̄ ſeq̄tur et r̄ndēs centurio· ait illi Dn̄e nō ſum dign⁹ vt intres ſub tectū meum· ¶ Raba· Propt᷑ cōſcientiā enim vite gētilis· ſꝰuari ſe magis dignatōe putauit q̄ꝫiuuari cuius etſi fide p̄redit⁹ nō dū tn̄ erat ſac̄mītis inunct⁹· ¶ Aug⁹ de ver· do· Dicēdo autem ſe indignū· p̄ſtitit dignū nō in cui⁹ parietes· ſed ī cui⁹ corde verbi dei xp̄s ītraret· Neqꝫ hoc diceret cū tāta fide & humilitate niſi illū quē timebat intrare domū ſuā corde geſta ret· Nā n̄ erat magna felicitas ſi ieſus ītraret ī pa rietes eius· & nō eſſet ī pectore ei⁹· ¶ Seuerian⁹ Miſtice autē hoc tectū corp⁹ eſt · q̄d regit animā q̄d libertatē mentis celeſti viſione in ſe cōcludit· ſed de⁹ neqꝫ habitare carnē neqꝫ tectū noſtri cor poris dedignatur intrare· ¶ Origenes nūc etiam quādo ſācti & deo acceptabiles eccleſiaꝝ ātiſtites ſub tectū tuū ītrant· tūc ibidē p eos domin⁹ ingre ditur· et tu ſic eſtimes quaſi dominum ſuſcipiens Et quādo corp⁹ & ſanguinem domini mādūcas & bibis· tunc dominus ſub tectum tuum ingredit᷑ & ergo humiliās te ipm̄ dicas· Dn̄e nō ſum dig⁹ Vbi eniꝫ indigne ingredit᷑ · ibi ad iudiciū īgredit᷑ accipienti ¶ Hieroni· Prudēcia aūt centurionis apparet in hoc· q̄ꝫ vltra corpis tegmē· latēteꝫ vidit diuinitatē· vn̄ ſubiūgit· Sed tantū dic verbo & ſanabit᷑ puer meus· ¶ Chriſoſti· ſuper matheuꝫ Sciebat enim q̄m aſtabant illi inuiſibilit᷑ angeli miniſtrātes qui omne verbū ei⁹ vertūt in opus q̄ꝫ & ſi angeli ceſſant· tn̄ infirmitates preceptis eius uiuacibꝰ expellunt᷑ · ¶ Hilarius dicit etiā cēturio pueruꝫ voce poſſe ſanari· quia ſalus gentiū oīs ex fide eſt· & preceptis domini vita eſt vniuerſoꝝ Et ideo ſubiungit dicens · Nam & ego homo ſum ſub p̄tate conſtitutus · habens ſub me milites· Et dico huic vad᷑ & vadit & alij veni & venit & ſuo meo fac hoc & facit· Chriſ· ſup matthe patris & filij miſteriū ſpū ſancto ſuggerente depinxit · ac ſi dicēt· Et ſi ego ſū ſub p̄tate alteri⁹· tn̄ habeo p̄tatē iubēdi eis q̄ ſub me ſūt· ſic & tu q̄ꝫuis ſis ſub p̄tate p̄ris· ſ· īquātuꝫ hō hēs tn̄ p̄tatē iubēdi āgelis· Sꝫ forte dicet ſabellius volens oſtendere eundem eſſe

patrē q̄ & fili⁹ eſt ſic hoc eēītelligēdū. Si ego ſub
poteſtate cōſtitut⁹ poſſum iubere · q̄ntomagis tu
q̄ ſub nulli⁹ poteſtate · Sed hāc expoſitōz nō reci-
pit text⁹. Nō em̄ dixit. Si ego hō ſub poteſtate ·
ſ3 dixit · nā & ego hō ſub poteſtate · In q̄ ptz q̄ itē
ſe & xp̄m n̄ cōpatōis differēciā fecit · ſ3 ratōnē ſimi
litudinis ītroduxit ¶ Aug⁹. de v̄bis dn̄i · Si ego
hō ſub poteſtate iubēdi habeo poteſtatē. q̄d tu po-
tes cui omniū ſeruiūt poteſtates · ¶ Glo. Potes
per āgelorū miniſteria ſine corpis p̄ſentia dicē in-
firmitati vt recedat · & recedet · & ſanitati vt
veniat · & veniet · ¶ Aymo · poſſunt autem per
ſubiectos cēturionis · v̄tutes naturales ītelligi ī
q̄bus plurimi gētiliū pollebāt. Vl' etiā cogitatōes
bone aut male Malis aūt dicam⁹ vt recedāt & rece
dēt. ſed bonas vocem⁹ · & veniēt · ſuo q̄q3 nr̄o hoc
eſt corpori · vt ſubiciat̄ volūtati diuine. ¶ Aug⁹
de cō. Euā. Huic aūt q̄d hic dicit̄ videt̄ repūgnare
quod ait lucas cū audiſſet centurio de ieſu miſit ad
eum ſeniores iudeorum rogās eum vt veniēt & ſal
uaēt ſuū eius. & itez q̄ cū lōge eſſet adomo · miſit
ad eū centurio amicos dicēs · Dn̄e noli vexari · non
em̄ ſū dign⁹ vt ſub tectū meū ītres · ¶ Chriſ · in
homelia · Quidā aūt dicunt quoniam non eſt idem
ille & hic · q̄d multas cōiecturas habet · De illo em̄
ait · q̄m ſinagogā noſtrā cōſtruxit · & gētem dili-
git. De iſto aūt ipē ihus ait · Neq3 ī iſrael tantā fidē
inueni · Vn̄ videt̄ iudeū illū eſſe · Mihi aūt videt̄
idē hic & ille eſſe. Sed q̄ndo lucas dicit · q̄ miſit vt
veniat · blādicias iudeoꝝ īſinuauit · Coueniēs em̄
eſt credē cēturionē volentē abire ꝓhibitū eē a iude
is blādiētibꝫ & dicētibꝫ · q̄m nos adim⁹ & cōduci⁹
Sed q̄n ab eorū imminēcia erutus eſt. tūc miſit di
cens · Ne eſtimes q̄ ꝓpt̄ deſidiā non veni. ſ3 q̄a me
īdignū eſtimaui vt te ī domū meā ſuſciperē · Quod
aūt mathe⁹ ait nō p amicos · ſ3 p ſeipm̄ hoc eū dix
iſſe · nihil cōtrariū eſt. vterq3 em̄ deſideriū viri rep-
ſentauit · Et q̄m de xp̄o decentē opinionē habebat.
Cōueniēs aūt eſt opinari & ip̄m poſtq̄ miſit ami-
cos · aduenientē p ſe hec dicē · Si aūt non hoc dixit
lucas · neq3 illud mathe · nō ſibi cōtradicūt · ſ3 com-
plent q̄ ab inuicem derelinq̄bant̄ · ¶ Aug⁹ · de con
euāge · mathe⁹ g° acceſſum cēturionis ad dn̄m per
alios factū · compēdio dicē voluit · q̄a fidem ei⁹ qua
vere ad deū accedit̄ laudauit · vt dicēt · Nō · īueni
tantā fidem ī iſrael · Lucas aūt iō totū q̄a geſtū eſt.
aperuit · vt ex hoc ītelligē cogeremur · q̄liter eū ac
ceſſiſſe dixerit mathe⁹ · q̄ mētiri n̄ potuit · ¶ Chriſ
ī ho · Neq3 em̄ ē ɔtrariū q̄ fabricauit ſinagogā ſm̄
lucā · & q̄ hic oñdit̄ nō eē iſraelita · Poſſibile · n · ē
iudeū nō exiſtentē & ſinagogā fabricaſſe & gentē
diligere · Sequitur Textus

Audiēs aūt ieſus · mirat⁹ ē · & ſeq̄ntibꝫ ſe dixit ·
Amē dico vobis · nō īueni tantā fidem ī iſrael · Di-
co aūt vobis q̄ m̄lti ab oriēte & occidente veniēt · &
recūbēt cū abraam · Iſaac & iacob · ī regno celoꝝ ·
Filij autem regni eijcientur in tenebras exteri-
ores · ibi erit flet⁹ & ſtridor denciū · Et dixit ieſus
cēturioni · Vade · ſicut credidiſti · fiat tibi · & ſana
tus eſt puer ex illa hora · ¶ Chriſoſtomus · in ho-
melia · Sicut quod leproſus dixerat de criſti po-
teſtate · ſi vis potes me mūdaē · xp̄i voce cōfirmat̄
dicētis · volo · mūdaē · Ita & hic cēturionez de xp̄i
ptate teſtātez nō ſolū nō accuſauit · ſ3 etiā cōmēda-
uit · Sed & āplius aliq̄d fecit · intentōz em̄ laudis
Euāgeliſta ſignificās dicit audiēs aūt ieſus mirat⁹
eſt. Origenes · Attende q̄tuz ſit aut q̄le q̄d de⁹ vni
genit⁹ mirat̄ · auruz diuicie regna p̄ncipat⁹ in cō
ſpectu eius ſunt tanq̄ vmbra vel terminos decidēs
Nihil g° horuz in cōſpectu dei mirabile eſt q̄ſi mag
num vel p̄ciosū ſed tm̄ fides hāc mirat̄ honorificās
hāc acceptabilē ſibi eſtimat ¶ Aug⁹ ſup Geneſi
cōtra maniche⁹ · Quis aūt illo fecerat illā fidez niſi
ipſe q̄ admirabat̄! Quod ſi & aliuſ eā feciſſz vt q̄d
miraret̄ · q̄ preſcius erat! Quod g° mirat̄ dominus
nobis mirādū eſſe ſignificat · quibꝫ ad huc op⁹ eſt
ſic moueri om̄ēs em̄ tales motus ei⁹ non ꝑturbati
animi ſigna ſūt ſed docentes magiſteriū · ¶ Chriſ ·
in home · Vnde plebe omni p̄ſente admirat⁹ eē di-
citur · & alijs exemplū dedit · vt eū mirent̄ Seq̄t̄
em̄ · & ſequētibꝫ ſe dixit · Amen dico vobis · nō in
ueni tātaz fidez ī iſrael · ¶ Aug⁹ cōtra fauſtū fidē
laudat illi⁹ · n̄ aūt deſtōz milicie īperauit · ¶ Hiero
hec aūt de p̄ſentibus loq̄t̄ · non de oībꝫ retro p̄riar
chis & ꝓphetis · ¶ Chriſ · ſup mathe · credidit em̄
Andreas · ſed io · dicēte Ecce ang⁹ dei credidit pe
trus ſed euangeliſāte ſibi ādrea credidit philipp⁹
ſ3 legēdo ſcripturas nathanael & p̄us ſignū diuini
tatis accepit Et ſic fidei confeſſionem obtulit · ¶
Origenes · Jayrus iſraelis princeps pro filia ſua
petens · non dixit · dic verbo · ſed veni velociter · Ni
codemus de fidei ſacramento audiens ait · Quomodo
pt̄ hoc fieri · Maria & marta dicūt domine ſi fuiſſes
hic · frater me⁹ nō fuiſſz mortu⁹ · q̄ſi dubitantes q̄
vbiq3 poſſz adeſſe dei potētia. ¶ Chriſo · ſup mat.
aūt ſi volum⁹ fideliorē putare iſtū q̄ appoſtol⁹ · ita
teſtimoniū chriſti intelligēdū eſt · q̄ vnūquodq3
bonum hominis ſcd̄m qualitatez pſone illius lau-
dat̄ · ruſticū em̄ dicē aliq̄d ſapiēt̄ · magnū ē quod
de philoſopho non eſt miruz ſic de centurione dcm̄
eſt. in nullo tantaz fidē inveni in iſrael · Criſoſ. in.
hom · Non enim erit equale iudeum credere & gen-
tilem ¶ Hiero · Vel forte ī centurione fides gen-
tiuz preponit̄ iſrael · Vnde ſubdit · Dico aūt vobis
q̄ multi ab oriēte & occidēte venient ¶ · Aug⁹ de
verb · do · Nō om̄es ait · ſed m̄lti · tn̄ ipē ab oriēte &
occidente iſtis duabꝫ partibꝫ tot⁹ orbis deſignat̄ ·
¶ Aymo · Vl' ab oriēte veniūt q̄ ſtatim illuminati
trāſeūt · ab occidente hi q̄ pſecutōnez vſq3 ad mor-
tē tolerauerūt ꝓ fide · Vel ab oriēte q̄s venit cū ab ī
fancia deſeruire īcipit · Ab occidēte · dū ī ip̄a decre
pita etate addeū cōuertit̄ · ¶ Orige · Sed quō alibi
dicit · q̄ pauci ſunt electi ! per diuerſas enim ge
nerationes pauci electi ſūt · ſimul vero cōgregati in

tēpe viſitatōis multi iueniēt. Deqꝫ & recūbēt non carnalit̄ iacētes: ſꝫ ſpiritalit̄ requieſcētes: n̄ tpalit̄ potātes. ſꝫ et̄nalit̄ epulātes. cū abrahā. Yſaac. & Jacob i regno celoꝝ. vbi lux. exultatō. gloria & lōge uitas vite eterne. ¶ Hiero. Quia aūt deꝰ abrahā celi oditor. paṫ Xp̄i eſt idcirco i regno celoꝝ ē. & abrahā cū q̄ accubiture ſūt natōes. q̄ crediderūt i xp̄ꝫ filiū creatoris. ¶ Aug. ḋ ver. do. Sic aūt vidꝰ mꝰ xp̄ianos vocatos ad celeſte cōuiuiū: vbi ē panis iuſticia. potꝰ ſapiētia. Ita videmꝰ & Judeos rep̄batos. vn̄ ſequit̄. Filij aūt regni ejiciēt̄ i tenebrās exteriores. Judei. ſ. q̄ legē acceperūt: q̄ celebrāt figura oīm futuroꝝ que cū p̄ſentia nō agnouerūt. ¶ Hiero. Vel filios regni dic̄ Judeos q̄a i eis deꝰ añ regnauit. ¶ Chriſ. in ho. Vel filios regni eos dicit quib⁹ regnū erat p̄paratū quod & magis eos mordebat. ¶ Auguſt. cōtra Fauſtū. Si ergo nō cōmēdauit Moyſes populo Jſrael domini. niſi deū Abrahā. Yſaac. & Jacob. eūq3 ipm̄ Xp̄us cōmēdabat. nō eſt conatus illū populū auertere a deo ſuo: ſed ideo minatus eſt eos iturus in tenebras exteriores q̄ auerſos videret eos a deo ſuo. In cuiꝰ regno gētes vocatas ex toto orbe terraꝝ recubituras dicit cū Abrahā. Yſaac. & Jacob. nō ob aliud q̄ q̄ fidem tenuiſſent dei Abrahā. Yſaac & Jacob. Quibꝰ nō q̄ſi in morte correctis. vel poſt paſſionē ſuā iuſtificatis teſtimoniū dn̄s p̄hibebat. ¶ Hiero. Tenebre aūt exteriores dicūt̄: quoniā q̄ a domino expellit̄ foras relīq̄d lumē. ¶ Aimo. Quid autem ibi paſſuri ſint: manifeſtat cū ſubdit. Ibi erit fletꝰ & ſtridor dētiū: Per metaphorā eīm mēbroꝝ penas deſcribit tormētoꝝ. Solēt eīm oculi fumo tacti lachrimas p̄ducē. dētes vo a nimio frigore ſtridere. oſtēdit̄ g° q̄ reprobi i inferno & calorē intolerabilē & frigꝰ ſuſtinebūt ſcd̄m illd̄ Job. Trāſient ab aq̄s niuiū ad calorē nimiū. ¶ Hiero. Si aūt fletꝰ oculoꝝ ē: & ſtridor dētiū: oſſa d̄mōſtrat: vaē corpoꝝ & eorūdeꝫ mēbroꝝ que ceciderāt: reſurrectio. ¶ Raba. Vl̄ ſtridor dētiū p̄dit indingnantis affectuꝫ: eo q̄ ſero vnūquēq3 peniteat: ſero ſibi iraſcat̄: q̄ taꝫ p̄tinaci imp̄bitate deliquit. ¶ Remi. Vl̄ alit̄: Tenebras exteriores appellat exteras nationes. q̄tū eīm ad hiſtoriaꝫ attinet: predicit dominus his verbis interitū iudeoꝝ. quoniā p̄pt̄ infidelitem ducēdi erāt captiui & diſpergēdi p̄ diuerſa regna terraꝝ. fletus eīm ab igne ſolet fieri. ſtridor dentiuꝫ a frigore. Jllis ergo aſcribit̄ fletus. qui in calidioribꝰ locis habitant. ſicut in Jndia & Ethiopia. Stridor vero dentiū illis aſcribit̄: q̄ i frigidioribꝰ locis cōmorant̄. ſicut ē Hircania & Scytia. ¶ Chriſ. ſup Matth. Ne q̄s aūt exiſtimet blādiciaꝝ eſſe hec verba. q̄a dictū erat: credere facit ſignū. Vn̄ ſequit̄. & dixit Jheſus cēturioni. Vade et ſicut crediſti fiat tibi. ¶ Raba. Quaſi. d. ſecūdū mēſurā fidei fiat tibi: & iſta gratia. Poteſt aūt meritū domini etiaꝫ famulis ſuffragari: nō ſolum merito fidei: ſed etiā ſtudio diſcipline: vnde ſequit̄. Et ſanatus eſt puer ex illa hora. ¶ Chriſ. in ho.

Vbi velocitatē admirare. Neq3 eīm ſolū curare. ſꝫ inop̄inate: & in momēto tēporis hoc facere. virtutē Xp̄i oſtendebat. ¶ Auguſt. de ſer. do. Sicut eīm dominꝰ domū Centuriōis corpe nō intrauit: ſed abſens corpore: p̄ſens maieſtate puerꝫ ipꝫ ſanauit Sic & in ſolo Judaico populo corpore fuit: apud alias gētes nec de virgine natus eſt: nec paſſus ē nec hūana p̄tulit: nec diuina mirabilia fecit: & tn̄ impletū eſt: q̄d dictū erat: Populus quē nō cognoui: ſeruiuit mihi In auditu auris obediuit mihi Judea eīm gēs cognouit: & crucifixit. orb̄ terraꝝ. audiuit & credidit. ¶ Textꝰ Et cū veniſſet Jheſꝰ i domū Petri: vidit ſocrū eius iacēteꝫ & febricitātēꝫ. & tetigit manū eiꝰ. & dimiſit eā febris. & ſurrexit & miniſtrabat eis. ¶ Auguſ. Poſtq̄ oſtēdit Mattheus p̄ leproſū totū genus humanū ſanatū. & in ſeruo cēturiōis gētilis populi ſanationē. cōſeq̄nt̄ p̄ ſocrū Petri d̄ſignat curatōꝫ ſinagoge. cū dicit. & cū veniſſet Jheſus i domū Petri. Priꝰ aūt nārat d̄ ſuo: q̄a maiꝰ miāculū fuit & maior ḡcia i gētili cōuerſo. Vl̄ q̄a i fine ſeculi Synagoga ē plenarie ouertēda. cū plenitudo gētiū ſubitāuerit. Domꝰ aūt Petri & i bethſaida eāt. ¶ Chriſ. i ho. Sz cur itrauit i domū Petri: mihi videt̄ cibū aſſūpturꝰ. vn̄ ſeq̄t̄. Et ſurrexit: & miniſtrabat eis. Apud diſcipulos eīm diuertebat honorās eos. & auidiores ex hoc faciēs. Attēde aūt Petri ad Xp̄m reuerētiā hn̄s eīm ſocrū domi febricitātē: n̄ traxit eū in domū. ſed expectauit doctrinā cōpleri & alios curari. Ab exordio eīm erudiebat̄. q̄ alioꝝ erant. ſibi ipi p̄ponere. Quocirca neq3 ipe eū iducit. ſꝫ criſtus ſpōte audiuit. poſtq̄ dixit cēturio. nō ſū dignus vt itres ſub tectū meū. mōſtrās q̄ntum largiebat̄ diſcipulo. Non eſt aūt dedignatꝰ ſub vilia tuguria piſcatoꝝ intrare. erudiēs per oīa hūanum coculcare tumorē. Et q̄ndoq3 q̄dē ſolū v̄bis curat. q̄ndoq3 aūt etiā manū extēdit. Vn̄ & hꝫ dicitur. Et tetigit manū eiꝰ & dimiſit eā febris. Non eīm volebat ſemp cū ſupabūdantia miracula facē. opꝫtebat interim latere. Tāgens aūt corpꝰ n̄ febrē extinxit ſolū. ſꝫ & purā tribuit ſanitatē. Quia enim egritudo curabilis erat. mō curatēis ſuam v̄tutem oñdebat. faciēdo quod ars medicinalis nō opatur. vt ſcilicet ſimul p̄fectam reſtituat ſanitatē. Vnde euāgeliſta hoc inuēs dicit q̄ ſurrexit. & miniſtrabat eis. ¶ Hiero. Natura eīm hoim iſtiuſmodi ē. vt poſt febrē magis laſſeſcāt corpa. & icipiēte ſanitate egrotationis mala ſentiāt. Verū ſanitas que cōfert̄ a domīo. tota ſimul redit. ¶ Chriſoſ. i ho. Jn hoc ḡ q̄ dicit̄ q̄ ſurrexit. & miſtrabat eis. & xp̄i v̄tutis ſignū eſt & diſpoſitōis mulieris quam erga xp̄m oñdebat. ¶ Beda. i ho. Miſtice aūt dōꝰ petri lex vel circūciſio ē. Socrus ē ſinagoga. q̄ q̄d̄ āmodo eſt m̄r eccleſie petro commiſſe. hec febricitat. q̄a iuidie eſtibꝰ laborabat. p̄ſeq̄ns eccleſiā. cuius manū dominꝰ tangit q̄n carnalia eius opa in ſpiritalē vſū cōuertit. ¶ Remi. Vel p̄ ſocrū petri p̄t itelligi lex q̄ ſcd̄m ap̄lm īfirmabat p̄ carnē ib̄ ē

carnalē intelligētiā. Sz cū domin⁹ p misteriū in=
carnatōis visibilis i sinagoga apparuit. & ope le=
gē impleuit. & spiritualit intelligēda docuit. mox
ipa sociata gracia Euāgelij tātū robur accepit.
vt que fuerat ministra mortis & pene postmodum
fieret vite & glorie. Raban. Vel vnaqueqz aīa
q carnis cōcupiscētijs militat qsi febrib⁹ estuat. s
manu misericordie diuine tacta cōualescit. & p cō=
tinētie frena carnis lasciuiā ɔstrīgit. & mēbris q
b⁹ fuerat immūditie. fuit iusticie. Hila. Vel
in socrū petri. vitiosa infidelitatis estuāt affectō
cui adiacet libtas volūtatis. q nos sibi cōiugij soci
etate cōiūgit. Ergo īgressu dñi i petri domū id ē i
corpe. curat īfidelitas pctoꝝ calore estuās. & sal=
uata officij famulatu ministrat. Augus. de cō.
Euāge. Hoc at quādo factū sit id ē p⁹ qd vl' aň qd
nō expssit Matthe⁹. Nō eni p⁹ qd narrat p⁹ hoc
etiā factū necesse ē intelligat. Nimiruz tn̄ iste hoc
recoluisse intelligit. qd pus commiserat. Naz id
Marc⁹ narrat anq̄ illd de mūdato lebroso comme
moret. ꝙ p⁹ smonē in mōte habitū de q ipe tacuit
videt iposuisse. Itaqz & lucas hoc p⁹ factū nārat
de socru petri post qd & marc⁹ ante sermonē etiaz
quem plixum interposuit qui potest idem videri.
quē dicit habitū in monte mattheus. Quid aūt int
est quis quo loco ponat siue quod ex ordine īserit
siue quod omissuz recolit. siue quod postea factum
aň pōccupat dū tn̄ nō aduerset eadez alia narrāti
nec sibi nec alteri. qa eni nulli⁹ in ptāte ē res opor
tune cognitas q qsqz ordie recordet. satis pbabile
ē ꝙ vnusqsqz euāgelistaꝝ eo se ordie credidit dbu
isse narrare. q voluisset de⁹ ea q narrabat eius re=
cordatōz suggere. Quapp̄t vbi ordo tpm n̄ apparet
nichil nostra interesse debet. quē narrādi ordinem
qlibz eoꝝ tenuerit. Textꝰ Vespē at facto. obtulerīt
ei m'ltos demonia habentes. & eijciebat spūt⁹ vbo
& oēs male habentes curauit. vt adimpleret. qd
dictū ē per esaiā pphetā dicentē. Ipe infirmitates
nostras accepit & egrotatōnes nostras portauit.
Chris. in ho. Quia multitudo credentiū erat iā
acta neqz tpe impellēte a xp̄o abscedere patiebāt.
vespere ei infirmos adducunt. vnde. dicitur. vespē
aūt facto obtulerīt ei m'ltos demonia hn̄tes. Au
gus. de cō. euāg. Per hoc at ꝙ dicit. vespere aūt
facto. ad eiusdē diei tēpus hoc ptinere satis indica
tur. q̄uis necesse nō sit. vbi dicit vespē facto. eius
de diei vespꝝ accipe. Remi. Christ⁹ at dei fili⁹
autor hūane salutis fons & origo toci⁹ pietatis ce
lestē medicinā oib⁹ tribuebat. vn̄ seqt. Et eijciebat
spirit⁹ vbo. & oēs male habētes curauit. Demones
enim & morbos solo vbo repellebat. vtijs signis &
vtutib⁹ ostēderet se ad salutē generis hūani venisse
Chris. in ho. Intende autez quātaz multitudi=
nem curataz transcurrūt Euāgeliste. nō vnūquē=
qz curatuz enarrantes. sed vno verbo pelagus in=
effabile miraculoꝝ inducentes. Ne aūt magnitu=
do miraculi incredulitatē immittat. si tātaz plebez
& varias egritudines vno tēporis momēto curauit.
inducit pphetā attestātez hijs q fiebāt. vn̄ subdit.
vt adimpleret qd dictū ē p Esaiā pphetā dicētez.
Ipe infirmitates nostras accepit. Raban. Nō
vt sibi haberet. s vt nob aufferret. & egrotatōes
nostras portauit. vt qd p imbecillitate viriū fer=
re nō poteram⁹. ille p nobis portaret. Remigi.
Quia humane nature infirmitatē ad hoc suscepit.
vt nos ifirmos facēt fortes atqz robustos. Hila.
Et passiōe corporis sui scd'm pphetaꝝ dicta infir=
mitates hūane imbecillitatis absorbuit. Chris.
i ho. hoc at de pctis magis a ppheta dcm̄ ē e videt
qualit igit Euāgelista de egritudinib⁹ hoc expo=
nit. Sz sciēduz ꝙ vel historie h testimoniū adap=
tauit. vel ostēdit quoniā plures egritudinū ex pec
catis sūt aīalib⁹. Nā & ipa mors a pctis habz ra=
dicē. Hiero. Attēdendū at ꝙ omēs nō mane. n
meridie. s ad vesperā curant. qn̄ sol occubitur⁹ ē
& qn̄ granum tritici in terra moritur. vt multos
afferat fruct⁹. Raban. Solis eni occubit⁹ pas
siōē & mortē designat illi⁹. qui dixit quādiu sum
in mūdo. lux sum mundi q tpalit viuens in car=
ne. paucos Judeoꝝ docuit. Calcato autem regno
mortis omnib⁹ per orbez gentilibus fidei dona pro
misit. Sequitur Textus
Videns aūt Jesus turbas multas circū se ius=
sit discipulos ire trāsfretū. Et accedēs vnus scri=
ba. ait illi. Magister sequar te q̄cūqz ieris. & dix
it ei Jhesus Vulpes foueas hn̄t. & volucres celi
nidos. fili⁹ at hoīs n̄ hz vbi capd suū reclinet. ali⁹
at d discipul⁹ ei⁹ ait illi. Dn̄e Permitte me pmū
ire. & sepelire patrē meū. Jhesus at ait illi. Seqe=
re me. & dimitte mortuos sepelire mortuos suos
Chris. in ho. Quia xp̄s nō solū corpora curabat
s aīaz emendabat & verā sapiētiā mōstrare volu=
it. nō solū egritudines soluēdo. s etiā nihil ad ostē
siōē faciēdo. Et ideo dicit. Vidēs at Jhes⁹ turbas
multas circa se. iussit discipulos ire trāsfretū. Fa=
ciebat at hoc & sil moderata nos capere docēs & in
uidiā Judaicā mitigās & docēs nos nihil ad ostē
tatōē face. Remi. Vl' hoc fecit qsi ho. volēs turba
rū iportuītatē declinare. Erāt at ei affixi. admirā
tes eū. & vidē ipm volētes. Quis eni discedēt a tali
miracula opāti. qs nō in facie ei⁹ simplicez vellet
videre. & os talia loqns. Si eni moyses glorifica
tā faciē habebat. & steffan⁹ sicut angeli. intellige
communez dominatorē qualē decēs est tūc apparu=
isse. Vn̄ ppheta dicit. Speciosus forma pfilijs ho=
minū. Hila. Discipuloꝝ aūt nomen non. xij.
tantū apostolis cōuenire estimāduz est. Nam pre
ter Apostolos plures fuisse discipulos legimus.
Chriso. in ho. Manifestū est autē aliud esse di=
em quo iussit ire trausfretum. non cū qui sequitur
illum. in q socrus Petri sanata est. quo die mar=
cus lucasqz eum in desertum exisse affirmant.
Augusti. de con. euange. Vide autem qualiter
turbas nō simpliciter abijcit. vt nō offendat. Nō

em̄ dixit recedite · ſ; vltro diſcipul'ſ iuſſit abire ſpē dãs turbe eũdi etiã illuc · ¶ Remi · ſ; q̄d int̄ iuſſio nē dei & trãſfretatõz geſtũ ſit · Euãgeliſta ſtudu it manifeſtare cũ ait · Et accedens vnꝰ ſcriba · ait illi · Mgr̄ ſequar te quocũq; ieris · ¶ Hiero · Iſte ſcriba q̄ tãtũ litterã nouerat occidẽtez ſi dixiſſet · Dñe ſeq̄r te q̄cũq; ieris · nõ fuiſſet repulſus a dño ſ; q̄a magiſtꝝ vnũ de pluribꝰ eſtimat · & litterator erat · & nõ ſpiritalis auditor · ideo nõ habet locũ in q̄ poſſit Jheſus reclinare caput ſuũ · Oſtẽdit̄ autē nobis & ob hoc ſcribã repudiatũ q̄ ſignoꝝ videns magnitudinē ſeq̄ voluerit Saluatorē · vt lucra ex operũ miraculis q̄reret hoc idē deſyderãs q̄d & ſymõ magꝰ a petro emere voluerat · ¶ Chriſo · i ho · Vide etiã quãtus eſt tumor Ita em̄ aduenit & locutꝰ ē ſicut dedignãs cũ turba anumerari · ſ; oſtẽdẽs quomiã ſup multos ē ipē · ¶ Hila · Vel alit̄ · iſte ſcriba q̄ eſt vnꝰ ex doctoribꝰ legis an ſit ſecuturus int̄rogat · q̄ſi lege nõ cõtineret̄ · hũc eē quez vtilit̄ ſeq̄t̄ · Igit̄ infidelitatis affectũ ſub diffidentia int̄rogatiõis expꝛ̄ſſit · q̄a fidei aſſumptõ nõ int̄rogãda eſt ſ; ſequẽda · ¶ Criſ · in ho · Reſpondet aũt ei Xp̄s nõ ad interrogatõz verboꝝ ſ; ad cõſiliũ obuiãs mentis · Vnde ſequit̄ · Et dicit ei Jheſus · vulpes foueas habent · & volucres celi nidos · filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet · Ac ſi dicat · ¶ Hiero · Quid me ꝓpt̄ diuicias & ſeculi lucra cupis ſequi · cũ tãte ſim paupꝛtatis · vt nec hoſpitiolũ q̄dē habeaz · & tecto vtar nõ meo · ¶ Chriſ · in ho · Hoc aũt nõ erat auertẽtis ſ; arguẽtis q̄dez malũ cõſiliũ cõcedẽtis aũt ſi vellet cum paupꝛtatis expectatõe ſequi Chriſtũ · Et vt diſcas eiꝰ maliciã audiẽs hoc & correctꝰ nõ dixit paratus ſũ ſeq̄ · ¶ Auguſ · de ſmone dñi · Vel alit̄ filiꝰ hominis nõ hꝫ vbi caput reclinet ſcilicet in fide tua · Vulpes em̄ hñt foueas in corde tuo · q̄a doloſus es · volatilia celi hñt nidos ĩ corde tuo q̄a elatꝰ es · Doloſus & elatꝰ · nõ me ſeq̄ris quõ em̄ doloſus ſeq̄tur ſimplicitatē · ¶ Greg · xix · moꝛa · Vl' alit̄ · Vulpes valde fraudulẽta ſũt aĩalia · q̄ in foſſis vel ſpecubꝰ abſcõdũt̄ · Cũq; aparuerint · nũq̄ rectis itineribꝰ · ſ; tortuoſis ãfractiõibꝰ currũt · Volucres vero alto volatu ſe ſubleuãt · Noĩe ergo vulpiũ doloſa atq; fraudulẽta noĩe aũt volucꝝ hec eadē ſupꝛba demonia deſignãt̄ · ac ſi dicat · fraudulẽta & elata demonia in corde tuo inueniũt habitationē ſuã humilitas aũt meaz reqͥez in ſupꝛba mẽte nõ inuenit · ¶ Augu · de que euã · Intelligit̄ em̄ miraculis motus · ꝓpt̄ inanẽ iactãtiã eũ ſeq̄ voluiſſe · quã ſignificãt aues · Finxiſſe aũt diſcipuli obſeq̄ũ · q̄ fictio vulpiũ noĩe ſignificata eſt · ¶ Raba · heretici aũt in ſua v̄ſutia cõfidẽtes · ſignificãt̄ p vulpes · & maligni ſpiritꝰ p volucres celi · que in corde Judaici populi foueas & nidos id ē domicilia habebãt · Sequit̄ · Alius aũt de diſcipulis illiꝰ ait illi · Dñe permitte me ire pꝛ̄mũ & ſepelire patrē meũ · ¶ Hiero · Quid ſimile ē int̄ ſcribã & diſcipulũ · ille magiſtꝝ vocat · hͨ dominũ cõiteť · ¶ Hila · Iſte pietatis occaſiõe ad ſepeliẽdũ patrē ire deſyderat · ille ſecuturũ ſe q̄libꝫ eē ꝑmittit · nõ magiſtruz q̄rẽs · ſed ex magiſtro lucꝝ · Iſte etiã diſcipulꝰ nõ int̄rogat an ſeq̄t̄ · iaz em̄ ſeq̄ ſe opoꝛtere credidit · ſ; ꝑmitti ſibi orat ſepelire patrem · ¶ Auguſ · de ver · do · Dñs aũt quãdo parat hoĩes euãgelio nullã excuſatiõz vult int̄poni carnalis hꝰ t̄palisq; pietatis et ideo ſequit̄ · Jheſus aũt dixit ei ſequere me · & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos · ¶ Chriſo · in ho · Hoc aũt dixit · ñ iubẽs cõtẽnere amorē q̄ ē ad parẽtes · ſ; mõſtrãs q̄m̄ nihil celeſtibꝰ negocijs nobꝭ magis nc̄cariũ eē oꝫ Et q̄m̄ cũ toto ſtudio his iũgi d̄bemꝰ & neq; paꝝ tardare etiã ſi vald̄ ĩeuitabilia & ĩ citãtia fuerit q̄ attrahũt Quid em̄ magis nc̄cariũ erat · q̄ ſepelire pr̄ez · Quid etiã facilīꝰ · neq; em̄ tp̄ꝰ m̄ltũ cõſũmẽdũ erat p hoc etiã eũ dñs a m̄ltis mal' eripuit · puta luctibꝰ & meroribꝰ & ab his q̄ hinc expectãt̄ · Poꝰ ſepulturã em̄ neceſſe iã erat & teſtamẽta ſcrutari · & hereditatis diuiſiõz & alia hꝰ mõi · & ita fluctuatõs exfluctuatõibꝰ ei ſuccedẽtes a lõge eũ aueritatis abducere poꝛtu · Si aũt adhuc tumultuaris · excogita q̄m̄ multi ĩfirmos nõ ꝑmittũt ſcire · nec ad monumẽtũ ſeq̄ · etiã ſi pat̄ aut mat̄ aut filiꝰ ſit · q̄ defunctꝰ ē · Nec ex hoc ĩcuſant̄ credulitatis · ſ; cõtrariũ credulitatis eſſet · Et m̄lto maiꝰ malũ ē abducē hoĩez a ſpiritalibꝰ ſmonibꝰ & maxĩe cũ fuerit q̄ hoc cõpleant · Erãt em̄ q̄ cõpleturi erãt hꝰ funeris ſepulturã · Vñ dicit · Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos · ¶ Augu · de ver · do · Quaſi dicēt · pat̄ tuꝰ mortuꝰ ē · Sũt alij mortui qui ſepeliãt mortuos ſuos q̄a ĩfideles ſũt · ¶ Chriſ · ĩ ho · ĩ q̄ mõſtrat q̄m̄ hͨ mortuus nõ erat eiꝰ · Etem̄ q̄ defunctꝰ erat · ſicut eſtio de nũero infideliũ erat · Si aũt admiraris iuuenē q̄m̄ ꝓ negotõ ita neceſſario ĩterrogauit Jheſũ & nõ ſpõtanee abijt multo magis admirare q̄m̄ & ꝓhibitꝰ ꝑmãſit q̄d nõ erat magnitudinis cũ nõ ꝓpt̄ deſidiã fecerit · ſ; vt nõ int̄cideret negotiũ magis neceſſariũ · ¶ Hila · Itē q̄a accepimꝰ in dominice oratõis exordio ita pꝛ̄mũ p̄cãdũ · Pat̄ noſter q̄ es ĩ celis · Et in diſcipulo credẽtis populi pſona ē · admonet̄ q̄ pater ſibi viuus in celis eſt · Deinde inter fidelem filiũ patrē q; infidelē ius patꝝ nouimꝰ nõ relinq̄ Ad monuit etiã nõ admiſceri memorijs ſanctoruz mortuos ĩfideles · & etiã eos eſſe mortuos q̄ extra deũ viuũt · & idcirco mortui ſepeliãt̄ a mortuis · q̄a p dei fidē viuos viuo opoꝛteat adherere · Si aũt mortuũ ſepelit mortuꝰ nõ debemꝰ curã hr̄e mortuorũ · ſ; viuẽtiũ · Ne dũ ſolliciti ſumꝰ de mortuis · nos q̄q; mortui appellemur · Mortui etiã mortuũ ſepeliũt · cũ peccatores peccatoribꝰ fauẽt · Qui em̄ peccãtẽt laudibꝰ pſequũt̄ ex tictũ ſub v̄boꝝ ſuoꝝ aggē abſcõdũt · ¶ Raba · Notãdũ eſt in hac ſentẽtia q̄a aliq̄ñ minora bona p̄termittẽda ſũt ꝓutilitatem aioꝝ · ¶ Augſ · de con · euange · Quod autem Mattheus dicit tunc iſtud geſtuz eſſe quando iuſſit vt

irent trãſfretũ · Lucas vero ãbulantibꝫ illis ĩ via · non eſt contrarium · quia viam vtiqꝫ ambulabãt · vt venirent ad fretum · Sequit᷑ Textus

Et aſcẽdente eo ĩ nauiculã ſecuti ſũt eum diſcipuli eius · Et ecce motus magnꝰ factus eſt ĩ mari · ita vt nauicula opiret᷑ fluctibꝫ · Jp̃e vero dormiebat · Et acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius · & ſuſcitauerũt eũ dicẽtes · Domĩe · ſalua nos · pimꝰ · Et dixit eis · Quid timidi eſtis modice fidei? Tũc ſurgẽs imparauit vẽtis & mari · & facta ẽ trãq̃llitas magna · porro hoĩes mirati ſũt · dicẽtes · Qual' ẽ hic? qa obediũt ei venti · & mare · Orige · Cũ multa magna & mirãda oñdiſſet xp̃s ĩ terra · trãſijt ad mare · vt ibidem excellẽtia opa demõſtraret · q̃tenus terre mariſqꝫ dominũ ſe eſſe cũctis oñderet · Vñ dicit᷑ · & aſcẽdẽte eo ĩ nauiculã ſecuti ſũt eũ diſcipuli eius · Nõ imbecilles · ſꝫ firmi & ſtabiles ĩ fide · Hi g̊ ſecuti eũ · ñ tantũ greſſus eius ſeq̃ntes · ſed magis ſanctitatẽ · comitãtes · Chriſ · Accepit at̃ diſcipulos ſecũ & ĩ naui vt ad vtraqꝫ eos erigeret · & ad hoc ꝙ ĩ piculis nõ ſtupeſcerẽt · & ad hoc ꝙ ĩ honoribꝫ moderata de ſe autumẽt · vt em̃ non magna de ſe ſapent · ꝓpt᷑ hoc ꝙ alijs dimiſſis eos retinuẽat · pmittit eos fluctuari · Vbi em̃ miracl'oꝝ oſtenſio erat · plebem pmittit adeẽ · vbi at̃ tẽptatõnum & timoꝝ ãreptõ · athlethas orbis t̃rarũ q̊s excitaturꝰ erat · hos ſolos aſſumit · Orige · Jngreſſus g̊ nauiculã · fecit turbari mare · Vñ ſequitur · Et ecce motꝰ magnus factꝰ ẽ ĩ mari · ita vt nauicula operiret᷑ fluctibꝫ · Hec tẽpeſtas nõ ex ſe orta ẽ · ſed poteſtati paruit impãtis · q̃ educit ventos de theſauris ſuis · Facta ẽ aũt tẽpeſtas magna vt magnum opus oñderet᷑ · qa q̃tomagis fluctꝰ nauicule irruebant · tãto magis diſcipulos timor cõturbabat · vt plꝰ d̾ſyderarẽt ſe liberari per miãbilia ſaluatoris · Chriſ · Quia em̃ viderãt alios xp̃i benefitia accepiſſe · nõ aũt ſimilit᷑ aliq̃s eſtimat q̃ in alienis corporibꝫ fiũt · & q̃ in ſe ip̃o · optuit p familiarẽ ſenſũ eos potiri beneficijs xp̃i · Et ideo voluit hanc fieri tẽpeſtatẽ · vt p liberatõm manifeſtiorẽ accipiãt bñficij ſenſũ · Erat at̃ hec turbatõ typus futurarũ tẽptatõnũ · de q̊bꝫ paulꝰ dicit · Nolo vos ignorare fratres q̃m g̃uati ſũꝰ ſup̃ v̾tutẽ · Vt g̊ daret tp̃us formidini · Seq̃t᷑ · Jp̃e vero dormiebat · Si em̃ vigilãte eo fcta fuiſſet tẽpeſtas · vl' ñ timuiſſent · vl' ñ rogaſſent · Vel neqꝫ poſſe ip̃m tale aliq̃d facẽ crederẽt · Ori · Eſt at̃ res mirabil' & ſtupedẽda his q̃ nunq̃ dormit · neqꝫ dormitat · dormire di · Dormiebat q̊dẽ corpe · ſꝫ vigilabat deitate · d̾mõſtrãs quia veꝝ hũanũ portabat corpꝰ · q̊d corruptibile induerat · Corpe itaqꝫ dormiebat vt apl'os facẽt vigilare · & ne oẽs nos vnq̃ aĩo dormiãꝰ · Tãto at̃ metu diſcipl'i fuerãt cõterriti · & pene aĩo alienati · vt irruerẽt ĩ eũ · & ñ modeſte ac leuit᷑ ſugererẽt · ſꝫ turbulẽt᷑ ſuſcitarẽt eũ · Vñ ſeq̃t᷑ · Et acceſſ · ad eũ di · eiꝰ & ſuſci · eũ di · Dñe ſal · nos piꝰ · Hiero · Hꝰ ſigni typũ ĩ iona legiꝰ · q̃ñ ceteris piclitãtibꝫ ipſe ſecurꝰ ẽ · & dormit & ſuſcitat᷑ · Ori · O veraces diſcipuli · Saluatorẽ vobiſcũ habetis · & de piculo timetis · Vita vobiſcũ ẽ & de morte ſoliciti eſtis · Sed reſpõdeãt · puuli ſũꝰ · & ad huc ĩfirmi · ideoqꝫ timemꝰ · vñ ſeq̃t᷑ · Et dicit eis ihesus · Q̃d timidi eſtis · modice fidei? Quaſi · d · ſi potẽtẽ me ſup terrã cognouiſtis · q̃re ñ creditis ꝙ ĩ mari potẽs ſim? Et ſi mors irrueret · nõne d̾buiſtis eã cõſtãtiſſime ſuſtinẽ? Qui modicũ credit? arguet᷑ · q̃ nihil credit · cõtẽnet᷑ · Chriſ · ĩ ho · Si at̃ aliquis dixerit · q̊niã nõ fuit modice fidei accedẽtes excitare ihesũ · hoc ſignũ fuit · ꝙ nõ decẽtẽ de ip̃o opinionem habebãt · Nouerãt ꝙ excitatꝰ poterat mare ĩcrepare · nõdũ at̃ ꝙ dormiẽs · Propt᷑ hoc etiã neqꝫ p̃ſentibꝫ turbis hoc ſignũ fecit · vt ñ accuſent᷑ modice fidei · ſꝫ diſcipulos ſolũ accipiẽs corrigit & prius ſoluit turbatõnẽ aq̃ꝝ · Vñ ſeq̃t᷑ · Tũc ſurgens imparauit ventis & mari · & facta eſt tranquilitas magna · Hiero · Ex hoc at̃ loco ĩtelligiꝰ ꝙ oẽs creature ſentiãt creatorẽ · q̊bꝫ em̃ impat᷑ · ſentiũt impantẽ · ñ ẽrore hẽticoꝝ · q̃ oĩa putãt animãtia ſenſibilia eẽ ſꝫ maieſtate cõditoris q̃ apd̾ nos ĩſenſibilia ſũt · illi ſenſibilia ſũt · Orige · Jmparauit g̊ ventis & mari · Et de magno vento facta eſt trãq̃llitas magna · Decet em̃ magnũ magna facẽ · & iõ q̃ priꝰ magnifice cõturbauit ꝓfundũ maris · nũc iteꝝ trãq̃llitatẽ magnã fieri iuſſit · vt diſcipl'i nimiũ cõturbati · magnifice letarẽt᷑ · Chriſ · ĩ ho · Jn hoc etiã oñdit᷑ ꝙ oĩs cõfeſtĩ ſoluta ẽ tẽpeſtas & neqꝫ ſeitas turbatõis remãſit · q̊d q̊dẽ extraneũ erat · Cũ eĩ naturalit᷑ fluctuatõ t᷑miat᷑ vſqꝫ ad multũ tpꝰ aq̃ cõcutiũtur · ſꝫ hĩc ſimul oĩa ſoluebãt᷑ · Vñ q̊d d̾ p̃re dc̃tm ẽ · dixit · & ſtetit ſp̃us ꝓcelle · hoc xp̃s ope impleuit · Solo eĩ v̾bo & p̃cepto ſedauit · & refrẽauit · A viſu aũt & a ſomno & exutẽdo nauigio q̃ aderãt · eũ homĩem eſtimabãt · ꝓpter hoc in admirationem ceciderũt · vñ ſequit᷑ · Porro homĩes mirati ſũt dicẽtes · qualis eſt hic · quia venti & mare obediũt ei? Gloſa · Chriſoſto · ponit hanc litterã · Qualis ẽ hĩc ho · ſomnꝰ em̃ & quod apparebat · homĩem demonſtrabat · ſed mare & tranquillitas · deum oñdebat · Orige · Sed q̃ homĩes mirati ſũt · Nõ putes hic apoſtolos ſignificatos · Nuſq̃ em̃ ĩueniꝰ p̃t᷑ honorem cognomĩari · & dñi diſcipulos · ſꝫ ſemp aut apoſtoli aut diſcipuli nomĩãt᷑ · Mirabãt᷑ g̊ hi homines q̃ cũ eo nauigabãt · q̊rũ erat nauicula · Hie · Si at̃ q̊s cõtentõſe voluerit eos qui mirabãt᷑ · fuiſſe diſcipulos reſpõdebimꝰ recte homĩes appellatos · q̊a necdũ nouerãt potẽtiã ſaluatoris · Orige · Nõ at̃ ĩterrogãtes dicũt · q̃lis ẽ iſte? ſꝫ aſſerentes quia iſte talis ẽ · cui venti & mare obediũt · Qualis g̊ eſt iſte id ẽ quãtꝰ · q̃ꝫ fortis · q̃ꝫ magnꝰ · Jubet oĩ creature · & ñ ſupgredit᷑ iuſſionẽ eius · ſoli homĩes reſiſtũt · & iõ in iuditõ dãnabũt᷑ · Miſtice aũt oẽs in ſãcte eccleſie nauicula cũ dño per hũc vndoſũ ſupnatamus mundum · Jpſe autem dominus pio obdormit ſomno · patiẽtiã noſtrã & ĩpioꝝ penitentiã

exſpectãs. ¶ Hilar. Vel dormit eo ꝙ ſomno nr̄o
cõſopiat̃ in nobis. Maxie aũt aliud accidit. vt a
deo auxiliũ in piculi metu ſperẽ?. atqꝫ vtinã vel
ſpes ſera cõfidat ſe piculũ poſſe euadẽ. xp̄i intra ſe
vigilãte vͣtute. ¶ Orige. Alacrit̃ g° accedam? ad
eũ cũ ꝓpheta dicẽtes. Exurge quare obdormis do-
mie & ip̄e impabit ventis id ẽ demonib; q̃ concitãt
fluctus id eſt principes hui? mũdi ad pſecutõnes
ſãctis immittẽdas. facitqꝫ trãquilitatẽ magnã cir-
ca corp? & ſp̄ũm. pacẽ eccleſie & ſerenitatẽ m̃do.
¶ Rab. Vel alit̃. mare ẽ eſtus ſeculi. Nauicula
quã xp̄s aſcẽdit. ĩtelligit̃ arbor crucis. cui? auxi
lio fideles trãſactis m̃di fluctib; puenĩũt ad celeſtẽ
patriã quaſi ad littus ſecurũ. In q̃ xp̄s vna cũ ſu-
is aſcẽdit. Vñ prius ait. Qui vult venire poſt me.
abneget ſemetip̄m. & tollat crucẽ ſuã & ſequatur
me. Cũ g° xp̄s ĩ cruce poſit? fuiſſet. mot? magnus
fact? ẽ. q̇a commote ſũt mẽtes diſcipulorꝫ de eius
paſſione & nauicula opta ẽ fluctib;. q̇a tota vis p
ſecutõis circa crucẽ xp̄i fuit. vbi ſcꝫ morte occu-
buit. vñ dc̃m ẽ. Ip̄e vero dormiebat. ſuũ dormire.
mori ẽ. Excitãt aũt diſcipuli dñm. dũ turbati mor
te. maximis votis reſurrectõm q̃rũt. dicẽtes. ſal-
ua reſurgẽdo q̇a pim? turbatõne tue mortis. Ip̄e
vero reſurgẽs ĩcrepat duriciã cordis eorũ vt alibi
legit̃. Impauit aũt ventis q̇a diaboli ſupbiã ſtra
uit. Impauit mari. q̇ veſaniã iudeorꝫ diſiecit. & fa
cta ẽ trãq̃llitas magna. q̇a ſedate ſũt mentes diſci
pulorꝫ viſa reſurrectõe. ¶ Gloſa. Vel nauicula ẽ
eccleſia pñs ĩ q̃ xp̄s cũ ſuis mare ſeculi tranſit. aq̄s
pſecutorꝫ cõpeſcit. vñ miremur & g̃tias agã?.
¶ Et tũc cũ veniſſet ih̄s trãſfretũ ĩ regionẽ geraze
norꝫ. occurrerũt ei duo. habentes demonia. exeun
tes de monumentis. ſeui nimis. ita vt nemo poſſet
trãſire p viã illã. Et ecce clamauerũt dicentes.
Quid nobis & tibi ihesu fili dei? veniſti huc añ tp̄s
torquere nos. Erat aũt ñ lõge ab eis grex porcorum
multorꝫ paſcẽs. Demones aũt rogabãt eũ dicẽtes.
Si eijcis nos. mitte nos ĩ gregem porcorꝫ. & ait
illis. Ite. At illi exeũtes abierũt ĩ porcos. & ecce
magno impetu abijt totus grex p̄ceps in mare. &
mortui ſũt ĩ aq̄s. Paſtores aũt fugiert. & veniẽtes
ĩ ciuitatẽ. nũtiauerũt oĩa. & d̃ his qui demonia ha
buerãt. & ecce tota ciuitas exijt obuiã ihesu. & vi
ſo eo. rogabãt vt trãſiret a finib; eorꝫ. ¶ Chriſ. ĩ
ho. Quidã hoĩes xp̄m hoĩem eẽ dicebãt. venerunt
demones diuinitatẽ eius diuulgãtes vt q̇ mare p-
celloſũ & rurſus q̇etũ nõ audierãt. demones audir-
ent clamãtes. Vñ dicit̃. & cũ veniſſet trãſfretum
ĩ regionẽ gerazenorꝫ. occurrerũt ei duo hoĩes hñtes
demonia. ¶ Raba. Geraza vrbs ẽ arabie trãs ior
danẽ iũcta mõti galaad. quẽ tenuit trib; manaſſe.
nõ lõge a ſtagno tyberiadis. in quo porci p̄cipitati
ſũt. ¶ Aug?. de con. euã. Quod aũt mathe? duos
dicit fuiſſe q̇ demonia paciebant̃. Marcus aũt & lu
cas vnũ cõmemorãt. ĩtelligas vnũ eorꝫ fuiſſe per-
ſone alicui? clarioris & famoſioris. quẽ regio illa

maxie dolebat. & p cuius ſalute plurimũ ſatage-
bat. de quo facti hui? fama preclarius fragrauit.
¶ Chri. ĩ ho. Vel lucas & mãc? vnũ eorꝫ ſeuiorẽ
elegerũt. vnde & ei? calamitatẽ exprimũt. Lucas
em̄ dicit ꝙ ruptis vinculis agebat̃ ĩ deſerto. Mar-
cus aũt ꝙ & lapidib; ſeip̄m intercidebat. Nec tm̄
dicũt qm̄ vn? ſolus erat. ne matheo cõtraria dicẽ
viderent̃. Per hoc aũt ꝙ ſubdit̃. De monumentis
exeuntes. pniciosũ dogma imponẽ volebant ſcꝫ ꝙ
anĩe morẽtiũ demones fiant. Vñ multi aruſpicũ
occidũt pueros vt aniam eorꝫ coopãtem habeant.
ꝓpter quod & demoniaci clamãt. qm̄ anima illius
ego ſũ. Nõ eſt aũt aĩa defuncti q̃ clamat. ſed demõ
hoc fingit vt decipiat audientes. Si em̄ in alteri?
corpus animam mortui poſſibile eẽt intrare. mul-
to magis in corpus ſuum. Sed neqꝫ habet rationẽ.
iniqua paſſam animam cooperari iniqua ſibi facien
ti. Vel hominem poſſe virtutem incorpoream in
aliã trãſmutare ſubſtãtiaꝫ ſcꝫ aĩam ĩ ſubſtantiam
demonis. Neqꝫ em̄ ĩ corporib; hoc machinari quis
poteſt. vt ĩ hoĩs corpus faciat aſini corpus. Neqꝫ
em̄ ratõnabile eſt aĩam a corpe ſepatam hoc iam
oberrare. Iuſtorꝫ eñ aĩe ĩ manu dei ſũt. Vñ & que
p̄uorꝫ neqꝫ em̄ male ſunt. Sed & que peccatorum
ſunt confeſtim hinc abducunt̃. Et hoc manifeſtũ
eſt ex lazaro & diuite. Quia vero null? eos afferre
audebat ad xp̄m ꝓpter ſeuitiam hos demoniacos
Chriſtus ad eos vadit. Que q̇dem eorũ ſeuitia deſig
nat̃. cũ ſubdit̃. Seui nimis. ita vt nemo poſſet trã
ſire p viã illã. Sed q̇a alios ꝓhibebãt ptrãſire. ob
ſtruẽtem igit̃ viã ĩuenerũt. Eteñ flagellabant̃ ĩ
uiſibilit̃. intollerabilia patiẽtes ex xp̄i p̄ſentia.
vñ ſequit̃. Et ecce clamauerũt dicẽtes. Quid nob̃
& tibi ihesu fili dei? ¶ Hiero. Nõ ẽ aũt volũtatis
iſta cõfeſſio quã p̄miũ ſequit̃ cõfitentiũ. ſ; neceſſi-
tatis extorſio que cogit ĩuitos. Velut ſi ſerui fu-
gitiui poſt multũ tp̄is dominũ ſuũ videant. nihil
aliud niſi de verberib; deprecant̃. Sic & demones
cernẽtes dñm in terris repente verſari. ad iudican
dos ſe veniſſe credebãt. Ridiculũ aũt putãt quidã
demonia ſcire filiũ dei & diabolũ ignorare. eo ꝙ
minoris malicie ſint iſti q̄ꝫ ille cui? ſatellites ſunt
cũ omnis ſciẽtia diſcipulorꝫ ad magiſtrũ referenda
ſit. ¶ Aug?. xij. de ci. dei. Tantũ aũt ĩnotuit eis de
us. quantũ voluit. tm̄ aũt voluit quantum oportuit.
Innotuit g° eis ñ p id ꝙ vita eterna ẽ. & lumẽ qđ
illumĩat pios. ſ; p q̃dam tp̄alia ſue vͣtutis effecta.
& occultiſſime p̄ſentie ſigna q̃ ãgelicis ſpiritib; eti
am malignis potius q̄ꝫ ĩfirmitati hominũ poſſunt
eẽ pſpicua. ¶ Hiero. Sed tñ tam demones q̄ꝫ dia
bolus ſuſpicari magis filiũ dei q̄ꝫ noſſe intelligendi
ſunt. ¶ Aug?. ĩ libro. de. q̃. no. & ve. teſtamẽti.
Quod aũt demones clamãt. Quid nobis & tibi ihe-
ſu fili dei. magis ex ſuſpitõne q̄ꝫ ex cognitõne dix-
iſſe credẽdi ſunt. Si em̄ cognouiſſent. nũq̄ꝫ dñm
glorie crucifigi pmiſiſſent. ¶ Remi. Sꝫ q̇tiẽſcũqꝫ
ei? vͣtute torq̇bãt̃. & miãcula facientẽ videbant.

in eo praue confeſſionis error inueniſſet locum ·
¶ Chriſoſto · Quid etiam mirabile eſt hec pati pe-
trū q̄ de his reuelatōne; ñ ſuſcepit? Vt · n · diſcas
q̄ neq; illa q̄ de xp̄o cōfeſſus fuerat · ex ſe locut⁹ ē ·
vide qualit̄ ī his q̄ non reuelata ſūt ei · turbatōne
patiat̄ · hūana · n · & terreſtri cogitatōne · q̄ ſūt xp̄i
cōſiderās · eſtimabat turpe & ī dignū eſſe ei q̄ pa-
teret̄ · Et ideo dn̄s ſubiecit · Quia nō ſapis ea q̄ dei
ſūt · ſ; ea q̄ hoīm · ¶ Hiero · Quaſi · d · mee volūtatis
ē & patris vt ꝓ hoīm ſalute moriar · tu tuā tantū
cōſiderans volūtate; nō vis granū tritici cadere in
terrā vt multos afferat fruct⁹ · Et ideo q̄a ɔtraria
loq̄ris volūtati mee debes aduerſari⁹ appellari ſa-
thanas · n · īterp̄tat̄ aduerſari⁹ ſiue ɔtrari⁹ · Nō tñ
vt pleriq; putant eade; ſathanas & petr⁹ ſentētia
cōdemnāt̄ · Petro · n · dr̄ · Vade retro me ſathanas
id ē ſeq̄re me · qui cōtrari⁹ es volūtati mee · Jlle au
dit · Vade ſathanas · & non ei dr̄ retro · vt ſubau-
diat̄ · vade ī ignem eternū · ¶ Ori · Dixit g̊ petro
Vade poſt me · q̄ſi deſiſtēti p ig̊rantiā ire p⁹ xp̄m
Sathana aūt dixit ei · q̄ſi per ignorantiā aliquid
habēti cōtrariū deo · Beatus at̄ ad quē cōuertitur
xp̄us · etiā ſi corripiēdi cauſa cōuertit̄ · Sz quare
dixit ad petꝝ · Scandalū mihi es · cū ī pſalmo di-
cat̄ · Pax multa diligentib; legē tuā · & non ē illis
ſcandalū? Sed r̄ndēdū ē · qm̄ nō ſolū ih̄us nō ſcā-
dalizat̄ · ſed nec omnis homo qui in dilectione dei
ꝑfect⁹ ē · Sed q̄ntū ad ſe qui tale aliquid vel agit
vel loquit̄ · ſcandalū ē alteri · licet ille īſcandaliza-
bil̄ ſit · Aut certe omnē diſcipulū peccātē ſcādalū
ſibi appellat · ſicut & paul⁹ dicebat q̄s ſcādalizat̄
& ego non vror · Sequit̄ text⁹

¶ Tunc ihesus dixit diſcipulis ſuis · Si q̄s vult
poſt me venire · abneget ſemetipſum · & tollat cru
cem ſuam & ſequatur me · Qui enim voluerit ani-
mam ſuam ſaluam facere · perdet eam · Qui autem
p̄diderit aīa; ſuā ꝓpt̄ me · īueniet eā · ¶ Chriſoſt ·
Poſtq̄ petr⁹ dixerat · ꝓpiti⁹ eſto tibi · neq̄q̄ erit
tibi hoc & audiuit · vade retro me ſathanas ñ fuit
dn̄s hac ſolū īcrepatōne ɔtēt⁹ · ſ; ex ſupabūdātia

velut oſtenderet īconuenientiā dictoꝝ a petro & fru
ctum ſue paſſionis. Vñ ſubdit̄. Tunc iħus dixit
diſcipulis ſuis. ſi q̇s vult poſt me venire. abnegz
ſemetipm̄ & tollat crucē ſuā & ſeq̄tur me. q. d. tu
dicis mihi. ꝓpicius eſto tibi. Ego autez dico tibi.
qm̄ nō ſolū me ꝓhibere a paſſione nociuū tibi ē. ſꝫ
neq̃ ſaluari poteris. niſi patiaris & moriaris & vi
te abrenūcies ſemꝑ. Et vide ꝙ nō coactiuū facit
ſmonē. Nō eñ dixit. ſi nolueritis. oportet vos hec
pati. ſꝫ ſi q̇s vult. Hoc at̄ dicēs magis attrahebat
Qui. n. libtati auditorē dimittit. magis attrahit.
q̇ vō violētiā īfert multociēs īpedit. nō aūt ſolis
diſciplis ſꝫ ꝯmūc hoc dogma orbi t̄raꝝ ꝓponit di-
cēs. Si q̇s vult. i. ſi mlr. ſi vir. rex. ſi liber. ſi ſuꝰ
¶ Chriſ. Tria at̄ ſūt q̄ dicūt̄. abneget ſemetipm̄
tollat crucē ſuā. & ſeq̄t̄ me ¶ Grego. in ho. Quia
niſi q̇s a ſemetipō deficiat. ad eū q̇ ſuꝑ ipm̄ ē. non
appropinq̄t. Sꝫ & ſi nos ipos relinq̇mꝰ. q̊ ibimus
extra nos. vl̄ q̇s ē. q̇ vadit. ſi ſe deſerit? ſꝫ aliud
ſumꝰ ꝑ pc̄m lapſi. aliud ꝑ naturā cōditi. Tūc g̊
noſmetipos relinq̇mꝰ. & abnegamꝰ. cū vitamus
qd̄ ꝑ vetuſtatem fuimꝰ. & ad hoc nitimur. qd̄ per
nouitatem vocamur ¶ Gregoriꝰ. ſuper ezechiel.
Semetipm̄ etiā abnegat. q̇cūq̇ mutat̄ ad melio-
ra & īcipit eſſe qd̄ nō erat. ¶ Greg̊. xxiij. mora.
Semetipm̄ etiā abnegat. qui calcato tipo ſuꝑbie
ante dei oculos ſe eſſe a ſe alienum demonſtrat.
¶ Orige. Quāuis aūt videat̄ aliq̇s a peccato ab-
ſtinere. tñ niſi in crucem xp̄i crediderit. nō poteſt
dici. xp̄o confixus ſine cruci. Vnde ſequitur. Et
tollat crucem ſuā. ¶ Chriſ. Vel aliter. q̇ negat.
aliū vel fratrem vel famulū vel quēcumq̇. Etſi
flagellatum viderit. & quodcūq̇ pacientem non
aſſiſtit. nō adiuuat. ita vult corpori nr̄o nos nō ig̊
ſcere. vt ſi flagellauerit vl̄ qd̄cūq̇ aliud fecerit
corꝑi nō ꝑcamꝰ. hoc. n. ē ꝑcere. ſicut pr̄es tūc ig̊-
ſcūt filijs. cū mgr̄is eoꝝ tradētes iuſſerint. vt nō
ꝑcāt. Ne at̄ eſtimes ꝙ vſq̇ ad v̇ba tātū & cōtume
lias oportet abnegare ſeipm̄. oñdit vſq̇ ad mortē
etiā turpiſſimā. ſ. crucis qd̄ ſig̃ficat ī hoc ꝙ dicit
Et tollat crucē ſuā & ſeq̄t̄ me. ¶ Hila. Sequndꝰ
eñ ē dñs cruce aſſumpta & paſſionis ſue & ſi non
ſorte tñ volūtate comitādus ē. ¶ Chriſ. Quia eti
am latrones multa g̃uia patiunt̄. vt nō eſtimes.
ꝙ paſſio maloꝝ ſufficiat adiūgit cauſā patiēdi cū
dicit. Et ſeq̄t̄ me. vt ꝓpter eū oīa ſuſtineas. & ali
as eiꝰ v̇tutes addiſcas. Hoc eſt eñ ſequi xp̄m vt
oportz. diligētē eſſe circa v̇tutes. & pati oīa ꝓpter
ipm̄. ¶ Grego. Duob⁹ etiā mod̄ crux tollit̄. cuꝫ
aut ꝑ abſtinētiā affligit̄ corpus aut ꝑ cōpaſſionē
ꝓximi affligit̄ aīmꝰ. Sꝫ q̇a ipis v̇tutib⁹ quedā
vitia mixta ſūt. dicēdū nob̄ ē ꝙ abſtinētiā carnis.
nōnūq̇ vana gloria abſcidet q̇a dū tenuitas ī cor-
pore dū pallor ī vultu reſpicit̄ v̇tꝰ patefacta lau-
dat̄. Cōpaſſionē v̇o aī plerūq̇ latēter obſidet pie-
tas falſa vt hāc nōnūq̇ vſq̇ ad cōdeſcēdēdū vitijs
ꝑtrahat. Vñ ad hec excludēda ſubdit & ſeq̄t̄ me

¶ Hie. Vel alit̄. tollit crucē ſuā q̇ mūdo crucifi-
git̄. Cui at̄ mūdus crucifixus ē. ſeq̄t̄ dñm cruci-
fixum. ¶ Chriſoſto. Deinde quia graue videbat̄
quod dictū eſt. per ea que conſequuntur. id miti-
gat. premia ponens ſupereminētia laborib⁹. & ma
litie penas. Vñ ſequit̄. Qui. n. voluerit animam
ſuam ſaluā facere perdet eam. ¶ Orige. Quod du
pliciter poteſt ītelligi. Primū ſic. Si q̇s amator
vite preſentis parcit anime ſue timens mori. & pu
tans animā ſuā per hāc mortem perire. Iſte volēs
hoc modo ſuare aīam ſuā. perdet eam. alienā illā
faciens a vita eterna. Siquis contemnens vitam
preſentez vſq̇ ad mortem pro veritate certauerit.
perdet quidam animam ſuam quantum ad vitam
preſentem. Sed quoniam ꝓpter xp̄m ꝑdet eam.
magis eam ſaluam faciet in vitā eternā. Alio mō
ſic. Si quis ītelligit que eſt vera ſalus & acq̇rere
vult eam ad ſalutē anime ſue. iſte abnegans ſemet
ipm̄ perdit q̄ntū ad voluptates carnales aīam ſuā
ꝓpter xp̄m. & ꝑdens aīam ſuā hoc modo. ſaluat eā
ꝑ opa pietatis. Dicēdo. n. q̇ voluerit p̄cedētē & ſe-
quētem vnū ſenſum eſſe oñdit. Si ergo quod ſu-
perius dixit. abneget ſemetipm̄. de morte corpo-
rali dixit. cōſequēter hoc de ſola morte intelligere
debemꝰ dictū eē. Si at̄ abnegare ſeipſum eſt car-
nalem conuerſationem reijcere. & ꝑdere aīaz ē de-
ponere voluptates carnales. Sequit̄ textꝰ
¶ Quid. n. ꝓdeſt hoī ſi vniuerſum mūdū lucret̄.
aīe vero ſue detrimētū patiat̄. aut quā dabit homo
cōmutatōnem ꝓ anima ſua? Filius eñ hoīs ven-
turus ē in gloria patris ſui cū angelis ſuis. & tūc
reddet vnicuiq̇ ſm̄ opa eius. Amē dico vob̄. Sūt
quidā de hic ſtantib⁹. q̇ nō guſtabūt mortē donec
videāt filiū hoīs venientē in regno ſuo. ¶ Chriſ.
Quia dixerat q̇ vult ſaluare. ꝑdet. & qui perdet.
ſaluabit. vtrobiq̇ ſalutē & ꝑditōnem ponens. ne
aliq̇s eſtimet eq̄lē eſſe hīc inde ꝑditōnē & ſalutem
ſubiūgit. Quid. n. ꝓdeſt hoī ſi vniuerſum mundū
lucret̄ aīe vero ſue detrimētū patiat̄? q̇ſi. d. ne di-
cas ꝙ q̇ ꝑicula q̄ ꝓpt̄ xp̄m īminēt effugit. ſaluet
aīam ſuā. i. vitā temporalē. Sed pone etiā cū aīa
id ē vita temporali totū orbem terraꝝ. quid ex his
homini erit amplius? aīa ī ꝑpetuum pereūte. Si
ei famulos tuos videres in leticia. te aūt in malis
vltimis ꝯſtitutū. quid lucrareris ex eoꝝ dominio?
Hoc etiā ī aīa tua reputa. cū cāne laſciuiente ipa
futurā ꝑditōnē expectat. ¶ Orige. Puto etiā ꝙ
mūdū lucrāt̄. q̇ ñ abnegat ſemetipm̄. nec ꝑdit aīaz
ſuā q̄ntū ad voluptates carnales. & ipſe facit aīe
ſue detrimentū. Jō duob⁹ nob̄ ꝓpoſitis magis ē eli
gēdū vt mūdū ꝑdamꝰ. & lucremur aīas noſtras.
¶ Chriſ. Sꝫ ſi regnaueris ſuꝑ vniuerſū orbem
terraꝝ. nō poteris aīam tuā emere. Vñ ſequit̄.
Aut quā dabit hō cōmutatōnem ꝓ aīa ſua? Ac ſi
dicat. Diuitias ſi ꝑdideris poteris dare diuitias ali
as ad eas redimēdas. aīaz at̄ ꝑdēs. ñ poteris aīam
aliquā dare. ſꝫ neq̇ aliq̇d aliud. Quid aūt mirabile

eſt. ſi in aīa hoc cōtingit? Etem̄ ī corpe hoc vide-
tur cōtingere. Et ſi em̄. x. milia diademata corpi
inſanabilit̄ egroto circūpoſueris. nō curat̄. ¶ Ori.
Et pma q̄dē facie cōmutatio aīe ē ſubſtātia vt det
ſubſtātiā ſuā hō pauperibꝫ. & ſaluet aīam ſuam.
Sed puto ꝙ non habet aliquid homo. quod dans
quaſi cōmutatōnem anime ſue liberet eā de morte
Deus aūt ꝑ aīabꝫ hoīm dedit cōmutatōnem p̄cio
ſum ſanguinem filij ſui. ¶ Greḡ. Vel alit̄ poteſt
cōtinuari q̄a ſancta eccleſia aliud h̄t tpus pſecu-
tōnis. & aliud pacis redeptor nr̄ ipa ei⁹ tpa diſt-
inguit in p̄ceptis. Nā pſecutōnis tpe ponenda eſt
aīa. pacis aūt tpe. ea q̄ āplius dn̄ari poſſunt. frā-
genda ſunt deſideria terrena. Vn̄ dr̄. Quid. n. pro
deſt homini. ¶ Hie. Prouocatis autē diſcipulis
vt abnegarēt ſe & tollerent crucē ſuā. grandis fit
terror audiētiū. Idcirco triſtibꝫ leta ſuccedūt. &
dicit. fili⁹ ei hoīs vētur⁹ ē ī gloria pr̄is ſui cū an-
gelis ſuis. Times mortē? audi gloriā triūphātis.
Vereris crucē? auſculta āgeloꝝ miſteria ¶ Ori.
Quaſi. d. Nūc q̄dē fili⁹ hoīs venit. ſ; n̄ ī gl̄a. Nō ei
decebat eū ī gloria cōſtitutū pcta nr̄a portare. Sꝫ
tūc veniet ī gloria. Cū an̄ pparauerit diſcipulos
ſuos factus ſicut illi. vt illos faceret ſicē ē ipe. con
formes glorie ſue. ¶ Chriſ. Nō at̄ dixit ī tali gl̄a
ī q̄li ē. ne alteritatē glorie ſuſpiceris. ſ; ait. gloria
patris. vt eadē gloria oſt n̄dat̄. Si at̄ gloria vna
ē. maifeſtū ꝙ ſubſtātia vna ē. Quid ḡ times petre
mortē audiēs? tūc me videbis in gl̄ia. Si at̄ ego ī
gloria. & vos. Sed tamen dicēs gloriā. terribilia
īmiſcuit ī mediū iudiciū ītroducēs. Vn̄ ſeq̄t̄. Et
tūc reddā vnicuiq; ſcd̄m opera ei⁹. ¶ Hie. Non ē
enim diſtinctio iudei & gentilis viri & mulieris.
pauperū & diuitū. vbi non pſone. ſ; opera ɔſiderāt̄
¶ Chriſ. Hoc aūt dixit non ſolū peccatoribꝫ pe-
nas commemorans. ſed iuſtis brauia & coronas.
¶ Hiero. Poterat aūt apoſtolorū tacita cogitatō
iſtuiſmodi ſcandalū ſuſtinere. Occiſionē & mortē
nūc dicis eſſe futurā. ꝙ at̄ pmittis te affuturū in
gl̄a ī tēpora longa differt̄. Preuidēs ḡ occultoꝝ
cognitor q̄d poſſent obijcē. pn̄tem timorē pn̄ti cō-
penſat p̄mio. dicens. Sūt q̄dā de hic ſtantibꝫ qui
nō guſtabūt mortē donec videāt filiū hoīs venē-
tē ī regno ſuo. ¶ Chriſ. Volēs ḡ monſtrare q̄d ē
illa gloria in q̄ poſtea ventur⁹ ē. eis in pn̄ti vita
reuelauit ſicut poſſibile erat eos diſcere. vt neq; ī
dn̄i morte iā doleant. ¶ Remi. Quod ḡ hic dicit̄
impletū eſt in tribꝫ diſcipulis. quibꝫ domin⁹ tranſ
figuratus in monte gaudia eterne repromiſſionis
oñdit. q̄ viderūt eū in regno ſuo venētem. i. in ea
claritate fulgentē ī qua pacto iudicio videbit̄ ab
oībꝫ ſanctis. ¶ Chriſ. Propt̄ hoc at̄ n̄ p̄dicit no-
mina eoꝝ qui aſcenſuri erāt in montē. quia reliqui
valde concupiſcerent ſequi. exemplū illi⁹ glorie
viſuri & ḡuiter tuliſſent velut deſpecti. ¶ Greḡ.
Vel regnum dei pn̄s eccl̄ia vocat̄. Et q̄a nōnulli
ex diſcipulis eius vſq; adeo ī corpore victuri erāt

vt eccl̄iaꝫ dei cōſtructā ɔſpicerēt. & cōtra h⁹mōdi
gloriam erectā ɔſolatoria pmiſſione nūc dr̄. Sūt
q̄dam de hic ſtantibꝫ. ¶ Orige. Moralit̄ autem
verbū dei his qui nouiter īducūt̄ ad fidē formā h̄t
ſerui. Perfectis at̄ venit ī gloria patris ſui. An-
geli at̄ illi⁹ ſunt pphetaꝝ ſermones. quos non eſt
poſſibile ante ſpiritaliter intelligere. niſi cū ſpiri-
talit̄ ītellectū fuerit v̓bū xp̄i. vt videāt̄ ſimul appa
rere ī maieſtate. Tūc at̄ dabit vnicuiq; ꝯ gl̄a ſua
ſcd̄m actū ei⁹. q̄a q̄nto quis melior fuerit ī actibꝫ
ſuis tāto ſpiritali⁹ ītelligit xp̄m vel pphetas ipi⁹
Stātes aūt. vbi ſtat ih̄s: ſūt q̄ fundatas habēt ap
ud ih̄m aīe baſes. Ex q̄bꝫ q̄ meli⁹ ſtāt: dicūt̄ non
guſtare mortem donec videāt v̓bum dei. quod ve-
nit ī regno ſuo videns eminentiam dei ꝙ̄ videre non
poſſunt q̄ diuerſis inuoluti ſūt pctis. q̄d ē mortē
guſtare. q̄ peccans aīa morit̄. Sicut. n. vita ē &
panis viu⁹ q̄ de celo deſcendit. Sic & inimica ei⁹
mors panis ē mortu⁹. Ex iſtis at̄ panibꝫ q̄dā mo
dicū mādūcāt tātū guſtātes q̄dā habundantius.
Qui. n. raro & modicū peccāt. tantūmodo guſtāt
mortē. q̄ at̄ pfecti⁹ ſuſceperit ſpiritalē v̓tutē. n̄ gu
ſtāt eā. ſ; viuo pane ſemp veſcūt̄. Quod aūt dicit.
donec videāt non definit tpus. vt poſtꝙ̄ trāſierit
illud. donec fiat q̄ āte nō fuerat factū. ſ; rem q̄ ne
ceſſaria ē. exponit. Qui em̄ ſemel videt eū ī gloria
ei⁹. iā neq̄ꝙ̄ guſtabit mortē. ¶ Raba. Sanctos
aūt mortem guſtare teſtat̄. a q̄bꝫ mors corpis q̄-
ſi libando guſtat̄. vita v̓o aīe poſſidendo tenetur.

¶ Capitulum. xvij.

ET poſt dies ſex aſſumpſit ih̄s
petꝝ & iacobū & iohannē frēm
eius & duxit illos in mōtē excel
ſū ſeorſū. & transfiguratus ē āte
eos. Et reſplēduit facies ei⁹ ſicut
ſol. Veſtimēta at̄ ei⁹ facta ſunt
alba ſicut nix. & ecce apparuērt illis moiſes & heli
as cū eo loq̄ntes. Rn̄dēs aūt petr⁹ dixit ad ih̄m.
Dn̄e bonū eſt nos hic eſſe. Si vis. faciamus hic
tria tabnacula. tibi vnū. moiſi vnū. & helie vnū.
¶ Remi. Claritatē ſue viſionis ꝙ̄ pmiſerat dn̄s
diſcipulis ſuis ī hac trāſfiguratōne habita ī mōte
poſt ſex dies. cōpleuit. Vn̄ dr̄. Et poſt dies ſex
aſſumpſit petꝝ & iacobū & iohannem frēm eius.
¶ Hie. Querit̄ autē quō poſt dies ſex aſſumpſit
eos. cū lucas euā. octonariū numeꝝ ponat. ſ; faci-
lis eſt rn̄ſio. q̄a hic medij ponunt̄ dies. ibi p̄mus
addit̄ & extrem⁹. ¶ Chriſ. Nō at̄ n̄ ɔfeſtī facta p
miſſione eos ſurſum ducit. ſ; poſt dies ſex. vt reli
qui diſcipuli nihil patiāt̄ hūanū. i. aliquē īuidie
motū. vel vt hoꝝ dieꝝ ſpacō vehemētiori cōcupi-
ſcentia repleti. q̄ aſſumēdi erāt. ſollicita mēte acce
derent. ¶ Rabanus. Merito autem poſt ſex dies
gloriā illam oſtendit. quia poſt ſex etates futu-
ra eſt reſurrectio. ¶ Origenes. Vel quia in ſex
diebꝫ totus factus eſt viſibilis mundus. qui trāſ
ſcendit omnes res mundi poteſt aſcendere ſuper

montem excelſum · & gloriam aſpicere verbi dei ·
¶ Chriſ · Ideo autem hos tres aſſumpſit qm̄ alii peccatores erant · Intēde autem qualiter matheꝰ n̄ occultat eos q̄ ſibi p̄poſiti ſūt · hoc · n · & iohānes facit p̄cipuas petri laudes cōmemorās · Ab emulatione em̄ & vana gloria mūdus fuit apoſtoloꝝ chorus · ¶ Hila · In tribꝰ at̄ aſſumptis de triū origine Sem · Cham & Japhet futura electō populi oñdit · ¶ Raba · Vel tres ſolūmodo diſcipulos ſecū ducit · q̄a multi ſūt vocati · pauci vō electi · Vl̄ q̄a qui nūc fide ſancte trinitatis incorrupta mente ſeruāt · tūc et̄na eius viſione letant̄ · ¶ Remi · Oſtēſurꝰ at̄ dn̄s gloriā ſue claritatis diſcipulis · duxit eos ī mōtē · Vn̄ ſeq̄t̄ · Et duxit illos ī mōtē excelſū ſeorſū · In q̄ docet q̄a neceſſe ē oībꝰ qui deū cōtēplari d̄ſiderāt · vt n̄ ī infimis voluptatibꝰ iaceāt · ſed amore ſupnoꝝ ſemp ad celeſtia erigant̄ · & vt oñdat diſcipulis q̄tinus gloriā diuine claritatis n̄ in huiꝰ ſeculi p̄fundo q̄rant · ſed ī celeſtis btitudinis regno · Ducit̄ aūt ſeorſū · q̄a ſācti viri toto animo & fidei intentione ſepati ſunt a malis · funditusq̄ ſepabūt̄ ī futuro · Vel q̄a m̄lti vocati pauci vero electi · Seq̄t̄ · Et trāſfiguratus eſt añ eos ·
¶ Hiero · Qualis · n · futurꝰ ē tēpore iudicādi · talis apoſtolis apparuit · Nemo at̄ putet priſtinā eū formā & faciem p̄didiſſe · vel amiſiſſe corpis veritatē · & aſſumſiſſe corpus ſpiritale vel aereū · Sed quō trāſfiguratus ſit · Euangeliſta demōſtrās · d · Et reſplēduit facies eius ſic̄ ſol veſtimēta at̄ eius facta ſunt alba ſic̄ nix · Vbi ſplēdor faciei oñdit̄ & candor deſcribit̄ veſtiū · nō ſubſtantia tollit̄ · ſꝫ gloria cōmutat̄ · Certe trāſformatus ē dn̄s in eā gloriā · q̄ venturus eſt poſtea in regno ſuo · Transformatō ſplēdorē addidit · faciē n̄ ſubtraxit etſi corpꝰ ſpiritale fuerit · vn̄ & veſtimēta mutata ſunt · q̄ intantū fuere cādida vt alius euāgeliſta differit q̄lia fullo ſup terrā nō poſſet facere & huiꝰ aūt corpale ē & tactui ſubiacꝫ · n̄ ſpiritale & aereū q̄d illudat oculis · & tm̄ ī phātaſmate aſpiciat̄ ¶ Chri · Si at̄ facies dn̄i reſplēduit ſic̄ ſol & ſancti ſic̄ ſol fulgebūt nūq̄d erit eq̄lis claritas dn̄i & ſuoꝝ; nequaq̄ · Sꝫ q̄a nihil lucidius inuenit̄ ſole · Idcirco ad manifeſtandū exēplū future reſurrectōnis & facies dn̄i reſplēdere & iuſti fulgē dicūt̄ ſic̄ ſol ¶ Orige · Miſtice at̄ cū aliq̄s trāſcenderit ſex dies ſc̄d̄m q̄ diximus · videt trāſfiguratū ieſum ante oculos cordis ſui · Diuerſas em̄ habet verbū dei formas apparēs vnicuiq̄ ſc̄d̄m q̄ videri expedire cognouerit · & nemini ſup q̄d capit · ſemetipm̄ oñdit · Vn̄ nō dixit ſimplicit̄ transfiguratus ē · ſꝫ coram eis · In euāgelii̅s · n · ieſus ſimpl'r intelligit̄ ab eis q̄ nō aſcendūt p exercitatōnē verboꝝ ſpiritaliū ſup excelſū ſapiētie mōtē · Eis at̄ q̄ aſcendūt · iam nō ſc̄d̄m carnē cognoſcit̄ · ſꝫ deus verbū intelligit̄ · Coram his g̊ transfigurat̄ ieſus & nō coram illis q̄ ſūt deorſū in cōuerſatōne terrena viuentes · Hii aūt corā q̄bꝰ trāſfigurat̄ · facti ſūt filii dei · & oñdit̄ eis ſol eē iuſticie · & veſtimēta ipi̅us fiūt candida · ſic̄ lumē q̄ ſunt ſmones & littere euāgelioꝝ q̄bꝰ ieſus ē ī dutus ſm̄ illa q̄ ab apoſtol' dicūt̄ de eo · ¶ Glo · Vl̄ veſtimēta xp̄i ſāctos ſignificāt · de q̄bꝰ eſaias oībꝰ his velut veſtimēto veſtieris · & viui operāt̄ · q̄a candidi erūt v̄tutibꝰ · & om̄is vitioꝝ eſtus ab eis remotus erit · Seq̄t̄ · Et apparuerūt illis moyſes & helias cū eo lo q̄ntes · ¶ Chriſ · Hoc at̄ multas hꝫ ratōnes · Et p̄ma quidē ē hec · Quia · n · turbe dicebant eū eſſe heliam vel hieremiā aut vnū ex p̄phetis capita p̄phetaꝝ ſecū ducit · vt ſaltem hinc videat̄ differētia ſuoꝝ & dn̄i · Alia rō ē · Quia · n · cōtinue ieſum accuſabant iudei tanq̄ trāſgreſſorez legis & blaſphemū patris ſibi gloriā vſurpantez · vt oñdat̄ ab vtraq̄ accuſatōne innoxius eos q̄ in vtroq̄ fulſerūt · in mediū ducit · Etenī moyſes legez dedit & helias p gloria dei emulator fuit · Alia rō eſt vt diſcāt · q̄m mortis & vite p̄tatem habet Propter hoc & moyſen q̄ morte defecerat · & heliam qui nondum mortem paſſus fuerat in medium ducit · Aliam cauſam & ip̄e euangeliſta reuelat · ſ · mōſtrare crucis gloriā · & mitigare petꝝ & alios diſcipulos paſſionē timētes · Loq̄bāt̄ · n · vt alius euāgeliſta dicit de exceſſu quē cōpleturꝰ erat in hieruſalē · Vn̄ eos in mediū ducit · q̄ ſe morti expoſuerūt · pro his que deo placebant & p plebe credenciū · Etenī tyrannis vterq̄ ſe libere preſentauit · Moyſes q̄dem pharaoni helias at̄ achab · Ducit at̄ & p̄t̄ hoc eos ī mediū · Volebat · n · q̄ diſcipuli illoꝝ p̄uilegia zelarēt · vt · ſ · fierēt māſueti ſic̄ moyſes · & zelātes ſic̄ helias · ¶ Hila · q̄d etiā moyſes & helias ex oī ſāctoꝝ nūero aſſiſtūt mediꝰ iſ' legē & p̄phetas xp̄s ī regno ē · Cum his · n · iſraelē q̄bꝰ teſtibꝰ p̄dicatꝰ ē iudicabit ¶ Origi. ſiq̄s etiā itelligit ſpiritalē legē cōuenientē ſmonibꝰ ieſu & in p̄phetis abſcōditā xp̄i ſapiāz · Ille vidit moyſen & heliā ī gl'a · vna cū ieſu ¶ Hie · cōſiderā dū ē etiā q̄ ſcrib' & phariſeis de celo ſig̃ poſcētibꝰ dare noluit · hic vō vt apoſtoloꝝ augeat fidē dat ſignū d̄ celo helia īde dn̄ete · q̄ aſcēderat & moyſe ab iferis reſurgēte · q̄d & achaz p Eſaiā p̄cipit̄ · vt petat ſibi ſignū de iferno · vel de excelſo ¶ Ori · q̄d at̄ feruidꝰ petrꝰ dixerit · ſubdit̄ · Rñdens petrꝰ dixit ad ieſum · Domine bonum eſt nos hic eſſe · Quia · n · audiuit q̄ oportet eum hieroſolimā ire · adhuc tiet p xp̄o · ſꝫ poſt icrepatōez · nō audet dicere rurſus · p̄picius eſto tibi ſꝫ idē occulte per alia ſigna īſinuat · Quia · n · videbat multā q̄etem & ſolitudinē cogitauit cōuenientē ibi ſtatōnē eē ex loci diſpoſitōne · q̄d ſignificat dicēs · bonū ē nos hic eē Vult etiā ibi ſemp eē · iō tabnaculoꝝ meīnit dicēs Si vis faciamꝰ hic tria tabnacula · Cogitauit eīi q̄ ſi hoc fieret nō aſcēderet hieroſolimā · & ſi non aſcēdēt xp̄s n̄ moreret̄ · Ibi · n · ſciebat ſcribas īſidiari ei · Cogitabat etiā q̄ helias aderat · q̄ ī mōte ignē deſcēdē fecit · & moiſes q̄ ītrauit nebulā · & deo locutꝰ eſt · Vn̄ occultari poterāt vt nullꝰ p̄ſcoꝝ

ſciret vbi eſſent ¶ Remi· Vel aliter· viſa domini
maieſtate & duorum ſeruorum. Petrus adeo dele
ctat9 eſt· vt cuncta temporalia obliuioni traderet
& ibi in ꝑpetuum vellet manere. Si autẽ tunc pe-
trus ſic accenſus eſt· quanta erit ſuauitas & dul-
cedo videre regem in decore ſuo & intereſſe choris
angeloꝝ & omnium ſanctoꝝ? In eo ſane ꝙ ait pe-
trus. Domine ſi vis deuotõnem ſibi ſubditi obedi-
entis ſerui oſtendit· ¶ Hiero· Erras tamẽ petre.
& ſicut alius euangeliſta teſtatur· neſcis quid di-
cas· Noli tria tabernacula querere· cum vnũ ſit
tabernaculũ euangelij· in quo lex & ꝓphete reca-
pitulanda ſunt· Si aũt queris tria tabernacula ne-
quaꝗ̃ ſeruos cũ dño cõferas· ſꝫ fac tria tabernacula.
imo vnũ patri & filio & ſpiritui ſancto. vt quoꝝ
ẽ vna diuinitas. vnũ ſit in pectore tuo tabnaculũ
¶ Remi· Errauit etiã q̃ voluit vt regnũ electoꝝ
conſtitueret̃ ĩ terra· quod dñs ꝓmiſerat dare ĩ ce-
lis· Errauit q̃a oblitus ẽ ſe & ſocios ſuos eẽ mor-
tales. & abſq̃ guſtu mortis voluit ſubire eternam
felicitatẽ. ¶ Raba· Et in eo ꝙ celeſti cõuerſatõni
tabnacula faciẽda putauit· In q̃ dom9 neceſſario
nõ erat· cũ ſcriptũ ſit· Tẽplũ non vidi in ea.

¶ Adhuc eo loq̃nte· ecce nubes lucida obũbrauit
eos Et ecce vox denube dicẽs· Hic ẽ fili9 me9 di-
lect9· In q̃ mihi cõplacui ipm audite· & audiẽtes
diſcipuli ceciderũt ĩ faciẽ ſuã· & timuerũt valde· &
acceſſit ieſus· & tetigit eos· Dixitq̃ eis· ſurgite
& nolite timẽ· Leuãtes aũt oculos ſuos neĩnẽ vi-
derũt· niſi ſolũ ieſũ· Et dñdẽtibꝫ illis de mõte ꝓce-
pit ieſus dicẽs· Neĩni dixeritis viſionẽ· donec fi-
li9 hoĩs a mortuis reſurgat· ¶ Hiero· q̃a cãnale ẽ
frõdibꝫ aut tẽtorijs q̃rebãt tabnaculũ· nub lucide
opiũt̃ vmbraculo· Vñ dr̃. Adhuc eo loq̃nte· ecce
nubes lucida obũbrauit eos. ¶ Chriſ· cũ dñs cõ-
minat̃ nubẽ tenebroſã oñdit. ſic ĩ ſina hic aũt q̃a ñ
t̃rere volebat· ſed docere nubes apparuit lucida·
¶ Orige. Lucida aũt nubes obũbrãs ſãctos ẽ vt9
pat̃ na vel forte ſpũſſanct9· dicã etiã. Saluatorẽ
nr̃m eẽ lucidã nubẽ. q̃ obumbrat euãgeliũ & legẽ
& ꝓphetas ſic ĩtelligũt· q̃ poſſunt aſpicẽ lumẽ ipi9
ĩ ꝑmiſſis· ¶ Hiero· Quia vo ĩprudẽt̃ ĩterrogaue-
rat petr9 ꝓpterea dñi rñſionem nõ meret̃· ſꝫ pater
rñdet ꝓ filio vt verbũ dñi cõpleret̃· Qui me miſit
ipſe de me teſtimoniũ ꝑhibet· ¶ Chriſ. Neq̃ aũt
moyſẽs loquit̃ neq̃ helias. ſed pater omnibꝫ ma-
ior vocem emittit ex nube· vt diſcipuli credant ꝙ
a deo hec vox erat· Semp eñi & apparere ſolet de9
ĩ nube· ſic ſcriptũ ẽ· Nubes & caligo ĩ circuitu ei9.
Et hoc eſt qđ dr̃· Et ecce vox de nube· ¶ Hiero·
Vox quidẽ patris de celo loquentis auditur que
teſtimoniũ perhibeat filio. & petrũ errore ſublato
doceat veritatẽ imo p petꝝ ceteros apl̃os· Vnde
ſubdit̃· dicẽs. Hic ẽ filius me9 dilectus. huic ẽ fi-
endũ tabnaculũ· huic ob tpandũ· hic ẽ fili9· illi ſ-
ui ſunt· ſũt & ipi vobiſcũ in penetralibꝫ cordis ſui
dño tabnaculũ ꝑparare· ¶ Chriſ· Ne igr̃ timeas
petre· Si eñi potens ẽ deus· manifeſtũ q̃a & filius
ſimilit̃ potẽs ẽ· Si eũ diligit̃ ne timeas. nullus eũ
quẽ diligit· ꝑdit· nec tu eq̃lit̃ eũ diligis genitori.
Neq̃ aũt ſolũ diligit eũ· q̃a genuit· ſꝫ q̃a vni9 vo
lũtatis cũ ipo· Sequit̃· n· ĩ q̊ mihi cõplacui· Ac
ſi diceret. In quo requieſco· quẽ accepto· q̃a oĩa q̃
ſunt pr̃is· cũ diligentia exequit̃· & ẽ volũtas vna
ipi9 & patris. Quare & ſi crucifigi vult· nõ cõtra-
dicas. ¶ Hila· Hunc ḡ eſſe filiũ hunc dilectũ hũc
cõplacitũ. ſꝫ & hũc audiẽdũ vox de nube ſignificat
dicẽs. Ipm audite· vt ſcꝫ idoneus ipſe ꝑceptorũ
taliũ autor eſſet· q̃ ſeculi damnũ· crucis volũtatẽ.
obitũ corpis· & p9 hec regni celeſtis gloriã facti
cõfirmaſſet exemplo· ¶ Remi· Dicit ergo· Ipm
audite· ac ſi alijs verbis diceret· Recedãt vmbre
legales & typi ꝓphetaꝝ· & ſolum coruſcũ lumen
euangelij ſequamini· Siue ideo ait· Ipm audite
vt illũ eſſe oñderet· quẽ moyſes ꝑdixerat dicens.
tãq̃ me ꝓphetã ſuſcitabit vob de9 de fratribꝫ vr̃is.
audietis ipm· Sic ḡ dñs vndiq̃ habuit teſtes.
Ex celo vocẽ patris. ex paradiſo heliã. ex inferis
moyſen· Ex hominibꝫ apoſtolos· vt in noĩe iehſu
omne genu flectat̃· celeſtiũ· terreſtriũ· & infer-
noꝝ. ¶ Orige· Vox autẽ de nube aut ad moyſen
& heliã loq̃t̃· q̃ deſiderabãt vidẽ filiũ dei & audire
eũ· aut diſcipulos docꝫ· ¶ Glo· Notãdũ aũt ꝙ bñ
cõuenit miſteriũ ſecũde regeneratõnis· q̃· ſ· erit in
reſurrectõne vbi caro reſuſcitabit̃ cũ miſterio ꝑ-
me q̃ ẽ in baptiſmate· vbi aĩa reſuſcitat̃· In bap-
tiſmate· n· xp̃i opatõ toci9 trinitatis oñſa ẽ· Fuit
eñ ibi fili9 ĩcãnat9· Apparuit ĩ columbe ſpecie ſpi
ritusſanct9 & pr̃ fuit ibi ĩ voce declarat9· & ſiliter
ĩ trãſfiguratõne· q̃ ẽ ſacramẽtũ ſcđe regeneratõis
tota trinitas apparuit· Pat̃ ĩ voce fili9 ĩ hoĩe ſpi
ritusſanct9 ĩ nube. Querit̃ aũt q̃re ſpũſſanct9 ibi in
colũba hic in nube declarat9 ẽ. Dona ſiq̃dẽ ſua per
ſpecies declarare ſolet· Innocẽtiã aũt ĩ baptiſmate
donat· q̃ p auem ſimplicitatis deſignat̃· Daturus
ẽ aũt claritatẽ & refrigeriũ ĩ reſurrectõne· Et iõ
ĩ nube refrigeriũ· ĩ fulgore nubis claritas reſurgẽ
tiũ corpoꝝ deſignat̃· Seq̃t̃· Et audiẽtes diſcipl̃i
ceciderũt ĩ faciẽ ſuã· & timuerũt valde· ¶ Hiero·
Triplicẽ aũt ob cauſã pauore t̃rẽt̃· vel q̃a ſe erraſ-
ſe ↄg̃uerãt· vel q̃a nubes lucida operuerat eos. aut
quia dei pr̃is vocẽ loq̃ntis audierant· Humana eñi
fragilitas cõſpectũ maioris glorie ferre ñ ſuſtinet
ac toto aĩo & corpe cõtremiſcẽs ad terrã cadit·
Quãto· n· q̃s ampliora q̃ſierit· tanto magis ad ĩ-
feriora collabit̃· ſi ignauerit mẽſurã ſuã· ¶ Remi
In eo vo ꝙ ſãcti apl̃i ĩ faciẽ ceciderũt· fuit iudiciũ
ſãctitatis. q̃a ſancti ĩ faciẽ cadere dicũt̃· impij vo
retrorſum· ¶ Chriſ· Sꝫ cũ ante in xp̃i baptiſmo
q̃ñ talis etiã vox de celo delata eſt· null9 ex turba
q̃ aderat· tale aliq̃d paſſus ẽ· quõ diſcipuli ĩ mõte
ceciderũt· Quia· ſ· & ſolitudo & altitudo & ſilẽtiũ
erat multũ· & trãſfiguratõ ſtupore plena & lumẽ
purũ & nubes extẽſa· ex q̃bꝫ oĩbꝫ ſtupor ĩ eis cõ-

gregabať. ¶ Rem̃. Quia vero illi iacebãt · & ſur-
gere nõ poterãt. ipẽ clemẽter accedit · & tãgit eos
vt tactu fugz tiorẽ · & debibilitata mẽbra ſolidẽť ·
& hoc ẽ qđ dĩ · & acceſſit ihũs & tetigit eos. q̃s ať
manu ſanauerat · etiã ſanauit ĩpio. Vñ ſeqť · dix-
itq3 eis Surgite · & nolite timẽ · p̃mũ tĩoꝛ expel-
liť vt poſtea doctrĩa ĩbuať ſeqť · leuãtes ať ocu-
los ſuos. nemĩnẽ viderť niſi ſolũ ihm · qđ rõnabi
liter factũ ẽ ne ſi moyſes & helias pſeuerаſſent cũ
dño p̃ris vox videreť ĩcerta cui potiſſimũ daret
teſtimoniũ · Videt etiã ihm ſtãtez ablata nube &
moyſen & heliã euanuiſſe q̃a poſtq̃ legis & ꝓphe
taꝝ vmbra diſceſſerat · vtrũq3 ĩ euãgelio repiť · ſe
q̃ť · & deſcẽdẽtibꝰ illis de mõte p̃cepit eis ihũs di-
cẽs. nemĩ dixeritis viſionẽ hãc donec filiꝰ hoĩs a
moꝛtuis reſurgat · ñ vult g° ĩ populꝰ p̃dicari · ne. &
ĩcredibile eẽt ꝓ rei magnitudĩe & poſt tãtã gl'iaz
apđ rudes aĩos ſeq̃ns crux ſcãdalũ faceẽt · ¶ Re-
mi. Siue q̃a ſi maieſtas illiꝰ diuulgareť in ꝓp'lo.
ꝓp'li ĩpediret diſpẽſatõez paſſiõis eiꝰ reſiſtẽdo p̃nci
pibꝰ ſacerdotum · & ſic redẽptõ hũani generis re-
tardareť · ¶ Rãba. Silẽtiũ etiã reꝝ geſtaꝝ q̃s vi
derãt · ĩ pat · vt cũ eẽnt ſpũſãcto repleti · tũc geſtoꝝ
ſpiritalium teſtes eſſent · Seq̃ť textus
¶ Et ĩtrogauerť eũ diſcip'li eiꝰ dicẽtes · Quid g°
ſcribe dicũt q̃ heliã opoꝛtz p̃mũ veĩre · At ille rñ-
dẽs ait eis · helias q̃dẽ ventur ꝰ ẽ · & reſtituet oĩa.
Dico aũt vob q̃a helias iã veĩt · & ñ cognouerũt eũ ·
ſʒ fecerť ĩ eo q̃cũq3 voluerť · ſic & filiꝰ hoĩs paſſu-
rus eſt ab eis · Tunc intellexerunt diſcipuli quia
de Johanne baptiſta dixiſſet eis · ¶ Rem̃ · Traditõ
phariſeoꝝ eſt iuxta malachiã ꝓphetã q̃ helias ve-
niat ante ſaluatoris aduentum · & reducat coꝛ pa-
trũ ad filios · & filioꝝ ad p̃res & reſtituat oĩa in
antiquũ ſtatũ · Eſtimãt g° diſcipuli trãſformatõez
gloꝛie hãc eẽ · quã ĩ monte viderãt · Et ideo diciť ·
Et interrogauerũt eũ diſcipuli eius dicentes · q̃d
g° ſcribe dicũt q̃ heliã opoꝛtz p̃mũ veĩre · ac ſi dice
rẽt · Si iã veiſti ĩ gloꝛiã · quõ p̃curſoꝛ tuꝰ ñ aꝑpa
ret · maxime ať hoc dicũt · q̃a heliã viderãt receſſiſ
ſe. ¶ Chriſ. Nõ ať aduẽtũ helie diſcipuli de ſcrip
turis ſciebãt · ſʒ ſcribe eis maĩfeſtabãt · & ferebaẽť
hic ſmoĩ plebe ĩdocta · ſicut & de xp̃o · Non ať vt
opoꝛtebat aduẽtus xp̃i & helie a ſcribꝰ interp̃taba
tur · Scripture eñ duos dãt xp̃i aduẽtus · eũ · ſ · q̃
factꝰ ẽ · & eũ q̃ futurꝰ ẽ · Sed ſcribe plebẽ euerten
tes · ſcđm aduẽtũ ſolũ cõmemorabãt plebi & dice
bant · q̃m ſi hic eſt xp̃s · opoꝛtebat heliã p̃uenire ·
Eſt igr̃ ſolutõ quã xp̃s ĩducit · Seq̃ť · At ille rñ-
dẽs ait · helias q̃dẽ venturus ẽ · & reſtituet oĩa · Di-
co aũt vob · iam venit · Ne ať eſtimes eũ in ſmone
erraſſe · ſi q̃ñq3 dicit heliã ventuꝝ · & q̃ñq3 veniſſe ·
Cũ · n · dicit q̃ helias venturus eſt · & reſtaurabit
oĩa · de ipo helia in ꝓp̃a pſona loquiť · qui quidem
reſtaurabit oĩa · dum coꝛriget infidelitatem iude-
oꝛum · qui tunc inuenientur · quod eſt conuertere
coꝛda patꝝ ad filios · i · iudeoꝝ ad ap'los · ¶ Augꝰ

de q̃ſti · euãg. Vel reſtituet oĩa · i · eos q̃s antixp̃i
perſecutio perturbauerit · vel vt ipſe reſtituat mo
riendo que debet · ¶ Chriſoſtomus · Si autem tot
bona erunt ex helie preſentia · quare tunc non eũ
miſit · Dicemus · quia & tunc chriſtum eſtiman-
tes heliam · non crediderunt ei · Tunc autem helie
credẽt · q̃ cũ poſt tantã expectatõnẽ venerit ãnũci-
ans ieſum · faciliꝰ ſuſcipiẽt · q̃ ab eodẽ diceẽť · Cũ vo
dicit · q̃ helias iam venit · Johãnez heliã vocat · p-
pter miſterij modũ · Sicut · n · helias ſecũdi adnẽ
tus p̃curſoꝛ erit · ita iohãnes p̃curſoꝛ factꝰ ẽ p̃mi
Propť hoc aũt heliã noĩnat · vt oñdat p̃imũ ſuũ
aduentum veteri teſtamẽto & ꝓphetie conuenire ·
¶ Hiero · Ipẽ g° q̃ venturꝰ ẽ ĩ ſecũdo ſaluatoris ad
uentu · iuxta coꝛpis fidẽ · nunc per iohannẽ venit
ĩ v̾tute & ſpiritu · Sequiť · & nõ cognouerũt eũ ·
ſed fecerũt ĩ eo q̃cũq3 voluerũt · hoc ẽ ſp̃euerũt ·
& decollauerũt eũ · ¶ Hiero · Vt dñi aduentum p̃-
nũtians paſſionẽ q̃s p̃curreret · & iniurie & vexa-
tõnis exẽplo · Vñ ſeqť · Sic & filius hoĩs paſſu
rus ẽ ab eis · ¶ Chriſ · in q° opoꝛtune ſuã paſſionẽ
cõmemoꝛat ex paſſione iohãnis · multã eis p̃bens
ꝯſolatõz · ¶ Rem̃ · q̃riť g° cũ herodes & herodias io
hãnẽ ĩtfecerint · quõ ipi q̃s ieſũ crucifixiſſe dicãť
cum legamꝰ eum a ſcribis & phariſeis ĩterfectũ ·
Et breuiter rñdendũ q̃ in iohãnis nece phariſeoꝝ
factio cõſenſerit · & in occiſione dñi herodes iunxe
rit voluntatẽ ſuã qui illuſum atq3 deſpectũ remiſit
ad pilatũ vt eũ crucifigeret · ¶ Raba · Ex iudicõ
ať paſſionis ſue quã dñs eis ſepius p̃dixit · & p̃re-
curſoꝛis ſui quã iam completã cernebãt diſcipuli ·
cog°ſcebãt iohãnẽ ſibi ĩ helie vocabulo demõſtratũ
eẽ · Vñ ſeqť · Tũc ĩtellexerũt diſcipuli · q̃a de io-
hãne baptiſta dixiſſet eis · ¶ Orige · Quod ať dix
it ꝓpť iohãnẽ helias iã venit · ñ aĩa helie ẽ ĩtelligẽ
da · ne ĩcidamꝰ ĩ dogma trãſcoꝛpoꝛatõis · q̃a alienũ
ẽ ab eccleſiaſtica veritate · ſʒ ſicut angelꝰ p̃dixit ·
Venit ĩ ſpũ & v̾tute helie · Et cũ veniſſet ad turbã
acceſſit ad eũ hõ genibꝰ ꝓuolutus añ eum dicens ·
Dñe miſerere filio meo q̃a lũaticꝰ ẽ & male patiť
Nã ſepe cadit in ignẽ · & crebꝛo in aquã · & obtuli
eũ diſcipulꝰ tuis · & nõ potuerũt curare eũ · Rñdẽs
ieſus · O generatõ incredula & p̃uerſa · q°uſq3 ero
vobiſcũ · vſq3 q° patiar vos ! afferte huc illũ ad me
Et increpauit illũ ieſus · & exijt ab eo demoniũ &
curatus ẽ puer ex illa hora · ¶ Orige · Cõcupiſcẽs
petrꝰ ſpectabilẽ illã vitã & p̃ponẽs vtilitatẽ ſuam
vtilitatibꝰ plurimoꝝ dicebat · bonũ ẽ nos hic eſſe
Sʒ q̃m caritas nõ q̃rit q̃ ſua ſũt · hoc qđ videbať
bonũ petro · ñ fecit ieſus ſʒ q̃ſi de mõte excelſo diui
nitatis deſcẽdit ad turbã · vt q̃ nõ poterãt aſcẽdere
ſurſũ ꝓpť ĩfirmitatẽ aĩaꝝ ſuaꝝ · Illis ꝓficiat · Vñ
dĩ · Et cũ veĩſſz ad turbã · Niſi · n · cũ diſcipulꝰ ſuis
electis veĩſſet ad turbã · ñ acceſſiſſet ad eũ ille đ q°
ſubdiť · Acceſſit ad eũ hõ genibꝰ ꝓuolutus añ eũ
dicẽs · Dñe miſerere filio meo · Vbi ꝯſiderãdũ ẽ q̃
q̃ñq3 q° paciũť credũt & dep̃cãť ꝓ ſua ſalute q̃ñq3

aūt ꝓ eis alij faciūt· ſic nūc qui gemꝰ voluit· ꝓ
filio rogat· qn̄q; vero a ſemetipſo ſaluator etiam
a nullo rogatus· ſanat. Primo autem queramus
quid eſt quod ſequitur. Quia lunaticus eſt & male
patitur· Medici ergo loquuntur que volunt· qui
nec immundum ſpiritum arbitrantur· ſed corpo-
ralem aliquam paſſionem· & dicunt humida mo-
ueri in capite ſcd̄m aliquam compaſſionem ad lu
men lunare qd̄ humidā habet naturā· Nos aūt qui
euāgelio credimꝰ· dicemꝰ· hāc paſſionē immūdū
ſpiritū ī hoībꝰ opari· Obſuat· n· qdā ſciſmata lūe
& ſic opatur· vt ab obſuatōne lune pati homines
mentiant· & ꝑ hoc culpabilē dei creaturā oñdat·
Hic & alij demōes ſcd̄m aliq ſtellaꝝ ſciſmata in-
ſidiāt hoībꝰ· vt iniqtatē ī excelſo loquāt· quaſdā
ſtellas dicētes maleficas· qſdā bn̄ficas· cū nulla
ſtella a deo ſit facta vt male faciat· In hoc aūt ꝙ
ſubdit· Nam ſepe cadit in igneꝫ & crebro ī aquā·
¶ Chriſ. Cōſiderādū ē ꝙ niſi ꝓuidētia hic hō eēt po
titꝰ· dudū periſſet· Demō· n· q ipm̄ ī ignē & ī a-
quā mittebat īterfeciſſet eū oīno· niſi deꝰ eū refre-
naſſet· ¶ Hiero. Quod aūt dicit· Et obtuli eū diſci
pulis tuis· & nō potuerūt curare eū· Latēt accuſat
apl'os· cū īpoſſibilitas curādi īterdū n̄ ad ībecilli-
tatē curātiū· ſꝫ ad eoꝝ q curādi ſunt· fidē referat·
¶ Chriſ· Inſpice aūt & aliūde eius ī ſipiētiā qlit
corā turba īterpellat ad ieſū aduerſus diſcipulos
ſꝫ ipe eos liberat ab accuſatōne defectū curatōis im
putās illi· Ex multis ei mōſtrat eū īfirmū ī fide
fuiſſe. Nō tn̄ tm̄ ī eius pſonā ī vehit· ne ipm̄ con-
turbaret· ſꝫ ī oēs iudeos· Probabile ei eſt multos
pn̄tiū de diſcipul' icōueniētia cogitaſſe. Et iō ſe-
quit· Rn̄dēs ieſus ait· o generatō īcredula & per-
uerſa· quſq; ero vobiſcū· vſq; q patiar vos? Per
hoc aūt ꝙ dicit· vſq; q ero vobiſcū: oñdit deſideratā
ab eo eē mortē· & ꝯcupiſcibilē receſſuꝫ· ¶ Remi.
Sciēdū q; qa dn̄s nō tantū tūc ceperat pati īpro-
bitatē iudeoꝝ· ſꝫ a lōgo ꝑus tpe· Et ideo hic dicit·
vſq; q patiar vos· ac ſi dicat· qa longo tpe cepi
pati vr̄as improbitates· iō īdigni eſtis mea pn̄tia·
¶ Orige. Vel qm̄ n̄ potuerāt eū ſanare diſcipuli·
Quaſi adhuc modice fidei ꝯſtituti· ꝓpterea dixit o
generatō īcredula· & ꝙ ait· ꝑuerſa· oñdit qm̄ ex
ꝑuerſitate malicia ē ītroducta extra naturā puto
aūt ꝙ ꝓpt ꝑuerſitatē totius hūani generis qſi gn̄ua
tus malicia eoꝝ· dixit vſq; q ero vobiſcū· ¶ Hie.
Nō aūt credēdū ē ꝙ tedio ſupatꝰ ſit· & māſuetꝰ ac
mitis in verba furoris eruperit· Sed ꝙ ī ſilitudi-
nem medici ſi egrotū videat cōtra ſua pcepta ſe ge
rere· dicat· vſq; q aſcēdā ī domū tuā· vſq; q artis
pdā īduſtriā· me aliud iubēte & te aliud ppetrāte
ꝙ aūt n̄ ſit iratꝰ hoī· ſꝫ vitio· ac ꝑ vnū hoīeꝫ iudeos
arguat īfidelitatis· ptꝫ ex hoc ꝙ īfert· Afferte eū
huc ad me· ¶ Chriſ· Poſtq; n· diſcipulos excu-
ſauerat· ducit patrē pueri ad ſpeꝫ benignā credēdi
ꝙ ab hoc malo eripiet· & vt īducat pr̄ ad fidē fu-
turi miraculi vidēs demonē tumultū pati ex hoc ſo
lū ꝙ vocabat· īcrepauit eū· Vn̄ ſeqt· Et īcrepa
uit eū ieſus· Nō ille q patiebat· ſꝫ demō īcrepat·
¶ Remi· In q facto reliqt exēplū p̄dicatoribꝰ vt
vitia pſeqn̄t· hoīes vero ſubleuēt· ¶ Hie. Siue
īcrepauit puerū· quia ꝓpter pc̄ta ſua a demone fu-
erat oppreſſus· Seqtur· & Exijt ab eo demoniū &
curatus ē puer ex illa hora· ¶ Raba· Quia nulla
remanet ibi īfirmitas vbi oīpotēs ſalutē pſtat
ptas· ¶ Hiero. Mihi aūt videt iuxta tropologiā
lunaticus eſſe· q ꝑ horaꝝ momēta mutat ad vitia
& nūc quidem in ignē fert· q adulterantiū corda
ſuccenſa ſunt· nūc ī aquas· ſ· voluptatū vel cupi-
ditatū· q nō valent extinguere caritatē· ¶ Augꝰ
de qſt· euāg· Vel ignis ad irā ptinet· eo ꝙ alta pe
tat· aqua ad voluptates carnis· ¶ Orige· De in-
cōſtātia aūt pc̄toris dicit· Stultus vt luna mu-
tat· Et ē videre ī talibꝰ impetus quoſdā qſi opeꝝ
bonoꝝ ſubrepere· Aliqn̄ aūt qſi quedaꝫ abreptōne
ſpiritus a paſſionibꝰ cōphendūt & cadūt a ſtatu
bono ī q ſtare putabāt· Forſitā g āgelꝰ q ſortitꝰ
ē huiꝰ lunatici cuſtodiā pr̄ huiꝰ appellat· depcās
qſi ꝓ filio medicū animaꝝ· vt liberet eū q non pt
ſanari a paſſione ꝑ verbū humile diſcipuloꝝ xp̄i
qa n̄ recipit eoꝝ admonitōꝫ velꝰ ſurdꝰ· Et iō opꝰ
ē xp̄i ſmo vt iaꝫ de cetero ſine ratōne nō agat.
Tunc acceſſerunt diſcipuli eius ad ieſum ſecreto
& dixerūt· Quare nos n̄ potuimꝰ eijcē illū? Dicit
illis ieſus· ꝓpter īcredulitatē veſtrā· Amē quippe
dico vobis ſi habueritis fidem ſicut granū ſinapis
dicetis monti huic· tranſi hinc· & tranſibit· Hoc
aūt genus nō eijcit· niſi per oratōnem & ieiuniū.
¶ Chriſ· Acceperāt diſcipuli a domino poteſtatē
ſpirituū īmūdoꝝ Et qa oblatū demoniacū curare n̄
potuerāt· videt ꝙ ī dubitatōnē deuenerit· ne forte
gciā q erat eis tradita· pdidiſſent· & iō dicit· Tūc
acceſſerūt ad ieſū diſcipuli eiꝰ ſecreto & dixerūt·
qre nos n̄ potuimꝰ eijcē illū? Introgāt qdē ſingu
larit n̄ ꝓpt verecūdiā· ſꝫ qa de ieffabili & magna
re erant eū ītrogaturi· ſeqt· Dixit illis ieſus· ꝓ
pt īcredulitatē vr̄aꝫ· ¶ Hila· Crediderant quidē
apoſtoli nōdum tamē erant perfecte fidei· Nā dn̄o
ī mōte demorante· & ipſis cū turbis reſidentibus
qdā tepoꝛ eoꝝ fidē retardauerat· ¶ Chriſ· Vnde
manifeſtū eſt hinc quoniā & diſcipuli in fine de fir
mati ſunt· ſed non omnes· Columne enim ille non
aderant· ſ· petrus· iacobꝰ· & iohannes· ¶ Hiero·
Hoc ē autē quod in alio loco dominus dicit· Que-
cunq; ī nomine meo petieritis· credētes accipietis
Ergo quotiens non accipimus· non preſtantis eſt
impoſſibilitas· ſed poſcentium culpa· ¶ Chriſto·
Sciēdū tn̄ ꝙ ſicut multociēs accedētis fides accipe
ſufficit affectū miraculi· ita mltociēs facietiū mi-
racl'a ſufficit vtꝰ etiā n̄ credētibꝰ illis· Etenī q cir
ca corneliū ex ꝓpa fide allexerūt grāꝫ ſpiritusſancti
Ille aūt mortuꝰ q ꝓiectꝰ ē ī ſepulchrū heliſei ſola
vtute corpis ſācti reſuſcitatꝰ ē· ꝯtigit aūt & tūc di-
ſcipl'os īfirmari ī fide· īpfectiꝰ· n· diſpoſiti erāt an

crucē· & iō fidē dicit hic eē cāꝫ ſigr̄ū· Vn̄ ſubdit̄.
Amen q̄ppe dico vobis. Si habueritis fidē ſicut g̃ꝫ
nū ſinapis· dicetis mōti huic trāſi hinc & trāſibit·
¶ Hiero· Putāt aliq̄ fidem g̃no ſinapis cōpatam
ꝑuā dici· cū tn̄ apoſtolꝰ dicat· Et ſi habuero tātā
fidē vt montes trāſferā· Magna eſt g° fides que gra
no ſinapis cōparat̄· ¶ Grego· x· mora· Granum
q̄ppe ſinapis niſi terat̄· nequaq̄ v̓tus eius agſcit̄·
ſic ſi virū ſactū tritura pſecutōis oppimat mox ī
feruorē v̓tutis vertitur quicq̄d in illo antea deſpiꝫ
cabile infirmūq̄ȝ videbat̄· ¶ Orige· Vel ideo oīs
fides g̃no ſinapis cōparat̄· qm̄ cōtemnit̄ q̄dē fides
ab hoib· & modicū aliq̄d & vile appet. Cū vero
cōſecutū fuerit huiuſmodi ſemen bonā aīam quaſi
terrā fit arbor magna· Sic aūt magna eſt p̄dicta
lūatici infirmitas & fortis ad curādū int̄ oīa maꝫ
la vt monti aſſimilet̄· nec expellatur· niſi p omnē
fidē eius qui paſſiones huiuſmodi ſanare voluerit·
¶ Chriſ. Vn̄ & de trāſlatiōe montiū mētionē faꝫ
cit. Et vltra ꝓcedit dicēs· Et nihil īpoſſibile erit
vobis· ¶ Raba. Sic em̄ fides mentem nr̄ām capa
cem donis celeſtib facit· vt q̄cūq̄ȝ volumꝰ· facilliꝫ
me a fideli dn̄o impetrare poſſimꝰ· ¶ Chriſ· Si at̄
dixeris vbi apl̄i mōtes tranſtulerint· illd̓ dicā q̄a
multa maiora fecerūt mortuos plurīos ſuſcitātes
Dicunt̄ aūt poſt apoſtolos ſācti q̄dā apl̄is minoꝫ
res· mōtes necitate imminēte trāſtuliſſe· Si autē
apl̄oꝝ tꝑe mōtes nō ſūt trāſlati· hoc non fuit· q̄a n̄
potuerūt ſed q̄a noluerūt· vtilitate nō imminente·
Nec dn̄s dixit q̄ hoc eēnt facturi· ſed q̄ hoc facere
poſſent· ꝓbabilit̄ tn̄ factū eſt· ſ ſcriptū nō ē· Neq̄ȝ
em̄ oīa miracula que fecerūt ſcripta ſūt· ¶ Hiero·
Vel mōtis trāſlatio nō eius ſignificat̄· quē oculis
carnis aſpicimꝰ· ſ illius q̇ a dn̄o trāſlatus fuerat ex
lūatico q̇ per ꝓphetā corrūpere dr̄ omnem terram·
¶ Glo· Vt ſit ſenſus· dicetis mōti huic· i· ſupbo
diabolo· trāſi hic id ē obſeſſo corpe ī altū maris· i·
ī ꝓfundū īfern͞i· & trāſibit· & nihil impoſſibile erit
vob· i· nulla īcōmoditas īſanabil̄· ¶ Augꝰ· de q̄·
euā· Vel alit̄· Ne diſcipuli ī miraculis faciēdis ex
tollerent̄ ī ſupbiā· āmoniti ſūt potius per hūilita
tem fidei quaſi p ſinapis g̃nū elationē terrenam q̄
īmōtis noīe ſig̃ficata eſt curare trāſferre· ¶ Raba·
Dn̄s aūt docet apoſtolos quō demō debeat expelli·
omēs inſtituit ad vitā· vt· ſ· nouerimꝰ g̃uiora q̄q̄ȝ
vel immūdoꝝ ſpūum vel hoīm tēptamēta ieiunijs
& oīoib cē ſuperāda· & illud deum q̄ȝ hoc remedio
ſingulari poſſe placari· Vn̄ ſubdit· Hoc aūt genꝰ
nō eijcitur niſi p orationē & ieiuniū· ¶ Chriſ· Qꝫ
dicit nō ſolū de genē lūaticoꝝ· ſed de vniuerſo geꝫ
nere demonū· Ieiuniū em̄ multā ſapiam imponit·
& hominem quaſi angelū de celo cōſtituit· & incor
poreas ꝑtates impugnat· Sed & oīoe opꝰ ē· quaſi
p̄ncipaliori· Qui· n· orat· vt optet· & ieiunat· non
multis indiget· & ita nō fit auarus· ſ ad elemoſiꝫ
nā ꝓmptus ē· Qui etiā ieiunat· leuis ē & vigilāt
oꝛat· & ꝯcupiſcētias ꝑnicōſas extinguit· & ꝓpitiū
deū facit· & animā ſupbā hūiliat· Qui g° orat cum
ieiunio· duplices habet alas· etiā ip̄is ventis leuiꝫ
ores· Neq̄ȝ em̄ oſcitat & torpet orās· quod & multi
patiunt̄· ſ ē igne vehemētior & terra fixior· Ideo
q̄ȝ talis maxīe demōijs aduerſat̄· Nihil em̄ ē hoīe
decent̄ orāte potētius. Si aūt infirmū ē tibi corpꝰ
ad cōtinue ieiunādū· n̄ tn̄ ad orādū· Et ſi ieiunare
nō potes· potes tn̄ nō laſciuire· Non puū aūt ē hoc
neq̄ȝ multū a ieiunio diſtās· ¶ Orige· Si g° aliq̄n
optuerit nos circa curationē tale aliq̄d patientium
ꝑmanē· nō adiuremꝰ neq̄ȝ interrogemꝰ· neq̄ȝ loq̄ꝫ
mur quaſi audienti ſpūi immūdo· ſ abigamꝰ ieiu
nijs & oīoib noſtris ſpūs malignos· ¶ Glo· Vl̄
hoc genꝰ demonij id eſt iſta carnaliū voluptatum
mutabilitas non vincit̄· niſi ſpūs oīoe cōfirmet̄·
& caro p ieiuniū maceret̄· ¶ Remi· Vel ieiuniū
hic intelligit̄ generale· quo non ſolū abſtinemus a
cibis· ſed ab oīb illecebris carnalib & peccatorū
paſſionib· Similit̄ oīo intelligēda ē generalis· q̄
ī pijs & bonis operib cōſiſtit· De q̄ dicit apoſto·
Sine int̄miſſione orate· Sequit̄ textꝰ
¶ Conuerſātib aūt eis ī galilea· dixit illis ieſus·
Filius hoīs tradēdus eſt in manꝰ hominū· & occiꝫ
dent eū· Et tercia die reſurget· & cōtriſtati ſūt veꝫ
hementer· ¶ Remigius· Sepe dn̄s miſteria ſue
paſſionis diſcipulis p̄dixit vt quando acciderent·
tanto leuiꝰ ea ferrent· quanto p̄cognita haberent·
Et ideo hic dr̄ Conuerſantib autem eis in galiꝫ
lea dixit illis ieſus· Filius hominis tradendus eſt
in manus hominum · & occident eum· ¶ Orige·
Vident̄ quidē hec illis que ſup̄ dixerat ſimilia eē
vt facile quis dicat dominū eadē ip̄a repetē· quod
non eſt ita· tradendū em̄ ſuperius non eſt dictum·
hic aūt non ſolū tradendū ſed etiam in manus hoꝫ
minū tradendū audiuimus· Traditum igitur apoꝫ
ſtolus filium narrat a deo patre· ſed etiam cōtrarie
poteſtates eū ī manꝰ hoīm tradiderunt· ¶ Hiero·
Semp aūt ꝓſperis miſcet triſtia· Si em̄ cōtriſtat
eos q̄a occidendꝰ eſt· debet letificare q̓d ſubditur·
Et die tercia reſurget· ¶ Chriſo· Neq̄ȝ em̄ multū
tempꝰ dixit· q̄ ī morte manēt· ſ tercia die ſe dixit
reſurrecturum· ¶ Orige. Predicēte aūt hoc dn̄o·
triſtati ſunt diſcipuli· Vn̄ ſeq̄t̄· Et cōtriſtati ſūt
vehement̄· n̄ attēdētes ad illud q̄ dixerat· & t̄cia
die reſurget· nec cōſiderātes q̄s eēt cui ad deſtruēꝫ
dā mortē triū dieꝝ tpꝰ ſufficēt· ¶ Hiero· Porro
q̄ cōtriſtabant̄ vehementer· non de infidelitate veꝫ
nit· ſ ꝓ dilectōne magiſtri· Sequit̄ textus
¶ Et cū veniſſent capharnaū· acceſſerūt q̇ didrach
ma accipiebāt ad petrū· & dixerūt ei· Mgr̄ veſter
nō ſoluit didrachma? Ait· etiā· Et cū intraſſent in
domū p̄uenit eū ieſus· dicēs· Quid tibi videt̄ ſimō?
Reges t̄re a q̄b accipiūt tributū vel cēſū· a filijs
ſuis· an ab alienis? At ille dixit· Ab alienis· Dixit
illi iħs· g° liberi ſūt filij· Vt at̄ n̄ ſcādalizemꝰ eos·
vade ad mare· & mitte hamū· & eū piſcē qui p̄mo
aſcēderit tolle· & apto ore eiꝰ inuenies ſtaterē· illū

ſumēs da eis ꝑ me & ꝑ te. Glo. Quia diſcipuli audita dn̄i paſſione cōtriſtati erāt ne aliqs paſſiōez xp̄i nc̄cītati aſſcribēt nō hūilitati. ſubiungit factū In q̄ xp̄i libertas & hūilitas demōſtrat᷑. Vn̄ dr̄. Et cū veniſſent caphānaū. acceſſerūt q̄ didragma accipiebāt ad petrū. & dixerūt ei. Mgr̄ veſter. nō ſoluit didrachma. Hyla. Dn̄s didrachma ſoluē poſtulat᷑. i. denarios. Hoc em̄ omni iſrael lex redē ptōe corpis & aīe cōſtituerat in miniſterio tēpli ferētiū. Chriſ. Cū ei pmogenita egiptioꝝ īt fecit de⁹. tūc tribū leui ꝑ eis accepit. Deide q̄a pmogenitis q̄ erāt apud iudeos minor hui⁹ nūer⁹ erat. ꝑ deficiētibꝫ ī nūerū ſidū iuſſit inferri. & ex tunc tenuit cōſuetudo vt pmogenita vectigal hoc inferrent. Quia igit᷑ pmogenit⁹ erat xp̄us videbat᷑ aūt diſcipuloꝝ pm⁹ eē petrus. ad eum accedūt. Et vt mihi videt᷑. non in vnaquaqꝫ ciuitate hoc expetebāt. Ideoqꝫ in capharnaū adeūt xp̄m. q̄a eius p̄ria exiſtimabat᷑. Hiero. Vel alit᷑. Poſt auguſtū ceſarem iudea facta eſt tributaria. oēs cenſi capite ferebant᷑. Vn̄ & ioſeph cū maria cognata ſua ꝓfeſſus ē in bethleem. Rurſus qm̄ dn̄s nutritus erat ī nazareth. q̄d eſt oppidū galilee. ſubiacēs caphānaū vrbi. ibi depoſcit᷑ tributa. & ꝑ ſignoꝝ magtudine hi q̄ exigebāt. non audebāt ipm̄ repetē. ſed diſcipulū cōueniūt. Chriſ. & neqꝫ hūc cū multa vehemētia ſ; māſuetius. neqꝫ em̄ incuſātes. ſ; interrogātes. dixerūt. Mgr̄ veſter nō ſoluit didrachma? Hiero. Hunc malitōſe interrogāt vtrū reddat tributa. an cōtradicat ceſaris volūtati. Chriſo. Quid igit᷑ petrus ait? etiā. Et his q̄dem dixit. qm̄ ſoluit. Xp̄o aūt nō dixit. erubeſcens fortaſſis ꝑ his ei loq̄. Glo. Vel aliter. Et petrus rn̄dit. etiā id ē ita ē. ꝙ nō ſoluit. Voluit aūt petr⁹ dn̄o ītimare. ꝙ herodiani peterēt cenſū. ſed dn̄s ꝓuenit eū. Vn̄ ſeq̄tur. Et cū intraſſent ī domū. ꝓuenit eū iħus. dicēs. Reges terre a q̄bꝫ recipiunt tributū vel cenſum. i. redditū de capite. a filijs ſuis an ab alienis? Hiero. Añ q̄dē ꝙ petr⁹ ſuggerat. dn̄s interrogat. ne ſcādalizent᷑ diſcipuli ad poſtulatōnē tributi. cū videāt eū noſſe. que abſente ſe geſta ſunt. Seq̄t᷑. At ille dixit. ab alienis. Dixit illi ieſus. Ergo liberi ſūt filij? Orige. Sermo iſte duplicē hʒ ſenſū. Scd̄m vnū em̄ filij regū terre liberi ſūt apud reges t̄re extranei aūt extra terrā liberi ſūt. p̄ter eos aūt qui dep̄munt eos. ſicut egiptij filios iſrael ſ̄ui. Scd̄m alterū autem ꝓpter hoc ipm̄ ꝙ aliqui ſunt alieni a filijs regū terre ſed ſunt filij dei. liberi ſunt. qui manent in verbis ieſu. & cognouerūt veritatē. & veritas liberauit eos a ſ̄uitute peccati. Filij aūt regū terre liberi nō ſunt. qm̄ omnis qui facit peccatū. ſeruus ē peccati. Hieronim⁹. Dn̄s aūt noſter & ſ̄m carnē & ſ̄m ſp̄m filius erat regis. vel ex dauid ſtirpe generatus. vel omnipotētis patris verbū. ḡ tributa quaſi filius regū non debebat. Auguſtin⁹. de queſt. euā. Dicit em̄ in omni regno liberos eē filios. i. non eē vectigales.

Multo ḡ magis liberi eē debēt ī quolibet regno terreno filij regni ipius. ſub q̄ ſunt oīa regna t̄rena. Chriſo. Si autem non erat filius. inaniter hoc exemplū induxit. Sed dicit aliqs. filius ē. ſed nō ꝓpius. eſt ḡ alien⁹. & ſic hoc exemplū nō habet veritatem. Ipe em̄ de ꝓprijs filijs diſputat. ad quoꝝ differentiam alienos vocat. qui non ex parētibus ſubſtātialiter nati ſunt. Intēde aūt qualiter & hic xp̄us certificat eā cognitionem que petro reuelata eſt de eo. per quā dixit. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Hiero. Quāuis ḡ liber eēt. q̄a tn̄ hūilitatē carnis aſſumpſerat. debuit omnē iuſticiā adimplere. Vn̄ ſequitur. Vt autem nō ſcandalizem⁹ eos. vade ad mare. Origenes. Conſequēs ꝙ ē intelligē. qm̄ q̄tiēs exurgūt q̄dā q̄ ꝑ iniuſticiā tollāt nr̄a t̄rena. Reges hui⁹ terre eos trāſmittūt. vt exigāt a nobis que ſunt ipoꝝ. & ſuo exemplo ꝓhibet dn̄s aliq̄d ſcādalū fieri etiā huiuſmodi hoīb;. ſiue ne amplius peccent. ſiue vt ſaluent᷑. Filius em̄ dei. qui nullū op⁹ fecit ſ̄uile quaſi hn̄s formā ſ̄ui quā ꝓpter hoīem ſuſcepit. tributū & cenſū dedit. Hie. Quid pmū ī hoc loco mirer neſcio. vtrū p̄ſciam an magtudinē ſaluatoris? Preſcientiā ꝙ nouerat habere piſcē in ore ſtaterē & pm⁹ ipe capiēdus eēt. Magtudinē atqꝫ v̄tutē. ſi ad eius verbū ſtat᷑ ī ore piſcis creatus ē. & quod futurum erat. ipe loq̄ndo fecerit. Ipe ḡ xp̄us ꝓpt᷑ eximiā caritatē & crucem ſuſtinuit. & tributa reddidit. Nos infelices q̄ xp̄i cēſemur noīe. & nihil tāta dignū faci⁹ maieſtate. ꝑ illius honore & tributa nō reddimus. & q̄ſi filij regis a vectigalibꝫ immunes ſum⁹. Hoc etiā ſimplicit᷑ intellectū edificat auditorem. dū audit dn̄m tante fuiſſe pauptatis. vt vn̄ tributa ꝑ ſe & apoſtolo reddēt. nō habuerit. Quod ſiqs obijcē voluerit. quō iudas ī loculis ꝑtabat pecuniā. rn̄debim⁹. rē pauperū in vſus ſuos cōuertē nephas putauit. nobiſqꝫ idē tribuit exēplū. Chriſ. Vel ideo n̄ ex poſitis iubet dare vt oñdat. ꝙ maris & piſciū dn̄etur. Orige. Vel qm̄ iħus nō habuit imaginem ceſaris. Princeps em̄ hui⁹ ſeculi nihil habebat in eo ꝓptēa n̄ ex ꝓpo. ſ; ex mari imaginē ceſaris accepit. Non aūt ſuſcepit ipe ſtaterem. neqꝫ fecit eū ſibi poſſeſſionē. ne ſit aliqñ imago ceſaris apud imaginē inuiſibilis dei. Vide etiā xp̄i prudētiā q̄lit᷑ nec renuit tributū. nec ſimplr̄ iubet dari. ſ; p̄⁹ oñdit. ſe n̄ eē obnoxiū. & tūc dat. q̄ꝝ vnū fecit. ſ. dare tributū. vt illi. ſ. exactores n̄ ſcādalizent᷑. hoc aūt. ſ. vt oñdat ſe liberū vt nō ſcādalizēt᷑ diſcipuli. alijo v̄o loco cōtēnit phariſeoꝝ ſcandalū. qn̄ de eſcis diſputabat. docens nos ſcire tp̄a ſ̄m que optet nō cōtemnē eos qui ſcādalizant᷑. & ſ̄m que oportet contemnē. Gregorius ſup ezechiel. Conſiderādū ei ē. q̄a inquātū ſine peccato poſſum⁹ vitare ꝓximorū ſcandalū debemus. Si aūt de veritate ſcandalū ſumit᷑. vtilius pmittit᷑ naſci ſcandalum ꝙ̄ veritas relinquat᷑. Chriſo. Sicut aūt ſtupeſcis de xp̄i v̄tute. ita admirare petri fidē. qm̄ rei tam difficili

obedivit. Ideoq̧ de fide eum remuneraſ. copulauit
eum ſibi in tributi datione quod fuit habundantis
honoris. Et hoc eſt quod dr̄. Inuenies ſtaterem.
illuꝫ ſumens da eis pro me & te. ¶ Glo. Cõſuetu
do em̄ erat vt vnuſquiſq; pro ſe didrachma redde-
ret. Stater vero eſt pondus duoꝝ didrachmatū
¶ Orige. Miſtice autem in agro conſolatõnis. ſic
enim interp̄tatur capharnaum. cõſolatur omneꝫ
diſcipulum & liberꝝ filium eſſe pronunciat. & dat
ei v̾tutem piſcãdi p̄mū piſcem. vt aſcendēte eo cõ
ſolatõnem accipiat petrus ſup eum quē piſcatus
eſt. ¶ Hila. Cū aūt p̄mū piſcē admonet̃ petrus
inq̇rere. aſcēſuri oñdūtur & plures. Btus ille pri
m⁹ martir ſtephan⁹ p̄m⁹ aſcēdit & ſtaterē ī ore
cõtinuit. In q̇ didrachma noue p̄dicationis tanq̄
duo denarij habebãt̃. Rei ei gloriā & dñm xp̄m
in paſſione cõtuēs p̄dicabat. ¶ Hie. Vel iſte pi-
ſcis q̇ p̄m⁹ fact⁹ ē p̄m⁹ adā. q̇ p ſcd̄m adā liberat̃
id qđ in ore eius hoc ē in cõfeſſione fuit inuentū. ꝓ
petro & dño reddit̃. ¶ Orige. Cum etiā videris
auaꝝ hoiem ab aliq̇ petro correctuꝫ ꝙ abſtulit de
ore eius v̾bū pecunie. dices eū aſcēdiſſe de mari. i.
de fluctib⁹ ſollicitudinū auaricie ad hamū ratõna-
bilem & cõp̄henſum atq; ſaluatū ab aliq̇ petro qui
eū docuit veritatē. vt ꝓ ſtatere habeat imaginem
dei. i. eloq̇a ei⁹. ¶ Hie. Et pulchre illud ip̄m q̇dē
dat̃ p̄ciū. ſ; diuiſū ē. q̇a ꝓ petro q̄ſi ꝓ peccatore p̄
cium reddebat̃. Dñs autē noſter peccatum non
fecit. Oſtenditur autem ſimilitudo carnis dum
¶ Pharisei aūt audientes · ꝙ ſilentium impoſuiſſet ſaduceis · cōuenerunt in vnū · Et interrogauit eū vnus ex eis legiſdoctor · temptans eum · mgr̄ · quod eſt mandatuꝫ magnū in lege ? ait illi ihus · Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo · & ex tota anima tua · & in tota mente tua · hoc eſt maximū & p̄mū mandatū · Secundū aūt ſimile ē huic · Diliges proximū tuū ſicut teip̄m · In his duobꝫ mandatis vniuerſa lex p̄det & ꝓphete · ¶ Hiero · Quia ſup̄ pharisei in oſtione denarij fuerāt confutati · & aduerſe partis viderāt factionem ſubrutā debuerant ex hoc moneri · ne vltra molirentur inſidias · ſed maliuolentia & liuor nutrit impudētiam · Vn̄ dr̄ · pharisei aūt au · ꝙ ſilenti · impo · ſadu · cō · in vnū · ¶ Orige · Silentium aūt ſaduceis impoſuit ihus · volens oſtendere q̄m mendacij voceꝫ obmuteſcere facit claritas veritatis · Sicut · n · ꝓpriū eſt iuſti tacere cū ſit tempus tacendi · & loqui cuꝫ ſit tempus loquendi · non tn̄ obmuteſcere · ſic ꝓpriū eſt omniū qui mendatij ſunt doctores · obmuteſcere quidem quantum ad rem · nō aūt tacere · ¶ Hie · Pharisei ergo & ſaducei q̇ inter ſe contrarij ſunt ad temptandum ihesum pari mente conſentiunt · ¶ Chriſoſ · ſuper matheum · Vel conuenerunt in vnum pharisei vt multitudine vincerent quam rōnibꝫ ſupare nō poterāt · A veritate nudos ſe profeſſi ſunt · q̇ multitudine ſe armauerūt · Dicebant em̄ apud ſe · vnus loq̄t̄ ꝓ oībꝫ & oēs loq̄mur per vnū · vt ſi q̇dē vicerit oēs videamur viciſſe · Si aūt victꝰ fuerit · vl̄ ſolꝰ videat̄ ꝯfuſus & iō ſeq̄t̄ · Et interrogauit eū vnꝰ ex eis legiſdoctor tēptās eū · ¶ Ori · Oēs g° q̇ n̄ diſcēdi ſ; tēptādi cauſa īterrogāt aliquē doctoꝝ · eſtimare debemꝰ illiꝰ pharizei fratres ſcđm illđ qđ vni ex minimis meis feciſtis mihi

fecistis · ¶ Auguſ. de con · euā · Non moueat aūt
ꝙ matheus hic dicit temptantem fuiſſe a quo dn̄s
interrogatus eſt · marcus aūt hoc tacet · Et in fi=
ne ita ↄ̄cludit · ꝙ ei dn̄s ſapienter rn̄deti dixerit ·
Non longe es a regno dei · Fieri · n · poteſt · vt ꝗuis
temptans acceſſerit · domini tn̄ rn̄ſione correctus
ſit · Aut certe ipſam temptatōnem non accipiam?
malā tanꝙ decipere volentis inimicum · ſed tantā
potius tanꝙ experiri amplius volētis ignotuꝫ · Neqꝫ
fruſtra ſcriptum eſt · qui facile credit · leuis ē cor=
de · quid aūt interroget · ſubdit · mgr̄ qd eſt māda
datum magnū in lege ? ¶ Orige · Temptans dice
bat · mgr̄ · qm̄ nō tanꝙ diſcipulus xp̄i proferebat
hanc vocem · Si quis ḡ nō diſcit aliqd a vbo · nec
tradit ſe ei ex toto animo ſuo · dicit aūt ei mgr̄ · fr
phariſei eſt · xp̄m temptantis ¶ Cū ḡ ante ſalua=
toris aduentū legeretur lex · forſitā q̄rebatur · qd
eſt mandatum magnū in ea · Neqꝫ · n · interrogaſ=
ſet hoc phariſeus · niſi diu apud illos de hoc queſi
tum fuiſſet & nō inuentū · donec veniens ihus hoc
doceret · ¶ Chriſ · ſup math · De magno tn̄ man=
dato interrogat · q̇ nec minimū obſeruabat · ille de
bet interrogare de maiore iuſticia q̄ iam minorem
ↄ̄pleuit · ¶ Hie · Vel nō de mandatis interrogat
ſed quod ſit p̄mū mandatū magnūqꝫ · vt cū om̄ia
q̄ deus mandauerit magna ſint · quicqd ille reſpon
deat · occaſionem habeat calūniandi · ¶ Chriſoſ ·
ſup math · Dn̄s aūt ſic ei reſpondit vt interroga=
tōnis eius fictam ↄ̄ſcientiā ſtatim p̄mo rn̄ſo pcu=
teret · vn̄ ſeq̇tur · ait illi ihus · Diliges dn̄m deum
tuū ex toto corde tuo & ex tota anima tua & in to
ta mente tua · Diliges inq̇t non timore qꝛ diligere
magis eſt ꝙ timere · Timere · n · ſeruoꝝ eſt · dilige
re filioꝝ · Timor ſub neceſſitate eſt · Dilectō in li=
bertate · Qui in timore ſeruit deo penā q̄d̄ euadit ·
Mercedē vō iuſticie nō habet · qꝛ iniuſtus fecit bo
nū ꝓpter timorem · Non vult ḡ deus vt timeatur
ſeruiliter ab hominibꝰ q̄ſi dn̄s · ſed vt diligatur q̄
ſi pr̄ · q̇ adoptōnis ſp̄m donauit hominibꝰ · Dilige=
re aūt deū ex toto corde eſt vt cor tuū nō ſit inclin
atum ad alicuius rei dilectōnem magis ꝙ dei · Dili=
gere aūt deū in tota anima eſt · certiſſimū animum
hr̄e in veritate · & firmū eſſe in fide · Alius eſt · n ·
amor cordis & alius eſt amor anime · amor cordis
quodāmō carnalis eſt · vt etiā carnaliter diliga?
deū · qd facere nō poſſum? · niſi recedam? ab amo=
re mūdialium reꝝ · Cordis ḡ amor ſentitur incor
de · Amor vero anime nō ſentitur · ſed intelligitur ·
qꝛ in iudicō anime ↄ̄ſiſtit · Qui · n · credit apud deū
eſſe omne bonū & nihil boni eſſe extra ip̄m hic di=
ligit deū in tota anima · Tota vō mente diligere
deū eſt vt · omnes ſenſus deo vacent · Cuius em̄ in
tellectus deo miniſtrat · Cuius ſapientia circa deū
eſt · cui? cogitatō ea q̄ dei ſunt · tractat · cui? memo
ria que bona ſunt recordat · tota mente diligit deū
¶ Auguſ · de doctrina xp̄iana · Vel aliter deū ex
toto corde diligere p̄ciperis · vt om̄es cogitatōnes
tuas · ex tota anima vt omnem vitā tuā · ex tota
mente tua & omnem intellectū tuū · in illū ↄ̄feras
Nullā ḡ vite nr̄e partem reliq̇t que vacare debe=
at & quaſi locum dare vt alia re velit frui · Sed
quicquid aliud diligendū venerit in animuꝫ illuc
rapiatur quo totus dilectionis impetus currit tūc
em̄ eſt optimus hō cū tota vita ſua pgit in incom
mutabile bonū ¶ Glo · Vel ex toto corde · i · intel
lectu · anima · i · voluntate · mente · i · memoria · vt
nihil ei contrarium velis · ſentias · aut recorderis ·
¶ Orige · Vel aliter · Ex toto corde · i · ſcd̄m totā
recordationem & operationem & cogitationem ex
tota anima · i · parati ſint eā ponere pro pietate dei ·
In tota mente nihil aliud ſcilicet proferētes niſi
que dei ſunt · Et vide ſi potes cor q̇deꝫ accipere pro
intellectu quo intelligibibia ſpeculantur · mentem
aūt ad proferēdas res · Mente · n · pferim? ſingu=
las res · Et p vnūquodqꝫ quod ſiḡficat q̄ſi mente
nr̄a inambulamus atqꝫ proferim? · Si aūt temp=
tanti phariſeo dn̄s nō rn̄diſſet · eſtimare poſſemus
non eſſe vnū mandatum maius altero · Sed dn̄s
rn̄dens ſubdit · Hoc eſt maximū & p̄mū mandatū
vbi diſcim? ſententiā de mandatis · qd ē magnuꝫ
& ſunt inferiora vſqꝫ ad minima · Rn̄det aūt dn̄s
nō ſolū ꝙ eſt magnū mandatū · ſed etiā p̄mū · nō
pro ordine ſcripture · ſ pro dignitate vtutis · Hi · aūt
ſoli hui? mandati ſuſcipiūt magnitudinē & p̄ma=
tum qui non ſoluꝫ diligunt dn̄m deum ſuū · ſ etiā
illa tria ſuſceperint · Docuit autem ꝙ nō ſoluꝫ eſt
magnū & p̄mū · ſ etiā ꝙ eſſet ſcd̄m ſimile priori ·
Vn̄ ſeq̇tur · Secundū autē ſimile eſt huic · Dili=
ges proximū tuū ſicut teip̄m · Si aūt q̇ diligit ini=
q̇tatem odit animā ſuam · manifeſtū ꝙ nō diligit
proximum ſicut ſeip̄m cum nec ſeipſum diligat ·
¶ Auguſ · i · de doctrina xp̄iana · Manifeſtum eſt
aūt omnem hominem proximū eſſe deputandū · qꝛ
erga neminem opandū eſt malū · Jam vero ſi vel
cui p̄bēdum vel a q̄ p̄bēdum eſt nobis officiū mi=
ſericordie recte proximus dr̄ · manifeſtū eſt hoc p̄
cepto q̄ tenemur diligere proximū etiam ſanctos
angelos ↄ̄tineri · a q̇bꝰ nobis tanta miſericordie ·
impēduntur officia · q̄nta nobis in ſcripturis ani=
maduertere facile ē · exq̄ & ip̄e dn̄s nr̄ proximum
ſe nobis dici voluit · qm̄ ſeip̄m dn̄s ihus ſiḡficat ·
opitulatū eſſe ſemiuiuo iacenti in via · ¶ Auguſ ·
viij · de trini · Qui aūt amat hoīes · aut qꝛ iuſti ſunt
aut vt iuſti ſint · amare debet · ſic · n · & ſeip̄m ama=
re debet · aut qꝛ iuſtus ē · aut vt iuſtus ſit · ſic · n · di
ligit ꝓximū ſicut ſeip̄m ſine vllo piculo · ¶ Aug? ·
i · de doctrina xp̄iana · ſi aūt teip̄m n̄ ꝓpt te debes di
ligē · ſ ꝓpt illū vbi dilectōnis tue rectiſſim? finis
eſt · Nō ſuccenſeat aliqs hō · ſi & ip̄m ꝓpt deū dili=
gis · Quiſqs ḡ recte proximū diligit · hoc cū eo de=
bet agē vt etiā ip̄e toto corde diligat deū ¶ Chri ·
ſup math · Qui aūt hoīem amat · ſimile ē ſicut q̇ deū
amat · qꝛ imago dei eſt hō · in quo deus diligitur ·
ſicut rex in ſua imagine honoratur · Et propter

hoc dr̄. hoc mandatum ſimile eſſe primo ¶ Orige.
Vel aliter. ꝙ mandatū ſeq̄ns p̄mo eſt ſimile. ſig-
ficat idem eſſe officij & meriti in vtroq;. Neq;. n.
aut dei ſine xp̄o. aut xp̄i ſine deo. pt̄ vtilis eſſe di
lectō ad ſalutem. Sequitur. In his duob; manda-
tis tota lex p̄det & ꝓphete ¶ Auguſ. de q̄ſt. euā.
p̄det dixit. i. illo refert̄. vbi habet finē. ¶ Raba.
Ad duo. n. hec p̄cepta pertinet totus decalogus.
p̄cepta q̄dē p̄me tabule ad dilectōnem dei. p̄cepta
ſecunde ad dilectōnem proximi. ¶ Origenes. vel
q: qui omnia impleuit q̄ ſcripta ſunt de dei dilectō
ne & proximi. dignus eſt magnas gr̄as a deo p̄ci-
pere vt intelligat omēz legez & ꝓphetas ¶ Au-
guſtinus. vij. de trinitate. Cū aūt ſunt duo p̄cep-
ta in q̄b; p̄det lex & ꝓphete. dilectio dei & prox-
imi non immerito ſcriptura plerumq; pro vtroq;
vnū ponit. ſiue dilectōnem dei. ſicut eſt illud. ſci-
mus. n. quoniā diligentib; deū omnia cooperātur
in bonū. ſiue dilectionem proximi. ſicut eſt illud.
Omnis lex in vno impletur. diliges proximum
tuū ſicut teip̄m. Sed hoc ideo q: q̄ proximū dili-
git cōſeq̄ns eſt vt deū diligat. Ex vna em̄ eadēq;
caritate deū proximūq; diligim⁹. ſ; deū ꝓpter deū.
nos aūt & proximū. ꝓpter deum. ¶ Auguſ. i. de
doctrina xp̄iana. Sed tamen quoniā excellentior
& ſup̄ nr̄am naturā eſt diuina ſubſtantia. p̄ceptum
quo diligim⁹ deū. a proximi. dilectōne diſtinctū
eſt. ꝙ ſi te totuz intelligas. i. animā & corpus. &
proximū tuū. i. animā & corpus. nulluz diligen-
daꝝ reꝝ genus in his duob; p̄ceptis p̄termiſſum
ē. Cū. n. p̄currat dilectō dei ſeq̄t̄ dilectō proximi
eiuſq; dilectōnis modus p̄ſcriptus ſit. vt eū ſicut
teipſum diligas ſimul & tui abſ te dilectio p̄ter-
miſſa non eſt. Sequitur textus

¶ Congregatis autez phariſeis interrogauit eos
iħus dicens. Quid vobis videtur de xp̄o cui⁹ fili⁹
eſt? Dicunt ei dauid. ait illis. Quomodo ḡ dauid
vocat eū in ſp̄ū dn̄m dicens. Dixit dn̄s dn̄o meo.
ſede a dextris meis donec ponā inimicos tuos ſca-
bellū pedū tuoꝝ? Si ḡ dauid vocat eum dn̄m.
quō filius ei⁹ eſt? Et nemo poterat r̄ndere ei v̄bū.
neq; auſus fuit quiſq̄ ex illa die eū amplius inter
rogare. ¶ Chriſ. in home. Iudei eſtimantes xp̄m
eſſe hominem puꝝ. eū temptabant. nec euz temp-
taſſent ſi filium dei credidiſſent. Volens ḡ xp̄us
oñdere ꝙ cog̊ſcebat fallatiā cordis eoꝝ. & q: deus
erat. nec manifeſte voluit dicere veritatez. ne oc-
caſionem blaſphemie inuenientes iudei. amplius
inſanirent. Nec omnino tacere. q: ad hoc venerat.
vt veritatem annunciaret. ideo talem interrogatō
nem eis ꝓpoſuit. vt ip̄a interrogatō eis oſtēderet.
quis eſſet. Vñ dr̄. Congregatis aūt phariſeis in-
terrogauit eos iħus dicēs. Quid vobis videtur de
xp̄o cui⁹ filius eſt? ¶ Chriſoſ. in ho. Diſcipulos
q̄dē p̄muz interrogauit q̄d alij dicerent de xp̄o. &
tūc q̄d ip̄i dicerent. Hos aūt nō ita. Profecto. n.
ſeductorē eū dixiſſent & malū. exiſtimabāt autē

quoniam chriſtus purus homo erat. & ideo dixe-
runt euz eſſe filiū dauid. & hoc eſt ꝙ ſubditur. di-
cūt ei dauid. Ipſe aūt hoc rep̄hendēs. inducit ꝓphe
tam dominationem eius & ꝓprietatem filiatōnis &
cohonoratōnem q̄ eſt ad p̄rem teſtātem Vñ ſubdi
tur. ait illis. Quō ḡ dauid in ſp̄ū vocat eū dn̄m di
cens. Dixit dn̄s dn̄o meo. ſede a dextris meis. do-
nec. ¶ Hie. Teſtimoniū hoc de. c. ix. pſalmo ſūp
tum eſt. Dn̄s ḡ filius dauid vocatur. nō ſcd̄m id
ꝙ de eo natus ē. ſ; ſcd̄m id ꝙ natus ē ex p̄re ſemper
fuit p̄ueniēs ip̄m carnis ſue p̄rem vocat autem eū
dn̄m ſuū nō erroris incerto nec ꝓpria voluntate ſed
ſp̄ūſancto. ¶ Remi. Quod autez dicit. ſede a dex-
tris meis non intelligendū ē ꝙ deus corporeus ſit
vt dextrā vl̄ ſiniſtrā habeat. ſ; a dextris dei ſedere
eſt in honore & eq̄litate paterne dig̃tatis manere.
¶ Chriſ. ſup math. Puto aūt hāc interrogatōez
nō ſolū cōtra phariſeos. ſ; etiā cōtra hereticos po-
ſuit. Nā ſcd̄m carnē vere filius erat dauid. dn̄s aūt
ſcd̄m diuinitatem. ¶ Chriſ. in ho. Nō aūt in hoc
ſtat. ſ; vt timeāt ſubdit. donec ponā inimicos tuos
ſcabellum peduz tuoꝝ. vt ſaltem ita eos inducat.
¶ Orige. Deus etiā nō ad p̄ditōnem ſolum ponit
ſcabellū pedū xp̄i inimicos ip̄ius. ſ; ad eoꝝ ſalutē
¶ Remi. Donec aūt pro infinito ponit̄ vt ſit ſen-
ſus. ſede ſemp & inimici tui in ſempiternū ſubijci
entur pedib; tuis. ¶ Glo. Quod aūt a p̄re inimici
ſubijciūt̄ filio. nō infirmitatem filij. ſed vnitatem
nature ſig̃ficat. Nā & filius ſubijcit inimicos p̄ri
q: p̄rem clarificat ſup terrā. Et ex hac autoritate
cōcludit. Si ḡ dauid vocat. eū dn̄m. quō fili⁹ ei⁹
erit? ¶ Hie. Interrogatō hec nobis ꝓficit vſq; ho
die cōtra iudeos. Et hi. n. q̄ cōfitent̄ xp̄m eſſe ven-
tuꝝ. hominem ſimplicē & ſanctū viꝝ aſſerunt de
genere dauid. Interrogem⁹ ḡ eos docti a dn̄o. ſi
ſimplex hō eſt & tñ filius dauid. quō dauid vocat
eū dn̄m ſuū? iudei aūt ad deludēdā interrogatōis
veritatem. friuola mlt̄a cōfingūt. vernaculū abra
he aſſerētes cuius filius fuit damaſcus eliezer. &
ex ipſius perſona ſcriptum pſalmum. ꝙ poſt cedē
quinq; regum dominus deus domino ſuo abrahā
dixerit. Sede ad dextram meam donec ponam.
Quos iterrogem⁹ quō dixerit abrahe ea q̄ ſequū
tur. & r̄ndere cogam⁹. quō abrahā āte luciferꝝ ge-
nitus ſit. & quomodo ſacerdos fuit ſecundum ordi
nem melchiſedech? pro q̊ melchiſedech obtulerit
panem & vinum. & a quo decimas p̄de accepit.
¶ Chriſ. in ho. Hoc tantū impoſuit finem ipſoꝝ
q̄ſi magnū & ſufficiēs p̄cludere eoꝝ ora. vñ ſeq̄t̄.
Et nemo poterat r̄ndere ei v̄bū. neq; auſus fuit q̄ſ-
q̄ ex illa die eū āpli⁹ iterrogare. Siluerūt. n. ex
tūc nō volētes. ſ; nō hn̄do aliq̄d dicere. ¶ Orige.
Si aūt interrogatō eoꝝ fuiſſet ex volūtate diſcen
di. nunq̄ eis talia ꝓpoſuiſſet. vt amplius non eſ-
ſent auſi eum interrogare. ¶ Rabanus. Ex hoc
autem intelligimus. venena inuidie ſuperari poſſe
ſed difficile quieſcere.

¶ Capitulū · xxiij ·

TVnc locut⁹ ē ihūs ad turbas &
ad diſcipulos ſuos dicēs · Super
cathedrā moyſi ſederūt ſcribe &
phariſei · Oīa ḡ q̄cumq3 dixerint
vob̄ ſuate & facite · Dicunt em̄ &
non faciūt · Alligāt em̄ onera ḡ=
uia & importabilia · & imponūt in humeros hoīm
digito aū ſuo nolūt ea mouere · ¶ Chriſ · ſup mat̄
Poſtq̄ dn̄s ſacerdotes r̄ſione ꝯſtrauit · & incor=
rigibilem eoꝝ cōditōnem oſ̄dit · ſicut clerici ſi ma=
leſecerint inemendabiles ſunt · laici vō delinq̄ntes
facile emēdāt̄ · tūc cōuertit ſermones ad apl̄os &
ad ꝑpl̄m · Vn̄ dr̄ · Tūc locut⁹ ē ihūs ad turbas &
ad diſcipl̄os ſuos · Infructuoſum nāq3 ē vbū in q̄
ſic alt̄ cōfundit̄ · vt alt̄ nō erudiat̄ · ¶ Ori · Sunt
aū meliores diſcipuli xp̄i · reliq̄s turb̄ · & inuenis
in eccleſiis q̄ſdā affectuoſi⁹ accedētes ad vbū dei
eſſe diſcipulos xp̄i · ceteros aū ꝑpl̄m eē ipuis · Et in
terdū q̄dā diſcipulis ſolis dicit · q̄dā vō turb̄ · alia
vō turb̄ ſimul atq3 diſcipulis ſicut ſūt hec · Vnde
ſeq̄t̄ · dicēs ſup cathedrā moyſi · Qui legē moyſi ꝓ
fitēt̄ & interp̄tari gloriāt̄ · hi ſedēt ſup cathedrā
moyſi · Qui ḡ nō recedūt a littera legis · ſcribe di=
cūt̄ · Qui aū mai⁹ aliq̄d ꝓfitētes · diuidūt ſeip̄os q̄
ſi meliores a multis · phariſei dicūt̄ qđ interp̄tat̄
diuiſi · Qui aū moyſen ſcđm ſpiritalem vtutem in=
telligūt & exponūt · ſedēt q̄dē ſup cathedrā moyſi
ſ3 non ſūt ſcribe & phariſei · ſ3 his meliores dilecti
xp̄i diſcipuli · Poſt aduentū aū xp̄i ſedēt ſup ca=
thedrā eccleſie · q̄ eſt cathedra xp̄i · ¶ Chriſoſ · ſup
math̄ · Videndū ē tn̄ quō q̄s ſup cathedrā ſedeat ·
q2 nō cathedra facit ſacerdotem · nō locus ſanctifi=
cat hoīem · ſ3 hō locuz · ideoq3 malus ſacerdos de ſa=
cerdotō ſuo crimē acq̄rit nō dig̃tatez · Ne aūt aliq̄s
dicat qm̄ ꝑpter hoc deſidioꝛ fact⁹ ſū ad agendum
q2 malus ē doctor · hāc deſtruit opinionem · cū ſub=
dit · Oīa ḡ q̄cumq3 dixerint vob̄ · ſuate & facite ·
Nō em̄ ſua dicūt · ſ3 q̄ dei ſūt · q̄ p moyſen de⁹ in le=
gem deduxit · Et intuere q̄nto circa moyſen vtit̄
honore · eā iteꝝ q̄ ad vetus ē teſtamētū cōcordiam
oſtendens · ¶ Origenes · Si autez ſcribe & phari
ſei ſedentes ſuper cathedram moyſi ſunt iudeoꝝ
doctores · ſecundum litteram docentes legis man=
data · quomodo iubet nos dominus ſecundum om
nia que dicunt illi · facere ? cum apoſtoli in actib⁹
vetent fideles viuere ſecundum litteram legis ſpi
ritaliter non intelligentes · Quecumq3 ergo dicunt
nobis ex lege intelligentes ſenſum legis facimus
& ſeruamus · nequaq̄ facientes ſecundum opera
eorum · Non enim ſicut lex docet faciunt · nec intel
ligunt velamen eſſe ſuper litteram legis · Vel cum
omnia audieris non omnia intelligas precepta le=
gis · puta multa que de eſcis ſunt & que de hoſtiis
& ſimilia · ſed ea que corrigunt mores · Sed quare
non de lege gratie · hec mandauit ſed de doctrina
moyſi ? quia ſcilicet nondum erat tempus p̄cepta
noue legis ante tempus paſſionis manifeſtare · mi
hi autem videtur q̄ & aliquid aliud p̄diſpenſans
hoc dicit · Quia .n. accuſaturus erat ſcribas & pha
riſeos in ſequentib⁹ ſermonib⁹ · ne videretur apud
ſtultos ex hoc eoꝝ principatum capere vel ꝑpter
inimiciciam hec facere · primum a ſe hanc ſuſpitio
nem remouet · & tunc eos incipit reprehendere · vt
turbe non in eadē vitia incidant & ideo ne exiſtim
ent q̄ quia debent eos audire · ideo eos debeant in
operib⁹ imitari · ſubditur enim · Secundum vero
opera eorum nolite facere · Quid eſt autem doctore
illo miſerabilius · cuius vitam diſcipuli cum non
ſequuntur · ſaluantur · cum imitantur · perdunt̄ ?
¶ Chriſoſtimus · ſuper matheum · Sicut autem
aurum de terra eligitur · & terra relinquitur · ſic &
auditores doctrinam accipiant · & mores relinqu
ant · Frequenter enim de homine malo bona doctr=
ina procedit · Sicut autem ſacerdotes melius iu=
dicant · ꝑpter bonos malos docere q̄ ꝑpter malos
bonos negligere · ſic & ſubditi ꝑpter bonos ſacer=
dotes etiam malos honorent · ne ꝑpter malos boni
etiam contemnantur · Melius eſt enim malis iniu=
ſta preſtare q̄ bonis iuſta ſubtrahere · ¶ Chriſ ·
ſoſtomus · in homelia · Conſidera vero vnde inci=
pit · eos reprehendere · Nam ſequitur · Dicunt em̄
& non faciunt · Maxime enim accuſatione dignus
eſt · qui doctrine autoritatem habens · legem trāſ=
greditur · Primo quidem quia preuaricatur qui
alios corrigere debet · Deinde quia peccans maiore
pena dignus eſt propter honorem · Tercio quia
plus corrumpit velut in ordine doctoris peccans ·
Rurſus autem & aliam eorum reprehenſionem
ponit · quoniam graues ſunt · ſibi ſubiectis · Vnde
ſequitur · Alligant enim onera grauia · In quo
duplicem eorum malitiam oſtendit · Vnam qui=
dem q̄ ſine venia expetunt a ſubiectis ſummam di
ligentiam vite · Aliam vero in hoc q̄ ſibi ipſis
multam concedunt licentiam · Oportet autem bo
num principem econtrario ſe habere · In his enim
q̄ e ſecundum ſeipſum ſunt · grauem iudicem eſſe
In ſubiectis autem manſuetum · Intende autem
qualiter & eorum reprehenſionem aggrauat · Non
enim dixit non poſſunt · ſed nolunt · neq3 dixit por
tare · ſed digito mouere · ideſt neq3 prope fieri neq3
tangere · ¶ Chriſoſtomus · ſuper matheum · Et
quidem quantum ad phariſeos & ſcribas de quib⁹
loquitur · onera grauia & importabilia dicit legis
mandata · de quibus petrus in actibus dicit · Vt
quid vultis imponere iugum ſuper ceruices diſci=
pulorum · quod neq3 nos neq3 patres noſtri porta
re potuimus ? Onera enim legis quibuſdam ratio
nibus fabuloſis commendantes · auditoribus qua
ſi vincula ſuper humeros cordis eorum alligabant
vt velut rationis vinculo conſtricti non reiicerent
ea a ſe · Ipſi autem nec ex modica parte ea imple=
bant · i · vt nō dicant pleno ope · ſ3 nec modico · ta=
ctu · i · digito · ¶ Glo · vel alligāt onera · i · vndecūq3

traditiones colligunt que conſcientiam non leuāt·
ſed grauant· ¶Hiero· Humeri aūt & digitus &
onera & vincula qb⁹ alligantur onera· ſpiritaliter
ſunt intelligēda· Hic etiā generaliter dñs aduer-
ſus omnes magiſtros loquitur q̄ grādia iubent &
minora nō faciunt· ¶Chriſoſ· ſup mathe· Tales
autē ſunt qui g̃ue pondus venientib⁹ ad peniten-
tiam imponunt· & ſic dū pena pñs fugitur· cōtem
nitur· pena futura· Si em̄ faſcem ſuper humeros
adoleſcentis quē non poteſt baiulare poſueris· ne-
ceſſe habet vt aut faſcem reiiciat aut ſub pōdere cō
fringatur· ſic & homini cui g̃ue pondus peniten-
tie ponis· neceſſe eſt· vt aut penitentiā reiiciat aut
ſuſcipiens dū ſufferre nō poteſt· ſcandaliſatus am
plius peccet· Deinde & ſi erram⁹ modicā peniten
tiam imponentes· nonne melius eſt ꝓpter miſeri-
cordiā reddere ratōnem ꝙ ꝓpter crudelitatem· vbi
paterfamilias largus eſt· diſpenſator nō debet eſſe
tenax· Si deus benignus· vt quid ſacerdos eius
auſterus· Vis apparere ſanctus? circa tuā vitam
eſto auſterus· circa alioꝝ benignus· Audiant te
homines parua mandantem & g̃uia facientem·
Talis eſt autem ſacerdos q̄ ſibi indulget & alios
exigit· quemadmodum malus deſcriptor tributi ī
ciuitate q̄ ſe releuat & onerat tributes· Textꝯ
¶Omnia aūt opera ſua faciūt vt videantur ab ho
minib⁹· Dilatant· n· philateria ſua· & magnificant
fimbrias· Amant em̄ primos accubitus in cenis·
& primas cathedras in ſinagogis· & ſalutatōnes
in foro· & vocari ab hominib⁹ rabbi· Vos aūt no
lite vocari rabbi· Vnus eſt em̄ mgr̄ veſter· om̄es
aūt vos fratres eſtis· & prēm nolite vocare vobis
ſuper terrā· Vnus eſt em̄ pr̄ vr̄ qui in celis eſt·
Nec vocemini mgr̄i q2 mgr̄ vr̄ vnus eſt xp̄us· qui
maior eſt vr̄m erit miniſter vr̄· Qui aūt ſe exalta
uerit· humiliabitur· & qui ſe humiliauerit· exal-
tabitur· ¶Chriſoſ· in home· Sup̄ dñs arguerat·
ſcribas & phariſeos crudelitatis & negligentie·
Conſeqnter aūt arguit eos inanis glorie que fecit
eos a deo recedere· Vñ dicit· Omnia autem opera
ſua· fa· vt vide· ab hominib⁹· ¶Chriſoſ· in home·
In omni re naſcitur qđ ipam exterminat· ſicut ex
ligno vermis & ex veſtimento tinea· Vñ ſacerdo-
tum miniſterium qui poſiti ſunt ad edificationem
ſanctitatis· corrumpere diabolus nitit̄ vt hoc ipm
bonū dū ꝓpter homines fit· fiat maluꝫ· Tolle hoc
vitiuꝫ de clero & ſine labore omnia reſecabis· Ex
hoc em̄ fit· vt difficile clerici peccātes penitentiā
agant· Vult aūt dñs in hoc oñdere cauſam ꝓpter
quā nō poterāt credere xp̄o· hoc ē· q2 om̄ia faciunt
vt videātur ab hominib⁹ impoſſibile em̄ eſt vt cre
dat xp̄o celeſtia p̄dicanti· q̄ gloriā hominū cōcu-
piſcit terrenā· Legi· n· aliquē interp̄tantem hunc
locuꝫ· ſup̄ cathedrā id eſt in honore & gradu q̄ fue-
rat moyſes cōſtituti ſunt ſcribe & phariſei indig-
ne qui legem ꝓphetantem de xp̄o venturo predica
bant aliis· ipſi aūt nō recipiebant p̄ſentem· ꝓpter
hoc hortatur populum audire legem quam predi-
cabant· i· credere in xp̄m p̄dicatum a lege· & non
imitari ſcribas & phariſeos incredulos· & reddit
cauſam quare p̄dicabāt ex lege xp̄m vēturꝫ· & nō
credebāt in eū· q2 ſcilicet omnia opa ſua faciunt·
vt ab hominib⁹ videantur· id eſt q2 non p̄dicabant
xp̄m vēturꝫ deſiderio aduentus eius ſ3 vt doctores
legis eſſe ab hominib⁹ viderētur· ¶Orige· Ad hoc
autē opera ſua faciunt vt ab hominib⁹ videantur·
viſibilem ſuſcipientes circumciſionem· & viſibili
ter corporalia fermenta auferentes de domib⁹ ſuis
& ſimiliter his ſimilia agentes· chriſti vero diſci-
puli legem in occultis implent quaſi in occulto cō
ſtituti iudei· vt apoſtolus dicit· ¶Chriſ· in ho·
Vide autē hic ꝙ cum quadam intentōne eos in-
cuſat· Non em̄ ſimpliciter ait· ꝙ faciant opera ſua·
vt videantur ab hominib⁹· ſed addidit om̄ia· De
inde monſtrat· ꝙ neqꝫ in magnis vane gloriabāt̄
ſed in qbuſdam vilib⁹ rebus· Vnde ſubdit· Dila-
tant enim philateria ſua & magnificāt fimbrias·
¶Hieronimus· Dominus· n· cum dediſſet man-
data legis p moyſen· ad extremū intulit· Liga-
bis ea in manu tua· & erunt ſemper ante oculos
tuos· Et eſt ſenſus· Precepta mea ſunt in manu
tua· vt opere cōpleantur· ſint ante oculos tuos· vt
die ac nocte mediteris in eis· Hoc phariſei male
interp̄tantes· ſcribebant in membranis decaloguꝫ
moyſi· i· decem legis verba· complicantes ea & li-
gantes in fronte· & quaſi coronam capitis facien-
tes· vt ſemper āte oculos moueretur· Iuſſerat ꝙ
aliud moyſes vt in quatuor angulis pallioꝝ iacin
thinas fimbrias facerent ad iſrael populum diſcer
nendum· vt quomodo in corporib⁹ circumciſio ſig
num iudaice gentis daret· ita veſtis hr̄t aliquam
dr̄am· Superſtitioſi vero magiſtri captantes au
ram popularem· atqꝫ ex mulierculis captātes lu-
cra· faciebant grandes fimbrias· & acutiſſimas in
eis ſpinas ligabant· vt videlicet ambulantes & ſe
dentes interdum & quaſi hac commotione retra-
herentur ad miniſteria ſeruitutis dei· Pictatiola
ergo illa decalogi· philateria vocabant id eſt con
ſeruatoria· eo ꝙ quicumqꝫ habuiſſent ea· quaſi ob
cuſtodiam & munimentum ſui haberent· Non in-
telligentib⁹ phariſeis ꝙ hec in corde portanda ſūt
non in corpore· alioquin & armaria & arce habent
libros· & noticiā dei non habent· ¶Chriſ· Illoꝝ
aūt exemplo adhuc m̄lti aliq̄ noīa hebraica ange
loꝝ cōfingūt & ſcribūt· & alligāt· q̄ nō intelligen
tib⁹ metuēda videtur· Quidā vō aliq̄m ptem euā-
gelii ſcriptā circa collum portant· Sed nonne q̄-
tidie euāgeliū· in eccleſia legit̄? & audit̄ ab oīb⁹
Cui g̃ in aurib⁹ poſita euāgelia nihil pſunt· quō
eū poſſunt circa collū ſuſpēſa ſaluare? Deinde vbi
eſt vtus euāgelii? ī figuris litteraꝝ· an ī itellectu
ſenſuū? Si ī figuris· bn̄ circa collū ſuſpēdis· Si
in intellectu· g̃ melius ī corde poſita pſūt· ꝙ circa
collū ſuſpenſa· Alii vō ſic exponūt hunc locuꝫ· q2

dilatabant verba ſuā de pceptis obſeruantijs. quaſi
philateria. i. conſeruatoria ſalutis ea populo aſſi-
due pdicantes. Fimbrias aūt veſtimētoꝝ magnifica
tas. dicit ſupereminentias eorundē mandatorum.
¶ Hiero. Cum autem ſuperflue philateria dila
tent. & magnas faciant fimbrias. gloriam cupien
tes ab hominibꝰ. cōſequenter arguuntur in reliqs
Vnde dr̄. Amant enī primos accubitus in cenis.
& primas cathedras in ſinagogis. ¶ Rabanus.
Notandum ꝙ non ſalutari in foro. non primo ſe-
dere vel diſcumbere vetat eos. quibus hoc officij
ordine cōuenit. ſed eos qui hec ſiue habita ſiue nō
habita indebite amant a fidelibꝰ. quaſi improbos.
dicit eſſe cauendos. ¶ Chriſ. Non. n. vituperat
eos qui in primo loco recumbunt. ſed eos q̇ amāt
primos diſcubitus. ad voluntatem vituperatōnem
referens. non ad factum. Sine cauſa enī loco ſe
humiliat. qui corde ſe pfert. Aliquis enī iactator
audiens laudabile eſſe in vltimo loco diſcumbere.
diſcumbit poſt omnes. & nō ſoluꝫ iactantiam cor-
dis non dimittit. ſed adhuc aliā iactantiam humi
litatis acquirit. vt qui vult videri iuſtus & humi
lis videatur. Multi enī ſuperbi corpore quidē in no
uiſſimo recumbētes. cordis aūt elatōne videtur ſi-
bi in capite recumbere. Et multi ſunt humiles in
capite recumbētes. & conſcientia ſe in vltimo eſſe
exiſtimant. ¶ Chriſoſ. in home. Intende autem
vbi in eis vana gloria dominabatur in ſinagogis
ſcilicet in quas intrabāt. alios directuri. In cenis
hec pati qualitercumqꝫ tolerabile erat quāuis do-
ctorem in admiratōne eſſe oporteat. Nō in eccleſia
ſolum. ſed vbiqꝫ. Si aūt diligere talia eſt incuſa-
tio ꝙ malum eſt ſtudere. vt his aliquis potiatur.
¶ Chriſ. ſuper math. primas etiam ſalutationes
amāt. nō ſolum in tempore. vt eos primum ſalute
mus. ſed etiam in voce vt clamātes dicamus. aue
rabbi. Et in corpore vt flexis capitibꝰ eis incurue
mur. Et in loco vt in publico ſalutentur. Vnde
dicit. Et ſalutatōnes in foro. ¶ Raba. Quāuis &
hoc culpa nō careat. ſi idē in foro litibꝰ intereſſe q̇
in cathedra moyſi mgr̄i ſinagoge cupiunt appella
ri. & vocari ab hominibꝰ rabbi. ¶ Chriſ. ſup ma-
theū. i. vocari volūt & nō eſſe. nomen appetunt &
officium negligūt. ¶ Orige. In eccleſia etiā xp̄i
inueniūtur menſāꝝ ſuſcipiētes pmatū vt diacones
fiant. Conſeqnter aūt pmas cathedras eorum qui
dicūt pſbiteri pripere ābiūt. Quidā aūt machinā
tur vt epiſcopi vocētur ab hominibꝰ. hoc eſt rabbi
xp̄i aūt diſcipulus. diligit qdē in ſpiritalibꝰ cenis
recubitus pmos vt meliora ſpiritaliū ciboꝝ man-
ducet. Diligit etiā cū apoſtolis ſedētibꝰ ſup. xij.
thronos pmas cathedras. actibꝰ bonis dignuꝫ ſe
pbere feſtinans cathedris huiuſmodi. Hic auteꝫ
& ſalutationes diligit. que fiūt in nundinis cele-
ſtibꝰ ideſt celeſtibꝰ primitiuoꝝ congregatōnibꝰ.
Vocari autē rabbi neqꝫ ab hominibꝰ neqꝫ ab aliq̇
alio diligit iuſtus. qꝛ vnus eſt mgr̄ omniū. Vnde
ſubdit. Vos auteꝫ nolite vocari rabbi. ¶ Chriſ.
in homelia. Vel aliter pmiſſoꝝ de quibꝰ phariſeos
incuſauerat. alia qdē ſicut parua & vilia ptermi-
ſit. quaſi diſcipulis de his inſtrui non indigentibꝰ
ſed qd erat omniū maloꝝ cauſa ideſt thronū appe
tere mgr̄alem hoc in mediū ducit ad diſcipulos in
ſtruendū. Vnde ſubdit. Vos auteꝫ nolite vocari
rabbi. vnus eſt enī mgr̄ vr̄. ¶ Chriſ. ſup math.
Quaſi diceret. Nolite vocari rabbi. ne quod deo de
betur. vob pſumatis. Nolite & alios vocare rabbi.
ne diuinum honorem hominibꝰ deferatis. Vnus
eſt enī mgr̄ omniū. qui omnes homines naturalit̄
docet. Si enī homo hominem erudiret. omnes ho-
mines diſcerent quod hn̄t doctores. Nunc autem
qꝛ non hō docet. ſed deus. mlt̄i quidē docent̄. pau-
ci aūt diſcunt. Non enī hō intellectū pſtat homi-
ni docendo. ſed a deo pſtitum p admonitōnem ex-
ercet. ¶ Hila. Et vt meminerint diſcipuli ſe fili-
os parentis vniꝰ. & p noue natiuitatis generatō-
nem terreni ortus exceſſiſſe primordia. ſubdit om
nes aūt vos fratres eſtis. ¶ Hie. cōtra heluidiū.
Omēs aūt homines affectu fratres dici poſſunt.
quod in duo diuiditur. in ſpeciale & commune in
ſpeciale qꝛ omnes chriſtiani fratres vocātur. por-
ro in cōmune. qꝛ omnes homines ex vno pr̄e nati
pari inter nos germanitate cōiungimur. Sequit̄
Et pr̄em nolite vocare. &c̄. ¶ Chriſ. ſup mathe.
In mūdo enī ꝗuis homo hominem generat. tam̄
vnus eſt pr̄ qui omnes creauit. Non eniꝫ initium
vite habemꝰ ex parentibꝰ. ſed trāſitum vite p eos
accipimꝰ. ¶ Orige. Sed quis nō vocat pr̄em in
terris. qui p omnem actum ſecūdū deū impletum
dicit pr̄ nr̄ qui es in celis. ¶ Glo. Quia vero appa
rebat quis eſſet omniū pr̄. in hoc ꝙ dixerat. qui es
in celis. vult exponere quis ſit omniū mgr̄. Vn̄
preceptum de magiſtro iterum repetit dicens. ne
vocemini magiſtri quia magiſter veſter vnus eſt
chriſtus. ¶ Chriſoſtomus. in homelia. Non tamē
dum dicitur chriſtus magiſter. excluditur pater
ſicut neqꝫ ex hoc ꝙ deus pater noſter. dicitur ho-
minum pater. excluditur chriſtus. ¶ Hieronimꝰ.
Queritur autem quare aduerſum hoc preceptum.
apoſtolus doctorem gentium ſe eſſe dixerit. aut
quomodo in monaſterijs vulgato ſermone ſe inui
cem patres vocant? quod ſic ſoluitur. Aliud eſt
eſſe natura patrem vel magiſtrum. aliud indulgē
tia. Nos ſi hominem patrem vocamus. honorem
etati deferimus. non autorē noſtre oſtendimꝰ vi-
te. mgr̄. n. dr̄ ex conſortō veri mgr̄i. & ne infinita
replicem quomodo vnus per naturā deus. & vnꝰ
filius. non preiudicat ceteris. ne per adoptionem
dij vocentur. & filij. ita & vnus pr̄ & mgr̄ nō piu
dicat alijs vt abuſiue vocentur & pr̄es & mgr̄i.
¶ Chriſ. in homelia. Non ſolum autem dominus
primatus cupere prohibet. ſꝫ ad cōtrariū auditoreꝫ
inducit. Vn̄ ſubdit. Qui maior eſt vr̄m. erit mini-
ſter vr̄. ¶ Orige. vl̄ aliter? Et ſi miniſtrat quis

verba diuina. ſciens q̄ chriſtus in eo fructificat. nequaq̄ ſe mgr̄m. ſed miniſtrum profitetur. Vn̄ ſequitur. Qui maior eſt vr̄m. erit miniſter vr̄. qm̄ & ip̄e xp̄us cum eſſet vere mgr̄. miniſtrum ſe eſſe profeſſus eſt. dicens ego ſum in medio vr̄m quaſi qui miniſtrat. Bene autem poſt omnia quibꝰ vane glorie vetauit cõcupiſcentiam. addidit dicens. Qui autē ſe exaltauerit. humiliabitur. & q̄ ſe humiliauerit. exaltabitur ¶ Remigius. Quod ſic ītelligitur. Omnis qui ſe de ſuis meritis extollit. apud deum humiliabitur. Et qui ſe de benefactis humiliat apud deū exaltabitur. Sequitur textus

¶ Veh aūt vob̄ ſcribe & phariſei hypocrite. q̄ clauditis regnū celoꝝ āte hōīes. vos eī n̄ ītratis. nec īntroeuntes ſinitis intrare. ¶ Orige. xp̄us quaſi vere filius dei illius qui legem dedit. ſecundū ſimilitudinem benedictionum que ſunt in lege. dixit & ip̄e beatitudines eoꝝ q̄ ſaluāt̄. ſcd̄m ſimilitudīem aūt maledictionū poſitaruz in lege ponit veh aduerſus peccatores. dicēs. veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite. qui fatentur bonitatis eſſe aduerſus peccatores iſta pronunciare intelligant. q̄ ſimile eſt ꝓpoſitum dei in maledictionibꝰ legis ſiue aūt illa maledictio ſiue iſtud veh nō ex pronunciante cõtingit peccanti. ſ; ex peccatis q̄bꝰ dignū ſe p̄bet ad ſuſceptōnem iſtoꝝ que deus diſcipline cauſa pronunciauit. vt cõuertant homines ad bonū. ſic p̄r increpās filium ꝓfert v̄ba maledictōnis nec tam̄ vult illū dignū fieri maledictōnibꝰ illis. ſed magis ab eis diuertere. Huius aūt veh cauſā ſubditur. q̄ clauditis regnū celoꝝ ante homines. vos autem non intratis nec intro. ſinitis intrare. Hec duo p̄cepta naturaliter inſeperabilia ſūt. qm̄ hoc ip̄m ſufficit ad expulſionem q̄ȝ alios non permittit intrare. ¶ Chriſoſ. ſuper math. Regnū celorum dicūtur ſcripture. q̄ in illis inſitum eſt regnū celoꝝ. Janua eſt intellectus eoꝝ. Vel regnuz celoꝝ eſt beatitudo celeſtis. ianua aūt eſt xp̄us p quem introitur in eā. Clauicularij aūt ſunt ſacerdotes. q̄bꝰ creditum eſt verbū docendi & interpretandi ſcripturas. clauis aūt eſt v̄bū ſcientie ſcripturaꝝ. per quā aperitur hominibꝰ ianua veritatis. Apertō aūt eius eſt interp̄tatō vera. Vide aūt q̄ nō dixit. veh. vobis qui aperitis. ſed qui clauditis ergo non ſunt ſcripture clauſe. licet ſint obſcure. ¶ Orige. Phariſei g̃ & ſcribe. nec intrabant. nec eū volebant audire. q̄ dixit. Siquis p me introierit ſaluabitur. Et nec intrātes id eſt eos q̄ credere poterāt ꝓpter ea que a lege & ꝓphetis ante fuerāt declarata de xp̄o. Introire ſinebāt. cum omni terrore ianuā claudentes adhuc derogabant doctrine eius & ſubuertebant omnem ꝓpheticam ſcripturā de eo. & blaſphemabāt omne opus ip̄ius q̄ſi falſū & a diabolo factum. Sed & omnes q̄ mala cõuerſatōne ſuadēt exemplū peccandi in populo. & qui faciunt iniuriā. ſcandaliſantes puſillos. claudere videtur ante hōīes regnū celoꝝ. Et hoc peccatuz inuenitur quidem in popularibꝰ maxime autez in doctoribꝰ. qui docent quod decet ſecundū iuſticiā euangelij homines. nō aūt faciunt. quod docent. Bene aūt viuentes & bene docentes. aperiunt hominibꝰ regnum celorum. & dum ip̄i intrant. alios prouocant introire. Sed & multi non permittunt intrare in regnum celorum intrare volentes. quādo & ſine rōne excõmunicant quoſdam ꝓpter aliquem zelum qui meliores ſunt q̄ȝ ip̄i. & ip̄i q̄dē nō permittunt eos introire. Illi autez qui ſobrij ſunt mente. patia ſua tirānidē eoꝝ vincentes. q̄uis vetiti. tam̄ intrant. & hereditant regnuz. Sed & q̄ cum mlta temeritate ſe ip̄os dederunt ad profeſſionem docēdi priuſq̄ȝ diſcerent. & iudaicas fabulas imitātes. detrahūt eis q̄ ea q̄ ſurſum ſunt. in ſcripturis requirunt. claudunt quantum ad ſe ante homines regnum celoꝝ. Sequitur textus

¶ Veh autem vobis ſcribe & phariſei hypocrite qui comeditis domos viduaꝝ. longas orōnes orātes. ꝓpter hoc āplius accipietis iudiciū ¶ Chriſ. in ho. De reliq̄ dn̄s de gula eos rep̄hendit. & q̄d deterius eſt quoniā nō a diuitibꝰ. ſed a viduis accipiebant vnde vētrem implerent. & illoꝝ inopiā conterebant. quam releuare oportebat. Vnde dicitur veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite. qui comeditis domos viduarum id eſt qui veſtra ſup̄ſtitione nihil intenditis niſi vt predam de ſubiecta plebe faciatis. ¶ Chriſoſtomus. Sexus aūt mulierum incautus eſt. quia non omnia que videt. aut audit. cum ratione conſiderat. Mollis etiam eſt. quia facile flectitur vel de malo ad bonum vel de bono ad malum. virilis autem ſexus & cautior & durior eſt. ꝓpterea ſimulatores ſanctitatis circa mulieres maxime negotiantur. Quia nec intelligere eorum ſimulationes poſſunt. & facile ad eorum dilectionem inclinantur. religionis cauſa. Precipue tamen circa viduas negotiantur. Primo quidem quia mulier nō facile decipitur habēs conſiliarium. virum. Deinde quia non facile de facultatibus ſuis aliquid dant cum ſint in poteſtate viri. Propterea ergo dominus. dum iudaicos ſacerdotes cõfundit chriſtianos monet. ne viduis mulieribus amplius commorentur q̄ȝ ceteris. quia & ſi voluntas mala non ſit. tam̄ ſuſpitō mala eſt. ¶ Chriſoſtomus. in homelia. Deinde & huius rap̄ine modus erat grauior. additur enim. orationes longas orantes. Quicumq̄ȝ em̄ malū facit dignus eſt pena. ſ; q̄ a religione cauſā accipit neq̄cie. grauiori ē obnoxiꝰ pene. Vn̄ ſeq̄t̄. ꝓpt̄ hoc āpliꝰ accipietis iudiciū. ¶ Chriſ. ſup math. p̄mū q̄dē ꝓ eo q̄ȝ eſtis iniq̄. alteꝝ pro eo q̄ȝ figmentuz accipitis ſanctitatis. Auariciam em̄ vr̄am religionis colore depingitis & q̄ſi p̄ſtatis diabolo arma dei. vt ametur iniq̄tas dū pietas eſtimat̄. ¶ Hila. vl̄ q̄ hinc ꝓcedebat regni celeſtis obſeratō vt ī obeūdis viduaꝝ domibꝰ retineat̄ ambitō. iō accipient ā pliꝰ iudicium quia penam proprij peccati & reatum.

alienę ignorantie debebant. Glo. Vel qr ſeru? ſciens & nō faciens vapulabit multis. Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite q̄ circuitis mare & aridam vt faciatis vnū pſelitū. Et cū fuerit fact? facitis eū filiū gehēnē duplo q̄ vos. Chri. in ho. Poſt pmiſſa rurſus eos domin? aliter incuſat. & qr ineffi caces ſunt ad multorū ſalutem. cum multo labore idigeant. vt ad ſalutē vnū cōuertāt. Et qr nō ſolū deſides ſunt circa eos quos cōuertūt. ſed eorū etiam deſtructores. dū eos corrumpūt pue vite exemplis. Vnde dicit. Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite qui circuitis mare & aridā vt faciatis vnū pſelitū. Hila. Maris aūt & terre peragratione ſignificat in totius orbis finibꝰ eos eſſe chriſti euangelio obtrectaturos. & legis iugo contra iuſtificatonē fidei aliquos ſubdituros. Proſeliti eñ ſunt ex gentibꝰ i ſinagogam recepti. q̄ꝝ futurorū raritas in vno indicatur. Neq̄ enim poſt chriſti pdicationem. doctrine eorū fides relicta ē. ſed quiſquis acquiſitus fuerit ad fidem iudeorum. filius fit gehēnē. Orige. Quicūq̄ eñ poſt ſaluatorē iudaizant. docentur imitari affectum eorū qui dixerūt illo tempore. Crucifige. crucifige eū. Vnde ſequitur. Et cum factus fuerit. facitis eum filiū gehēnē duplo q̄ vos. Hila. Ideo autem pene duplicate erit filius qui neq̄ ſit remiſſionem peccatorum gentilium cōſecutus. & ſocietatē eorū qui chriſtū pſecuti ſunt ſit ſecutus. Hiero. Vel aliter. Scribe & phariſei totū luſtrantes orbem id ſtudij habebant. de gentibꝰ facere pſelitū. id ē aduenā incircūciſum miſcere populo dei. Chriſ. ſuper math. Nō autem propter miſericordiam volentes eum ſaluare quē docebāt. ſed aut ppter auariciam. vt additis in ſinagoga iudeis. ſacrifitiorū adderetur oblatio. aut ppter vanam gloriā. Qui eñ ſeipm mergit in gurgitem peccatorū quomodo alterū a peccatis velit eripere. Nunquid magis miſericors poteſt alteri aliquis eſſe q̄ ſibi? Ex ipſis ḡ actibꝰ oſtenditur. qui propter deum aliquem vult cōuertere aut propter vanitatē. Grego. xxj. moraliū. Quia vero hipocrite q̄uis peruerſa ſemp operentur. loqui tamen recta non deſinunt. Bene loquendo quidem in fide vel conuerſatione filios pariunt. ſed eos bene viuendo nutrire nō poſſunt quāto enim ſe libentius terrenis actibus inſerūt. tāto negligēti? eos q̄s generāt agere t'rena pmittūt. Et qr obduratis cordibꝰ viuūt. ipos etiā q̄s generāt filios nulla pietate debiti amoris agſcūt. Vn & hic de hypocritis dr̄. Et cū fuerit fact? facitis eū filiū gehēnē duplo q̄ vos. Auguſti. cōtra fauſtum. Hoc autem non quia circumcidebatur dixit. ſed eorum quia mores imitantur. a quibus imitandis ſuos cohibuerat. dicens. Super cathedram moyſi. In quibus verbis. vtrumq̄ debet aduerti. & quant? honor delatus ſit doctrine moyſi. in cuius cathedra etiā mali ſedentes. bona docere cogebant. & inde fieret proſelitus filius gehēnē.

non quidem verba legis audiendo. ſed eorū ſectā ſectando. Propterea autem duplo q̄ illi. quia hoc negligebat implere. quod propria voluntate ſuſceperat. non ex iudeis natus. ſed ſponte iudeus factus. Hieronimus. Vel quia ante dum eſſet gentilis ſimpliciter errabat. & erat ſemel filius gehenne. Videns magiſtrorum vitia & intelligens deſtruere eos opere quod verbo docebant. reuertit ad vomitum ſuum & gentilis factus quaſi preuaricator. maiori pena dignus erat. Chriſoſtomus ſuper matheum. Vel quia forte ſub cultura idolorū conſtitutus vel propter homines iuſticiam ſeruabat. factus autem iudeus. malorum magiſtrorum puocatus exemplo fiebat peior magr̄is. Chri. in homelia. Cum enim virtuoſus fuerit magiſter diſcipulus imitatur. Cum autem fuerit malus. ſuperexcedit. filius autem vocatur gehenne quomodo filius pditionis & filius hui? ſeculi. Vnuſquiſq̄ enim cuius opera facit. huius filius appellatur. Origenes. Ex hoc autē loco diſcimus qm̄ & eorum qui in gehennam futuri ſunt erit differētia tormentorum. quādo alter eſt ſimpliciter fili? gehenne. alter vero dupliciter. Sed & hic videre oportet & ſi generaliter ē fieri aliquem filium gehenne vtputa iudeum aut gentilem. aut etiam ſpecialiter. vt per ſingulas ſpecies peccatorum fiat quis filius gehenne. vt iuſtus quidem ſecundum numerum iuſticiarum ſuarum augeatur in gloria peccator autem ſecundum numerum peccatorum ſuorum multiplicetur in gehenna. Textus

Veh vobis duces ceci qui dicitis. Quicumq̄ iurauerit per templum dei. nihil eſt. Qui autem iurauerit in auro tēpli. debet. Stulti & ceci. Quid enim maius eſt. aurum an templum quod ſanctificat aurum? Et quicumq̄ iurauerit in altari. nihil eſt. qui autem iurauerit in dono. quod ſuper illud eſt. debet. Ceci. quid enim maius eſt. donum an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari. iurat in eo. Et in omnibus que ſuper illud ſunt. Et qui iurauerit in templo. iurauit in illo & in eo qui in ipſo habitat. Et qui iurat in celo iurat in throno dei & in eo qui ſedet ſuper ipm. Hiero. Sicut in philaterijs & fimbrijs dilatatis opinio ſanctitatis captabat gloriam. & per occaſionem glorie querebant lucra. ſic alia traditionis fraude iuenta impietatis arguit tranſgreſſores. Si quis enim in contentione ſeu in aliquo iurgio vel in cauſe ambiguo iuraſſet in templo & poſtea conuictus eſſet mendacij. non tenebatur criminis reus Et hoc eſt quod dicit. Veh vobis duces ceci qui dicitis. Quicumq̄ iurauerit per templum nihil ē. quaſi diceret nihil debet. Sin autem iuraſſet in auro & pecunia que in templo ſacerdotibus offerebatur. ſtatim id in quo iurabat. cogebatur exoluere Vñ ſeqt̄. Qui aūt iurauerit i auro tēpli dr̄ vel debitor ē. Chriſ. ſup math. Templū q̄d ē ad gloriā dei ptinet & ad hominum ſpiritalem ſalutē. Aurū

autem templi & ſi ad gloriam dei pertineat· tamē
magis ad delectatōnē hominū & ad vtilitatem ſa-
cerdotum offertur. Iudei ergo aurum quo ipſi de-
lectabantur. & dona quibus ipſi paſcebantur· ſan
ctiora dicebant eſſe ꝙ ipſum templum· vt homines
promptiores facerēt ad offerenda dona. ꝙ ad pre-
ces fundendas in templo· Vnde conuenienter re-
prehendit cecos dominus· dicens· Stulti & ceci
Quid enim maius eſt· aurum an templum· quod
ſanctificat aurum? Multi autem nunc chriſtiani
ſic inſipiētes intelligunt· Ecce enim ſi aliqua cau-
ſa fuerit· modicum videtur facere qui iurat p deū·
Qui autem iurat per euangelium· maius aliquid
feciſſe videtur· Quibus ſimiliter dicendum eſt·
Stulti & ceci· Nam ſcripture propt deum ſcripte
ſunt· non deus propter ſcripturas· Maior ergo ē
deus qui ſanctificat euangelium· ꝙ euangelium
quod ſanctificatur ab eo. ¶ Hieronim?. Rurſus
ſi quis iuraſſet in altari· periurij reum nemo reti-
nebat· ſi autem iuraſſet in dono vel in oblationibus
hoc eſt in hoſtia vel in victimis. in ſimilia & cete-
ris que offeruntur deo ſuper altare. hoc ſtudioſiſ-
ſime repetebant. Totum autem faciebant non ob
dei timorem. ſed ob diuitiarum cupiditatem. Vn̄
ſequitur. Et qui iurauerit in altari nihil eſt. Qui
autem iurauerit ī dono quod ſuper illud eſt· debz·
Arguit enim eos dominus ſtulticie & fraudulen-
tie ꝙ multo maius ſit altare ꝙ hoſtie que ſancti-
ficantur ab altari. Vnde ſequitur. Ceci. quid enī
maius eſt· donum an altare quod ſanctificat donū?
¶ Gloſa· Et ne forte in tantam inſaniam prorum-
perent· vt dicerent aurum ſanctius eſſe templo·
& donum altari. eos alia ratione cōuincit· quia vi
delicet in iuramento quod fit per templum & al-
tare continetur iuramentum quod fit per aurū vel
per donum· Et hoc eſt quod ſubdit· Qui ergo iurat
in altari. iurat in eo & in omnibꝫ que ſup illud ſūt
& qui iurauerit· ¶ Origenes· Similiter quoniaz
iudei conſuetudinez habebant per celum iurare ad
reprehenſionem eoꝝ ſubdit· Qui iurat ī celo. iurat
in throno dei· & in eo qui ſedet ſuper ipſum. Non
ergo ſicut arbitrantur· euadunt periculum ī eo ꝙ
non per deum iurant. ſed per thronū dei ſcz celum·
¶ Gloſa. Qui enim per ſubiectam creaturā iurat.
& per diuinitatem preſidentem creature iurat·
¶ Origenes. Eſt aūt iuramentū cōfirmatio verbi
de quo iuratur. Iuramentū ergo intelligendū eſt
teſtimoniū ſcripturarum quod profertur ad con-
firmationem verbi quod loquimur. vt ſit quidē tē-
plū dei ſcriptura diuina· aurum aūt poſitus ſenſus
in ea· Sicut aūt aurū quod fuerit extra templū·
nō eſt ſanctificatū· ſic omnis ſenſus qui fuerit ex-
tra diuinā ſcripturā· ꝙuis admirabilis videatur·
nō eſt ſanct?. Nō ḡ debem? ad confirmandā doctri
nā noſtros intellect? aſſumere. niſi oñderim? eos
eē ſanctos ex eo ꝙ in ſcripturis cōtinent̄ diuinis·
Altare aūt ē hoīs cor· qd̄ ꝑncipale habet̄ in hoīe·

Vota aūt & dona q̄ ponūt̄ ſup altare ē om̄e quod
ſuperponitur cordi· vt orare. pſallere· elemoſinas
facere· ieiunare· Sanctū ergo facit omne votum.
hominis· cor eius. ex quo votum ei offertur. Ideo
non poteſt honorabilius eſſe votū ꝙ cor hominis.
ex quo tranſmittitur votū· Si ergo conſcientia
hominis non pugnat· fiduciā habet ad deum. non
propter dona. ſed quia vt ita dicā altare cordis ſui
bene conſtruxit. Terciū eſt vt dicamus. ꝙ ſuper
templum id eſt ſuper omnē ſcripturā & ſuper al-
tare id eſt ſuper omne cor eſt intellect? quidā qui
dicitur celū. thronus ipſius dicitur dei· in quo eſt
videre facie reuelata cū venerit. quod perfectū eſt.
faciē veritatis· ¶ Hilarius· Adueniente etiam
chriſto· inutilē docet eſſe fiduciā legis. quia non in
lege chriſtus· ſed lex ſanctificatur in chriſto. in
quo veluti ſedes thronuſqꝫ ſit poſitus· atqꝫ ita ſtul
ti ceciqꝫ ſunt. qui ſanctificante pretermiſſo. ſancti
ficata venerantur· ¶ Auguſtinus de queſti euā·
Templū etiā & altare ipſum chriſtū intelligimus
aurū & donū laudes & ſacrificia· que in eo & p eū
offerimus. Non enī ille per hoc· ſed iſta per illum
ſanctificātur· Sequitur textus

¶ Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite· qui de
cimatis mentā & anethū & ciminū· & reliquiſtis
que grauiora ſunt legis. iudiciū & miſericordiā &
fidem & hec oportuit facere. & illa nō obmittere·
Duces ceci. excolantes culicem camelū autez di-
glutientes· ¶ Chriſoſtomus in homelia· Supra
dominus dixit ꝙ ligabant grauiora onera & alijs
imponebant· que ipſi nec tangere volebant· Hic
aūt rurſus oſtendit· ꝙ in paruis querentes dili-
gentiā· magna contemnebant· Vnde dicit̄. Veh
vobis ſcribe & phariſei hypocrite qui deci· men·
& ane· & cimi· ¶ Hieronimus. Phariſei enim ꝙ
preceperat dominus propter alimoniā ſacerdotū &
leuitarū· quoꝝ pars erat dominus· omniū rerum
offerri in templo decimas. vt intellectus miſticos
dimittamus hoc habebant ſtudij. vt que vilia fu-
erant cōportarentur. cetera que erant maiora. par
uipendebant· Vn̄ ſeqt̄· Et reliqſtis q̄ grauiora ſūt
legis· iudiciū & miam. & fidē· Ex hoc capitulo ar
guit eos auaricie ꝙ ſtudioſe etiā viliū oleꝝ decias
exigāt· & iudiciū ī diſceptatōe negotioꝝ miamqꝫ
ī paupes· & fidē in deū· que magna ſūt ꝑtermittāt·
¶ Chri· Vel ꝙ ſacerdotes auaricia pleni· ſi qs de-
cimas alicui? rei vel minime n̄ obtuliſſz. corripiebāt
eū q̄ſi magnū crimē feciſſz· Siqs aūt alteꝝ ledebat·
aut ī deū peccabat· n̄ curabāt eū corripe· de lucro aūt
ſuo ſolliciti & de glīa dei ac ſalute hoīm negligen-
tes. Seruare eī iuſticiā & facē miam & hr̄e fidem
ꝑpt ſuā glīaz de? mādauit. Decimas aūt offerre ꝑ
pter vtilitatē ſacerdotū vt ſacerdotes q̄dē populo
ī ſpiritalibꝫ obſeqnt̄· populi aūt in carnalibꝫ ſa-
cerdotibꝫ ſubminiſtrēt ſic & modo fit· ꝙ omnes de
honore ſuo ſunt ſolliciti· De honore aūt dei nulli
portiones etiā ſuas vigilanter defendūt. ſed circa

obſequium eccleſie curam impendere non atten-dunt. Si populus decimas non obtulerit. murmurant omnes. ſi peccantem populum viderint. nemo murmurat contra eos. Sed quia ſcribarum & phariſeorum ad quos loquebatur quidam populares erant. non eſt incongruum vt aliam expoſitōnem faciamus ꝓpter eos qui decimā dabant. Illam qui accipit decimas. recte decimare dr̄ & qui dat. Scribe ergo & phariſei minimaꝝ quidē rerū decimas offerebant. oſtendēde religiōis gratia. Iniudicijs aūt erant iniuſti. In fratrib9 ſine miſericordia. In veritate īcreduli. ¶ Orige. Sed qm̄ contingens erat. vt audientes quidam dominum iſta loquentem contemnerent. minimaꝝ rerum decimatōnem ſapienter addidit. & hec oportuit facē hoc ē iudiciū. miſericordiam. & fidem. & illa non obmittere id eſt decimatōnē mēte. anethi & cimini ¶ Remi. Oſtendit quippe domin9 his verbis. qm̄ omnia precepta legis tam maxima ꝙ̄ minima ſunt implenda. Redarguit aūt qui elemoſinas de fructibus terre facit putans ſe minime poſſe peccare. Quib9 nihil ꝓſunt elemoſine niſi a peccatis ſtudeant ceſſare. ¶ Hilari. Et q2 innocis periculi eſſet. decimatōnem oleris ꝙ̄ beniuolentie officiū ꝑterire irridet eos conſequenter dominus. dicens. Duces ceci. excolantes culicem camelū aūt deglutientes. ¶ Hiero. Camelū puto eſſe magnitudinē preceptoꝝ iudicium. miſericordiam. & fidem. Culicem. decimatōnem mente. anethi & cimini & reliquorū olerū viliū. Hec aūt ꝑcepta dei que magna ſunt deuoramus. atq3 negligim9. & operatōnē religionis in paruis que lucrū hn̄t. cū diligentia demonſtramus. ¶ Orige. Vel excolantes culicem id ē expellentes a ſe minima delicta que culices noīauit. Camelū autem glutiunt id eſt cōmittentes maxima delicta que nominat camelos. animalia videlicet tortuoſa & grandia. Scribe autē moraliter ſunt. qui amplius nihil eſtimant poſitum in ſcripturis ꝙ̄ ſimplex ſermo demonſtrat. phariſei autē ſunt omnes qui iuſtificant ſemetipſos. & diuidunt ſe a ceteris dicentes. Noli mihi appropinquare qm̄ mundus ſum. Menta aūt & anethū & ciminū. ciboꝝ cōditure ſunt. non principales cibi. Si in cōuerſatōne noſtra qdam ſunt neceſſaria ad iuſtificatōnē. vt iudicium. miſericordia. & fides. Alia ſūt quaſi cōdientia actus noſtros & ſuauiores eos facientia riſus. ieiuniū. flexio genuū & huiuſmodi. Quō aūt non eſtimāt ceci qui nō vidēt. qm̄ nihil ꝓdeſt cautū eſſe diſpenſatorem in reb9 minimis. cum principalia negligūt. Hos ergo ſermo pn̄s cōfundit. nō quidē leuia ꝓhibēs obſuare. ſ ꝑncipalia ꝑcipiens cautius cuſtodire. ¶ Grego. primo mora. Vel aliter. Culex ſuſurādo vulnerat. Camelus aūt ſponte ſe ad ſuſcipienda onera inclinat. Liquerūt ḡ culicē iudei. q ſeditioſū latronē dimitti petierūt. Camelū vo glutierūt. q2 eū qui ad ſuſcipienda noſtre mortalitatis onera ſponte deſcēderat extingue-re clamando conati ſunt. Sequit² textus

¶ Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite. q mūdatis quod deforis ē calicis & paraphſidis. Intus aūt pleni eſtis rapina & immūdicia. Phariſee cece mūda ꝑus qd̄ intus ē calicis & paraphſidis. vt fiat & id qd̄ deforis ē mūdū. ¶ Hiero. Diuerſis verbis. eodē ſenſu quo ſup arguit phariſeos ſimulatōnis & mendacij ꝙ aliud oſtēdant hoib9 foris. aliud domi agant. Vn̄ dicit. Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite qui mūdatis qd̄ deforis ē calicis & paraphſidis. Non hoc dicit ꝙ in calice & paraphſide eoꝝ ſupſtitio moraret̄. ſed ꝙ foris hoib9 oſtēderent ſanctitatē. ꝙ manifeſtū ē ex eo ꝙ addidit. dicēs. Intus aūt pleni eſtis rapina & immūdicia. ¶ Chri. ſup math. Vel hoc dicit q2 iudei quotiens ingreſſuri erāt in tēplū aut ſacrificia oblaturi aut ꝑ dies feſtos ſeipſos & veſtimēta ſua & vtenſilia lauant & a peccatis nemo ſeipm̄ purgabat. Cū deus neq3 corporis mūdiciā laudet. neq3 ſordes odemnet. Pone tamen quia deus odit ſordes corporum & vaſorum que neceſſe eſt vt ipo vſu ſordidentur. q̄nto magis ſordes conſcientie horret quam ſi volumus ſemper mūdam ſeruam9. ¶ Hilari. Arguit ergo eos qui iactantiā inutilis ſtudij ſequentes. vtilitatis ꝑfecte miniſteriū derelinqūt. Calicis nāq3 vſus interior eſt qui ſi obſorduerit. quid proficiet lotus exterius? Atq3 ideo interioris conſcientie nitor eſt obtinendus vt ea que corporis ſunt. forīſecus abluant̄. Et ideo ſubdit. Phariſee cece. mūda prius quod intus eſt. ca. & pa. vt fiat id quod deforis eſt mundum. ¶ Chriſ ſuper math. Non aūt ſuper hoc dicit de ſenſibili calice aut paraphſide. ſ de intelligibili. qui ſi nunꝙ̄ tetigerit aquam. mūdus poteſt eſſe apud deum. Si autem peccauerit & tota aqua pelagi & fluminum ſe lauerit. ſordidus eſt & miſer ante deum. ¶ Chriſ. in homelia Attende autem ꝙ vbi de decimis loquebatur. conueniēt̄ dixit. hec oportuit facere & illa ñ obmittē Decima. n. elemoſina quedam ē. Quid autē nocet elemoſinam dare? Non tamen hoc dixit ſicut legalem obſeruationem inducens. Hic autem vbi de purgationibus & immundicijs diſputat. non ad hoc addit. ſed oſtendit. ꝙ de neceſſitate ad interiorem mundiciam exterior ſequitur. ꝙ quidem extra calicis & paraphſidis corpus vocans quod aūt int9 eſt. animam. ¶ Origenes. Hic ſermo nos inſtruit vt feſtinemus eſſe iuſti. non apparere. Qui enim ſtudet vt appareat iuſtus. que afforis ſunt mundat. & que videntur curat. Cor autem & conſcientiam negligit. Qui autem ſtudet ea que intus ſunt. id eſt cogitationes mundare. conſequens eſt. vt etiam ea que a foris ſunt. faciat mūda. Sed omnes falſi dogmatis profeſſores calices ſunt afforis quaſi mundati propter ſpeciem religionis quā ſimulāt. abint9 aūt pleni rapina & ſimulatōne. dū rapiūt hoīes ad erroꝛē. Calix etiā eſt vas ad potū. paraphſis ad cibū. Omnis ḡ ſermo per

quem potamur ſpiritaliter · vel omnis narratio per quam nutrimur · vaſa ſunt potus & cibi · Qui ergo ſtudent cōpoſitū ꝓferre ſermonem · magis ꝙ ſalutari ſenſu repletū · calix eius a foris mūdatus eſt · abintus aūt ſordib⁹ vanitatis impletus · Sȝ & litere legis & ꝓphetaꝝ calices ſpiritalis pot⁹ & parapſides neceſſariaꝝ eſcarū ſūt · Scribe quidē & phariſei ſtudent ſenſum exteriorem mundū demōſtrare · Diſcipuli aūt xp̄i · ſenſum ſpiritalem mundare feſtinant · Sequit̃ textus

¶ Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite q̄ ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis q̄ apparent a foris hoīb⁹ ſpecioſa · intus vero plena ſunt oſſib⁹ mortuoꝝ & omni ſpurcicia · Sic & vos quidē a foris apparetis hominib⁹ iuſti · Int⁹ aūt pleni eſtis hypocriſi & iniquitate · ¶ Orige · Sicut habetur ſuperius · int⁹ pleni rapina & intemperantia · ſiliter hic pleni ſunt hypocriſi & iniquitate · q̄ cōparant̃ oſſib⁹ mortuoꝝ & immūdicie vniuerſe · Vn̄ dicit Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite q̄ ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis · ¶ Chriſ · ſup math · Merito quidē iuſtoꝝ corpora templa dicūt̃ · qȝ aīa in corpore iuſti dn̄atur · ſicut deus in templo · Vel quia ipſe deus in corporib⁹ habitat iuſtis · Corpora aūt peccatoꝝ · ſepulchra dicūt̃ mortuoꝝ · qȝ anima mortua eſt in corpore peccatoꝝ · Nec · n · viuens putanda eſt · que nihil viuū aut ſpiritale agit in corpore · ¶ Hie · Sepulchra aūt forinſecus leuigata ſunt calce & ornata marmorib⁹ ī auro · coloribuſq̨ diſtinctis · Intus aūt plena ſunt oſſib⁹ mortuorum Vnde dī · Que apparēt hoīb⁹ ſpecioſa · intus autem plena ſunt oſſib⁹ mortuorū & omni ſpurcicia · Sic aūt & puerſi magiſtri qui alia docent · & alia faciūt · mūdiciam habitu veſtis & verboꝝ humilitate demōſtrāt · Intus aūt pleni ſunt omni ſpurcicia & auaricia & libidine · Et hoc manifeſte exp̄mit · inferens · Sic & vos a foris quidē appa · ho · iuſti · Intus aūt pleni eſtis hypocriſi & iniqtate · ¶ Ori · Omnis enī iuſticia ſimulata · mortua eſt · que ꝓpt̃ deū non fit · Magis aūt neq̨ iuſticia ē · ſic mortu⁹ homo nō eſt homo · Et ſicut mimi qui pſonas ſuſcipiūt alioꝝ · & nō ſunt ipſi quos ſimulant · Tāta ergo ſunt oſſa in eis & immundicie · q̄nta bona ſimulant in malo affectu · Vident̃ aūt a foris iuſti coraȝ hominib⁹ · nō eis quos ſcriptura appellat deos ſed coram eis qui ſic̄ homines moriunt̃ · ¶ Grego · xxvj moraliū · Ante diſtrictū vero iudicem excuſatōnem ideo de ignorantia habere nō poſſunt · qȝ dum ante oculos hominū omnem modū ſanctitatis oſ̄dunt · ipſi ſibi ſunt teſtimonio · quia bene viuere non ignorant · ¶ Chriſoſtomus ſuper matheum · Hic autem hypocrita ſi bonum eſt eſſe malum · vt quid non vis apparere quod vis eſſe ? Nam quod turpe eſt apparere · turpius eſt eſſe · Quod autem formoſum eſt apparere · formoſius eſt eſſe · Ergo aut eſto qđ appares · aut appare qđ es · Textus

¶ Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite · q̄ edificatis ſepulchra ꝓphetarum · & ornatis monumēta iuſtoꝝ & dicitis · Si fuiſſemus in dieb⁹ patrū noſtroꝝ · nō eſſemus ſocij eoꝝ in ſanguine ꝓphetarū · Itaq̨ teſtimonio eſtis vobiſmetipſis qȝ filij eſtis eoꝝ · qui ꝓphetas occiderūt · ¶ Hiero · Prudentiſſimo ſilogiſmo arguit eos eſſe filios homicidarū · dum ipſi opinione bonitatis & glorie in populo edificant ſepulchra ꝓphetarū · quos maiores eoꝝ interfecerunt · Et hoc eſt · quod dicit · Veh vobis ſcribe & phariſei hypocrite qui edificatis ſepulchra ꝓphetarum & ornatis monumenta iuſtorum · ¶ Orige · Non ſatis rationabiliter cōminari videtur · aduerſus eos qui edificant ſepulchra prophetaꝝ · Quātū ei ad hoc laudabile aliqđ faciebāt quomodo ḡ erant digni ſuſcipere veh ? ¶ Chriſ · in homelia · Non ergo eos incuſat · quoniam ſepulchra edificant · ſed intentōni eorum detrahit · cum qua edificabant · quoniam non ꝓpter honoreȝ eoꝝ qui occiſi fuerant · ſed ſicut pompam ſibi ſtatuētes in occiſionib⁹ illoꝝ · & formidantes · ne forte tempore ꝓcedente ſepulchris deſtructis · tabeſcat tāte audacie memoria · ¶ Chriſ · ſup math · Vel quia dicebāt apud ſe · Si benefecerim⁹ pauperib⁹ · non multi vident · & pro tempore vident · Nonne ergo melius edificia facim⁹ · q̄ omnes aſpiciūt · nō ſolū ī hoc tempore · ſȝ etiā ī poſterū · O inſipiens homo · quid tibi ꝓdeſt poſt mortem iſta memoria : ſi vbi es · torqueris · & vbi nō es laudaris ? Dū aūt iudeos caſtigat domin⁹ · Chriſtianos docet · nā ſi ad illos ſolos dixiſſet hec dicta fuiſſent tm̄ · nō etiā ſcripta nūc aūt & dicta ſunt ꝓpter illos & ſcripta ꝓpter iſtos · Si ergo iuxta alia bona fecerit homo edificia ſancta · additamentū eſt bonis · Si autem ſine alijs bonis operibus · paſſio eſt glorie ſecularis · Non enim gaudent martires quando ex illis pecunijs honorantur · in quibus pauperes plorant · Semper etiam iudei preteritorum ſanctorum cultores fuerunt & preſentium contemptores magis autem & perſecutores · Non enim ſuſtinentes increpationes prophetarum ſuorum perſequebant̃ eos · & occidebant · poſtea vero naſcentes filij intelligebant culpas patrum ſuoꝝ · & ideo quaſi de morte innocentium prophetarum dolentes · edificabāt memorias eoꝝ · Et ipſi tamē ſimiliter pſequebant̃ & interficiebant ſuos prophetas · increpantes eos ꝓpter peccata ſua · Et ideo ſubdit̃ · Et dicitis · Si fuiſſemus ī dieb⁹ patrum noſtoꝝ · non eſſem⁹ ſocij eorum in ſanguine prophetarum · ¶ Hieronimus Hoc autem & ſi ſermone nō dicant · opere loquūt̃ ex eo ꝙ ambitioſe & magnifice edificant memorias occiſorum · ¶ Chriſoſtomus ſuper matheū · Qualia ergo cogitabant in corde · talia loquebant̃ & factis · Naturalem autem conſuetudinem omniū malorum hominum hic chriſtus exponit · quia alter alterius culpam cito intelligit · ſuam autem difficile · Homo enim in cauſa alterius tranquillum habet cor · In ſua vero turbatum · In cauſa

ergo alterius de facili poſſumus omnes iuſti iudi-
ces eſſe. Ille aūt vere iuſtus & ſapiēs ē. q̇ ſibi ipi
iudex fieri poteſt. Sequit̃ itaq̧ teſtimonio eſtis
vobiſmetipis. q̄ filij eſtis eoꝝ q̇ ꝓphetas occiderūt
¶ Chriſ. in home. Qualis aūt ē incuſatio filiū eſſe
homicide eū qui nō cōmunicat menti patris. patet
ꝙ nulla. Unde manifeſtū eſt. ꝙ ꝓpter hoc dicit q̄
occulte inſinuat malitie ſimilitudinē. ¶ Chriſoſ.
ſup math. Teſtimonia. n. ſunt de filijs mores pa-
rentū. Si. n. pater fuerit bonus & mater mala.
aut ecōuerſo. filij interdū patrem ſequūt̃. interdū
matrem. Si aūt ambo fuerint equales. fit quidem
aliquando vt de bonis parentibus mali exeant filij
aut ecōuerſo. ſed raro. Sic ei hoc ē. ſicut cū extra
regulam nature naſcit̃ homo aut ſex digitos hn̄s
aut oculos nō habēs. ¶ Orige. Sed & in ꝓpheti-
cis dictis narratio ſc̄m hiſtoriam eſt corpus. ſpiri
talis aūt ſenſus eſt anima. Sepulchra ipē littere
ſcripturarū & libri. Qui ḡ ſolam hiſtoriā attendūt
corpora ꝓphetarum colunt in litteris poſita quaſi ī
quibuſdam ſepulchris & dicuntur phariſei id eſt
preciſi. q̄ſi aīam ꝓphetaꝝ ꝑcidētes a corpe. textꝰ
¶ Et vos implete menſuram patrum veſtroꝝ ſer
pentes genimina viperarū. quomodo fugietis a iu
dicio gehēne? Ideo ecce ego mitto ad vos ꝓphetas
& ſapiētes. & ſcribas. & ex illis occidetis. & cru
cifigetis. & ex eis flagellabitis in ſinagogis vr̄is
& perſequemini de ciuitate in ciuitatem. vt veniat
ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt
ſuper terrā a ſanguine abel iuſti. vſq̧ ad ſanguinē
Zacharie filij barachie quē occidiſtis int̄ tēplū
& altare. Amen dico vobis veniēt hec omnia ſup
generationē iſtā. ¶ Chriſ. ī ho. Quia dixerat ꝯtra
phariſeos & ſcribas. ꝙ filij eēnt eoꝝ qui occiderūt
ꝓphetas. Nūc manifeſtat ꝙ ī malicia eis ſimiles
erant. & ꝙ fictio erat hoc ꝙ dicebant. ꝙ nō cōmu-
nicaſſent operibꝰ eoꝝ ſi fuiſſent in tempore illo. Et
ideo dicit. Et vos implete menſurā patrū veſtroꝝ.
Nō quidē hoc dicit q̄ſi iniungens. ſ; q̄ſi ꝑdicēs qđ
futurū erat. ¶ Chriſ. ſup math. Prophetiſat eīn
vel futurū eſſe. vt ſicut patres eoꝝ interfecerunt
ꝓphetas. ſic & ipi interficerent chriſtū & apoſto-
los & ceteros ſanctos. vtputa ſi cōtra aliquē liti-
ges aduerſariū dicis illi. fac mihi qđ es facturus
nō iubes vt faciat. ſed oſtendis te ītelligere. quod
cogitat facere. Et quidem quantum ad veritatem
exceſſerunt menſuram patrum ſuorum. Illi enim
homines occiderunt. Iſti deum crucifixerunt. Sȝ
quia voluntate ſua deſcendit in mortem. non im-
putat illis ſue mortis peccatum. Imputat autem
illis mortē apoſtolorum ceterorumq̧ ſanctorum.
Et ideo dicit. Implete & non ſuperimplete. Nam
benigni & iuſti iudicis eſt ſuas iniurias contem-
nere. & aliorum iniurias vindicare. ¶ Origenes.
Impleuit etiā mēſurā paterne iniq̄tatis ꝑ hoc ipm
ꝙ nō credūt in xp̄m. Cauſa aūt īcredulitatis fuit.
quoniam ſemp animū ſuū dederūt circa hiſtorias
corporales. nihil ſpiritale ī eis volentes ītelligere
¶ Hi'arius. Quia ḡ menſurā paterne voluntatis
implebunt. ideo & ſerpentes & viperina generatio
ſunt. Unde ſequitur. Serpentes genimina vipe-
rarum quomō fugietis a iudicō gehēne. ¶ Hiero.
Hoc ipm & iohānes baptiſta dixerat. Sicut ergo
de viperis inquit naſcunt̃ vipere. ſic de homicidis
patribꝰ vos nati eſtis homicide. ¶ Chriſ. ſup ma.
Genimina aūt viparū dicuntur. quoniam talis ē
viperarū natura vt filij rumpant vterum matris.
& ſic procedant. Sic & iudei ſemper parentes cō-
demnant. reprehendentes eorum facta. Dicit aūt
quomodo fugietis a iudicio gehenne? Nunquid ſe-
pulchra ſanctorum edificantes? Sed ꝑmus gra-
dus pietatis eſt ſanctitatem diligere. deinde ſan-
ctos. Sine cauſa enim iuſtos honorat. qui iuſti-
ciam ſpernit. Nō poſſunt ſancti amici eſſe illorum
quibꝰ deus eſt inimicus. An forſitan nomē vacuū
vos liberabit. quia videmini eſſe in populo dei. pu-
to aūt ꝙ melius eſt inimicus apertus q̄ꝫ amicus fal
ſus. Sic apud deum odibilior eſt qui ſeruū dei ſe
dicit. & mandata diaboli facit. Apud deū quidem
qui hominem occidere diſponit. anteq̄ꝫ occidat. ho
micida habet̃. Uoluntas enim eſt que aut remu-
neratur ꝓ bono. aut condemnat̃ pro malo. Opera
autem teſtimonia ſunt. voluntatis. Non ḡ querit
deus opera propter ſe. vt ſciat quomodo iudicet.
ſed ꝓpter alios vt omnes intelligant quia iuſtus
eſt deus. Prouidet autem deus occaſioni peccandi
malis. non vt peccare faciat. ſed vt peccatorem
oſtendat. & bonis prebet occaſionem. per quā oñ-
dant propoſitum voluntatis ſue. Sic ergo ſcribis
& phariſeis dedit occaſionem oſtendendi volūtatē
ſuam. Unde cōcludit. Ideo ecce mitto vobis pro-
phetas & ſapientes & ſcribas. ¶ Hila. id ē apo-
ſtolos qui de futuroꝝ reuelatione ꝓphete ſunt. de
xp̄i agnitione ſapiētes. de legis ītelligentia ſcribe
¶ Hiero. Uel obſerua iuxta apoſtolum ſcribentē
ad corinthios. varia dona eē diſcipuloꝝ xp̄i. alios
prophetas qui ventura predicant. alios ſapientes
qui nouerunt. quando debent proferre ſermonem.
alios ſcribas in lege doctiſſimos. ex quibus lapi-
datus eſt ſtephanus. Paulus occiſus. Petrus
crucifixus. flagellati in actibus apoſtolorum di-
ſcipuli. & perſecuti ſunt eos de ciuitate in ciuita-
tem. expellentes de iudea vt ad gentium popu-
los tranſmigrarent. ¶ Origenes. Uel ſcribe
qui mittuntur a xp̄o ſunt ſc̄m euangelium quos &
ſpiritus viuificat & littera nō occidit. ſicut littera
legis. quā ſequētes. in vanas ſuperſtitiones incur
rūt. Simplex aūt euangelij narratio. ſufficit ad
ſalutem. Scribe aūt legis. Scribas noui teſtamēti
adhuc ꝑ detractōnē flagellāt ī ſinagogis ſuis. Sȝ
& heretici qui ſūt ſpiritales phariſei. linguis ſuis
xp̄ianos flagellāt & ꝑſequūt̃ de ciuitate ī ciuitatē
Interdū corpalit̃. aliqñ aūt ſpiritaliter volētes eos
expellere q̄ſi de ꝓpria ciuitate legis & ꝓphetarum

& euāgelij ī aliud euāgeliū. Chriſ. ſup math. Deinde vt oñdat qm̄ nō impune hoc faciūt. ieffabilē eis ex his timorē incutit. Vñ ſubdit. Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis. Rabanus id eſt omnis debita vltio pro effuſo ſanguine iuſtorum. Hieronimus. De abel quidem nulla eſt ambiguitas quin is ſit quem chain frater occiderit. Iuſtus aūt non ſolū ex dñi nūc ſnīa. ſed ex geneſis teſtionio cōprobat. vbi accepta ei⁹ a deo narrātur mūera. Queri⁹ at q̄s fuerit iſte zacharias fili⁹ barachie. q2 multos legim⁹ zacharias. & ne liba nob tribuet erroris facultas. additū ē. Quē occidiſtis īt teplū & altare. Alij zachariā filiū barachie dicūt q̄ in. xij. ꝓphetis vndecim⁹ ē. priſcꝫ ī eo nomē ꝯſentit. Sꝫ vbi occiſus ſit int teplū & altare. ſcriptura nō loqt. maxīe cū tēporibꝫ ei⁹ vix ruine tēpli fuerint. Alij zachariā prēm iohānis ītelligi volūt. Ori. Veit eī ad nos q̄dā traditō talis q̄ſi ſit aliqs loc⁹ ī tēplo. vbi v̂ginibꝫ q̄ dē licꝫ adorarē deū ex pte at eaꝝ thoꝝ virilē nō pmittebāt in eo cōſiſtere. Maria at poſtq̄ genuit ſaluatorē. ingrediēs ad orādū. ſtetit ī illo v̂ginū loco. Prohibētibꝫ at eis q̄ nouerāt eā iā filiū genuiſſe. Zacharias dixit. qm̄ digna ē v̂ginū loco cū adhuc ſit v̂go. Ergo q̄ſi maifeſtiſſime aduerſus legē agētē occiderūt eū īter tēplū & altare viri generatōis illi⁹. Hiero. Hoc tñ q2 de ſcripturis nō hꝫ autoritatē eadē facilitate cōtēnitur. q̄ ꝓbat. Alij iſtū volūt eē zachariā q̄ occiſus ſit a ioas rege inde īter tēplū & altare. i. ī atrio tēpli. Sꝫ obſuandū q̄ ille zacharias ñ fuit fili⁹ barachie ſ3 ioiade ſacerdotis. Sꝫ barachias ī lingua nr̄a benedicēs deū dr̄. & ſacerdotis ioiade iuſticia hebreo noīe demrat. In euāgelio v̂o q̄ vtūt nazareni. ꝓ filio barachie. filiū ioiade ſcriptū repim⁹. Remi. Querēdū ē at quō vſqꝫ ad ſanguinē zacharie dixerit. cū plurimoꝝ ſanctoꝝ ſāguis poſtea fuit effuſus. Soluit at ſic. Abel paſtor ouiū fuit & ī campo occiſus. zacharias fuit ſacerdos ī atrio tēpli īterfect⁹. Jō g̊ dñs hos duos cōmemorat. qm̄ p hos oēs ſancti martires deſignt laicalis ſcꝫ & ſacerdotalis ordinis. Chriſ ī ho. Abel etiā cōmemorauit. oñdēs qm̄ ex inuidia eēnt xp̄m & diſcipl'os ei⁹ occiſuri. zacharie at mētōez fecit. qm̄ duplex p̄ſūptio fuit ī ei⁹ occiſiōe. Nō em̄ ſolū ī ſāctū hoīeꝫ facta ē. ſ3 & ī loco ſācto. Ori. Zacharias etiā īterp̄tat memoria dei. oīs g̊ qui memoriā dei diſperdere feſtinat ī eis q̊s ſcādalizat zacharie ſanguinē videt effundere. filij barachie. Per bñdictōeꝫ eī dei. memores ſum⁹ dei. Ab ipſis etiā mēoria īterficit dei. qñ & tēplū dei a laſciuis corrūpit. & altare eius p negligētiā orōnū ſordidaꝝ ſordidat. Abel at luct⁹ īterp̄tat. Qui g̊ ñ recipit qđ ſcriptū ē. Bti q̄ lugēt. ſāguinem effundit abel. hoc ē veritatē luct⁹ ſalutaris. Effundūt etiā aliq̊ veritatē ſcripturaꝝ q̄ſi ſāguinē eaꝝ. q2 oīs ſcriptura. niſi ſm veritatem intelligatur. mortua eſt. Chriſ. ī ho. Et vt omnē excuſatōeꝫ illis adimeret. ne diceret. qm̄ ad gētes eoꝝ miſiſti. ꝓpter hoc ſcādalizati ſum⁹. p̄dixerat q̄ ad eos eēnt mittēdi diſcipuli. & iō de vltōne eoꝝ. ſubdit. Amen dico vob. veniet hec oīa ſup generatōeꝫ iſtā. Glo. Nō hos tm̄ pñtes dicit ſ3 omnē generatōnē p̄cedētem & futurā. q2 oēs vna ciuitas ſunt. & vnū corp⁹ diaboli. Hiero. Regula at ſcripturaꝝ ē. duas generatōnes bonoꝝ & maloꝝ noſſe. De generatōne bonoꝝ dr̄. Generatio iuſtoꝝ benedicet. De malis vero in pñti loco. generatio viperaꝝ. Ergo & iſti q2 ſimilia ſic chain & ioas. cōtra apl'os geſſerunt. de vna generatōne eē referūt. Chriſ. in ho. Vel aliter q2 gehenne pena. q̄ eis cōminatus fuerat. tardabat. Cōminat etiā eis pñtia mala. cū dicit. Veniet hec oīa ſup generatōnē iſtā. Chriſ. ſup math. Sicut eī oīa bona q̄ in ſingulis generatōnibꝫ a cōſtitutōne mundi oēs ſancti merebant. illis nouiſſimis ſunt donata qui receperūt xp̄m. Sic oīa mala q̄ in ſingulis generationibꝫ a cōſtitutōne mūdi pati meruerunt oēs iniqui. ſup nouiſſimos iudeos venerūt. q2 xp̄m repulerūt. Aut ita. ſic oīs iuſticia p̄cedētiū ſanctoꝝ imo oīm ſanctoꝝ. tantū mereri nō potuit q̄ntū gratie datū ē hoībꝫ in xp̄o. ſic oīm peccata impioꝝ. tm̄ mereri nō potuerunt. q̄ntū venit ſup iudeos vt corpalia paterēt qualia paſſi ſunt a romanis. & ſic poſtmodū oēs generationes eoꝝ vſqꝫ in finē ſeculi ꝓijcerent a deo & ludibriū fierēt gētibꝫ vniuerſis. Quid eī pei⁹ pt fieri q̄ filiū cū miſericordia & pietate veniētē ñ ſuſcipe. ſed tali modo interficere. Vel ita. omīs gens vel ciuitas nō ſtatim cū peccauerit. punit eam deus. ſ3 expectat p multas generatōnes. Quando at placuerit deo. pdere ciuitatē illā aut gentē. videt oīm generatōnū peccata reddere illis. qm̄ que oēs merebant. hec ſola paſſa ē. Sic & generatio iudeoꝝ ꝓ patribꝫ ſuis videt punita. Vere aūt nō ꝓ illis ſed ꝓ ſe condemnati ſunt. Chriſ. in ho. Qui em̄ multos iā peccātes vidit & incorrectus pmanſit. eadē rurſus vel grauiora faciens. maiori eſt pene obnoxius. Sequitur textꝰ

Hieruſalem hieruſalem que occidis ꝓphetas. & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. quotiens volui cōgregare filios tuos queādmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas. & noluiſti. Ecce relinqt vobis domus veſtra deſerta. Dico autēꝫ vobis. nō me videbitis ammodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Chriſoſtomus in homelia. Poſt predicta ad ciuitatem conuertit dominus ſermonem. ex hoc erudire volens auditores. Vnde dicit hieruſalem hieruſalem. Hec autem duplicatio miſerentis ē & valde diligētis. Hie. Hieruſalem autem non ſaxa & edificia ciuitatis. ſed habitatores vocat. quaꝫ pr̄is plangit affectu. Chriſoſtomus ſuper matheum. Preuidens ruinam ciuitatis illius & plagam que a romanis ſuſcētura erat. recordabatur quidem ſanguinis ſanctoꝝ ſuoꝝ qui effuſus erat ab illis. & poſtmodū

effundendus. Vnde addit. que occidis ꝓphetas. & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Miſſum ad te eſaiam occidiſti. & ſuũ meũ hieremiã lapidaſti. Ezechielem tractum ꝑ lapides excerebraſti. quõ ſaluaberis. q̃ ad medicũ nõ venire ꝑmittis? & nõ dixit. occidiſti. aut lapidaſti. ſed occidis. & lapidas. id ẽ quaſi hoc ꝓpriũ & naturalez cõſuetudinẽ hñs. vt occidas & lapides ſanctos. Eadẽ fecit apoſtolis. q̃ fecerat aliqñ ꝓphetis. ¶ Chriſ. in home. Deinde cũ vocaſſet eam. & abominabiles eius occiſiones dixiſſet. Quaſi ſe excuſando dixit. Quotiẽs volui cõgregare filios tuos. Quaſi diceret neq̃ p̄dictis occiſionib9 me a tua beniuolentia auertiſti. ſed volui te mihi adiungere non ſemel aut bis. ſed multotiens. Magnitudinẽ aũt amoris ſub ſimilitudine galline oſtendit. ¶ Aug9 de queſti. euan. Hoc. n. genus animantis. magnum affectũ in filios habet. ita vt eorum infirmitate affecta. infirmetur & ipa. Et quod difficile in ceteris aĩantib9 inuenies. alis ſuis filios protegens contra miluum pugnat. Sic & mater noſtra dei ſapientia. ꝑ carnis ſuſceptionem infirmata quodammodo ſecũdũ illud apoſtoli. Quod infirmum eſt dei. fortius eſt hominib9. protegit infirmitatem noſtram & reſiſtit diabolo. ne nos rapiat. ¶ Orige. Filios autez hieruſalem dicit ſecundum quod dicimus. ſemper ciuium ſucceſſores precedentium filios. Dicit aũt quotiens volui: cum ſit manifeſtum ſemel eum docuiſſe in corpore iudeos. Semper enim chriſtus p̄ſens fuit & in moyſe & in prophetis & in angelis miniſtrantib9 ſaluti humane per ſingulas generationes. Si quis autem nõ fuerit congregatus ab eo. iudicabit̃ q̃ſi noluerit cõgregari. ¶ Raba. Ceſſent igitur heretici chriſto p̄ncipium ex v̂gine dare. omittant aliũ legis & ꝓphetaꝝ deũ p̄dicare. ¶ Aug9. in encheridion. Vbi ẽ aũt illa omĩpotẽtia qua in celo & in terra omnia queciiq̃ voluit fecit. ſi colligere filios hieruſalem voluit & nõ fecit? An non potius illa quidem filios ſuos ab ipõ colligi noluit? ſed ea q̃s nolente. filios eius colligit ipſe. q̃s voluit. ¶ Chriſ. in ho. Deinde cõminatur penam. quã ſemꝑ formidauerũt ſcz ciuitatis & tẽpli euerſionem dicens. Ecce relinq̃t̃ vobis dom9 veſtra deſerta. ¶ Chriſ. ſup math. Sic eñ corpus anima recedẽte p̄us quidẽ frigeſcit. deinde putreſcit. & ſoluit̃. ſic & tẽplũ nr̃m dei ſpũ recedẽte p̄9 ſeditõib9 & ĩdiſciplinatõne replebit̃. deinde veniet ad ruinã. ¶ Orige. Semꝑ etiã eis q̃ noluerũt ꝯgregari ſub alis eius. cõminat̃ xp̄s. Ecce relinq̃t̃ vobis dom9 vr̃a deſerta id ẽ aĩa & corpus. Sed & ſiq̃s ex vob̃ noluerit congregari ſub alis xp̄i. ex tꝑe illo ex q̃ cõgregatõez refugit. actu magis q̃ꝫ corꝑe. nõ videbit pulchritudinẽ v̂bi. donec penitẽs a ꝓpoſito malo dicat. Benedictus q̃ venit ĩ noĩe dñi. Tunc eñ verbũ dei benedictũ venit ſuper cor hoĩs. qñ fuerit q̃s cõuerſus ad deũ. Vñ ſequit̃. Dico eñ vobis. nõ me videbitis amodo. donec dicatis. Benedict9 q̃ venit in noĩe dñi. ¶ Hiero. Quaſi diceret. Niſi penitẽtiã egeritis & cõfeſſi fueritis ipm̃ eẽ me. de quo ꝓphete cecinerũt filiũ omĩpotẽtis patris. faciẽ meã nõ videbitis. Hñt ḡ iudei datũ ſibi tꝑus penitẽtie. Cõfiteant̃ bñdictũ q̃ venit ĩ noĩe dñi. & xp̄i hora cõſpiciẽt. ¶ Chriſ. in ho. Vel aliter. ꝑ hoc occulte ſc̃dm aduẽtũ ſignificauit. quoniam tũc oĩno eũ adorabunt. Quod autem dicit amodo ad tempus crucis refertur. ¶ Capitulum. xxiiij.

Et egreſſus ihus de templo ibat. Et acceſſerũt ad eũ diſcipuli ei9 vt oñderẽt ei edificatõnes tẽpli. Ipſe aũt rñdẽs. dixit eis. Videtis hec oĩa? Amẽ dico vob̃. ñ relinq̃t̃ hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. ¶ Origenes. Poſtq̃ꝫ omnia que ſuꝑ hieruſalem ventura erant chriſtus predixit. exijt de templo qui conſeruauerat templum ne caderet. donec fuit in eo. Vnde dicitur Et egreſſus ihesus de templo ibat. Sed & vnuſquiſq̃ cum ſit templum dei propter ſpiritum dei inhabitantem in ſe. ipſe fit cauſa ſue deſertionis. vt aggrediatur chriſtus. Sequitur. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius vt oſtenderent ei edificationes templi. Dignum eſt videre quomodo oſtendunt ei ſtructuras templi. quaſi nunq̃ꝫ viderit templum. Ad quod reſpondendum eſt. q̃ꝫ cum chriſtus prophetiſaſſet ſuperius ruinam templi futuram. audientes diſcipuli mirati ſunt talem ac tantam templi ſtructuram ad nihilum redigendam. propterea oſtendũt ei. vt flecterent eum ad miſericordiam loci illius ne faceret. quod fuerat comminatus. Sed & cum ſit humane nature admirabilis conſtructio facta videlicz templum dei diſcipuli ceteri q̃ ſancti etiã modo miranda opera dei erga figmentum humanũ confitentes. ante conſpectum chriſti intercedunt. ne deſerat genus humanum propter peccata ipſorum. Sequitur. Ipſe autem reſpondens dixit eis. Videtis hec omnia. Amen dico vobis non relinquetur hic lapis ſuper lapidem. qui non deſtruatur. ¶ Rabanus. Iuxta hiſtoriam manifeſtus eſt ſenſus. quia quadrageſimoſecundo anno poſt paſſionem domini ſub Veſpaſiano & Tito Romanis principibus. ciuitas euerſa ẽ cum templo. ¶ Remigius. Diuinitus autem procuratum eſt. vt reuelata iam luce gratie. templum cum ſuis cerimonijs tolleretur. ne forte aliquis paruulus in fide dum videret omnia illa que a domino fuerant inſtituta. & a ꝓphetis ſanctificata adhuc ꝑmanẽ. paulatim recedẽdo a ſinceritate fidei. ad carnalem iudaiſmũ tranſirent. ¶ Chriſ. ĩ ho. Sz q̃lit̃ veꝝ ẽ q̃ꝫ non mãſit lapis ſuper lapidem. Vel eñ deſolatõnem eius oſtendens omnimodã hoc dixit. vel ſecundũ illum locũ vbi erat. Sũt eñ ei9 ꝑtes vſq̃ ad fundamẽta deſtructe. Cũ hijs & illud dicã q̃m ex hijs q̃ facta ſunt. & de reliquis oportet credere q̃ꝫ peribunt perfecte. ¶ Hieronim9. Miſtice autẽ

recedēte domino de templo · omnia legis edificia &
cōpositō mādatoꝝ ita destructa ē · vt nihil a iudeis
possit impleri · & capite sublato vniuersa inter se
mēbra cōpugnent · ❡ Orige · Omnis etiā homo q
suscipiens ī se verbū dei templū est · si post pctm
adhuc seruat ex pte vestigia fidei · & religionis
tēplū ē ex parte destructū & ex pte cōsistens · Qui
aūt postꝗ̄ peccauerit curam sui non habet · paula-
tim minuit͛ donec ad plenū recedat a deo viuente
& sic nō relinqtur lapis super lapidē mādatorum
dei qui non destruatur · Sequit͛ textꝰ
❡ Sedēte aūt eo super mōtem oliueti · accesserūt
ad eū discipuli eius secreto · dicentes · Dic nob qñ
hec erūt ? Et quod signū erit aduentus tui & con-
summatōis seculi · Rn̄dens ipsis dixit illis · Vi
dete ne quis vos seducat · Multi eñ venient in no
mine meo dicentes · Ego sum xp̄s · Et multos se
ducent · ❡ Remi · Perseuerans dominus ī itinere
peruenit ad montē oliueti · & qbusdam discipulis
ī via ostendentib̄ & laudantib̄ edificatōnē tēpli ·
ip̄e palam pdixerat omnia esse destruenda idcirco
cum peruenissent ad montē oliueti · accesserunt ad
eum interrogantes · Vnde dicit͛ Sedente autē eo
super monte oliueti · ❡ Chris · Propter hoc autē
secreto accesserunt · quia de magnis erant interro-
gaturi · Etenī cupiebant discere diē aduentus eiꝰ
qꝛ vehementer desiderabant gloriam eius videre ·
❡ Hiero · Et īterrogant tria · Primo quo tēpore
hierusalē destruenda sit · dicētes · Dic nob quādo
hec erūt ? Secūdo quo tempore xp̄s venturꝰ sit ·
Vnde dicunt · Et quod signū aduētus tui ? Tercio
quo tempore cōsummatio seculi sit futura · Vñ di-
cūt · Et cōsummatōis seculi · ❡ Chris · Lucas at
ait vnam esse interrogationē q̄ est de hierosolima ·
q̄si estimantib̄ discipulis tunc futurū esse christi
aduentum · & finem mundi quasi hierosolima de-
strueretur · Marcus aūt nō omnes eos de ɔsumma
tione hierosolime · sed petrū · iacobum · iohannē · &
andream · quasi liberius & securius xp̄o loquētes ·
❡ Orige · Puto at mōtē oliueti misteriū eē eccle
sie que ex gentib̄ ē · ❡ Remi · Mons eī oliueti nō
habet infructuosas arbores · sed oliueta · quib̄ lu-
men nutrit͛ ad fugandas tenebras · & quib̄ fessis
requies · infirmis salus prestatur · Sedens autem
dominus supra montem oliueti cōtra templum · de
ruina ipsius & excidio iudaice gētis disputat · vt
etiam ip̄o situ corporis monstret · quia quietus ma
nens in ecclesia · impiorum superbiam cōdemnat ·
❡ Orige · Agricola enim residens in monte oli-
ueti · verbū dei est in ecclesia confirmatū xp̄s scꝫ
qui semper oleastri ramos inserit in bonam oliuā
patrū · Qui aūt habent fiduciā ante xp̄m · discere
volunt signū aduentꝰ xp̄i & cōsumationis seculi ·
Est aūt duplex aduentus verbi ī anima · Primꝰ
quidem stulta predicatio de xp̄o · quando pdicamꝰ
xp̄m natū & crucifixū · Secundus aūt aduentus
est in viris pfectis · de quib̄ dicitur · Sapientiā
loquimur int͛ perfectos · Et huic secundo aduentu
adiungitur consummatō seculi ī viro perfecto cui
mundus crucifixus est · ❡ Hilarius · Et quia tria
a discipulis quesita sunt · distinctis & temporib̄
& intelligentie significatōnibꝰ separant͛ · Rn̄det
ergo primo de ciuitatis occasu · & quando confir-
matur veritate doctrine · ne quis fallax ignoran-
tib̄ possit obrepere · Vnde sequitur · Et respondēs
ipsis dixit eis · Videte · ne quis vos seducat · Mul
ti · n · venient in nomine meo · dicentes · Ego sum
christus · ❡ Chris · Neqꝫ eniꝫ de hierosolime · neqꝫ
de secūdo aduentu respondit statim · s͡ de malis qb̄
statim obuiandum erat · ❡ Hiero · Vnus aūt eoꝝ
de quib̄ loquitur · fuit simon samaritanus · quem
in actib̄ apostoloꝝ legimus · qui se magnā dice-
bat esse virtutem · hic ꝗ̄ inter cetera in suis volu-
minib̄ scripta dimittens · Ego sum sermo dei · ego
omnipotens · ego omnia dei · Sed & iohannes apo
stolus in epistola sua loquitur · Audistis quia an
tixp̄s venturus est · Nunc aūt antixp̄i multi sūt
Ego reor omēs heresiarchas antixp̄os esse · & sub
nomine xp̄i ea docere · que cōtraria xp̄o sunt · Nec
mirum si aliquos ab his videamus seduci · cū dñꝰ
dixerit · Et multos seducent · ❡ Orige · Multi at
sunt · qui seducunt͛ · quia larga est porta · que du-
cit ad perditōnē & multi sunt · qui intrant p eam ·
Hoc aūt solū sufficit ad cognoscendū seditionem
antixp̄oꝝ · qui dicunt · Ego sum christus · quod
nunꝗ̄ legit͛ xp̄s dixisse · Sufficiebant eī ad cre
dendū ꝙ ip̄e est xp̄s opera dei · & sermo quē doce
bat · & virtus ipsius · Omnis etiā s͡mo qui pfitet͛
expositionem scripturaꝝ s͡m fidem earū & non ha
bet veritatem · Antixp̄s est · Sed & omnes vir
tutes inuenimꝰ esse xp̄m · & omnes simulatas vir
tutes antixp̄m · quoniā oēs sp̄es boni quascūqꝫ ha-
bet xp̄s in se · in veritate ad edificationeꝫ hoim ·
omnes eas habet diabolus ī specie ad seductōnes
sanctoꝝ · Opus ergo est nobis deo auxiliatore · ne
quis nos seducat vel sermo vel virtus · Malū eñ
inuenire aliquem s͡m mores vite errantē · Multo
at peius arbitror esse nō s͡m verissimā regulā scrip
turaꝝ sentire · Sequit͛ textꝰ
❡ Audituri eñ estis plia & opiniones preliorum ·
Videte ne turbemini · oportet eniꝫ hec fieri · sed nō
dum statim finis · Consurget eñ gens in gentem
& regnū in regnū · Et erunt pestilentie & fames
& terre motus p loca · Hec autem omnia initia sūt
dolorum · ❡ Augustinus ad esichium · Interro-
gantibus discipulis ea dominus respondit que iā
ex illo tempore fuerant secutura · siue de excidio hie
rusalem · vnde orta est ipsius interrogationis occa
sio · siue de aduentu suo per ecclesiam ī qua vsqꝫ ad
finem venire non cessat · In suis enim veniens ag-
noscitur · dum eius quottidie mēbra nascūt͛ · Siue
de ip̄o fine in q̄ apparebit viuos iudicaturꝰ & mor
tuos · Cū itaqꝫ sig dicat que ad ista tria ptinent ·
Quod coꝝ triū signoꝝ ad aliqd hoꝝ referendū sit ·

diligenter conſiderandum eſt. Ne forte quod per-
tinet ad vnum · referendum putemus ad alterum.
¶ Chriſoſtomus . Hic autem loquitur de prelijs
que hieroſolimis erant futura . cum dicit · Audi-
turi enim eſtis prelia & opiniones preliorum.
¶ Orige. Qui audit ipſas voces que fiunt ĩ p̃lijs·
audit prelia · qui autem de prelijs longe geſtis au
dit · opiniões vel rumores audit prelioꝝ ¶ Chriſ.
in ho · Quia vero per hoc turbari etiã diſcipuli po-
terãt · Ideo ſubdit . Videte ne turbemini · Deinde
qꝛ eſtimabant poſt illud bellum quo hieruſalem de
ſtrueret̃ · ſtatim finem mũdi eſſe venturum · eos in
vera opinione ſtabilit . dicẽs · oportet em̃ hec fieri
ſed nõdũ ſtatim finis · ¶ Hiero · id ẽ nõ putemus
diem inſtare iudicij . ſed in tempus aliud reſuari
cui? ſignũ ꝑſpicue ĩ cõſequentibꝰ ponit̃ . Surget
em̃ gens cõtra gentem · & regnũ contra regnum .
¶ Raba · Vel admonent̃ apoſtoli ne hijs adueni
entibꝰ terreantur · vt hieroſolimã iudeãq; deſerãt ·
qꝛ nõ ſtatim finis · ſ; in quadrageſimũ annũ deſola
tio ꝓuintie · vltimũq; vrbis & templi ſequet̃ exci
diũ · de q̃bꝰ ſubdit̃ · Surget eĩ gens in gẽtẽ · & reg
nũ in regnũ · Conſtat aũt hic acerbiſſimos dolo-
res quibꝰ omnis vaſtata eſt ꝓuintia ad litteram
cõtigiſſe · ¶ Chriſ · in homelia · Deinde vt oſtẽdat
quoniam & ipe preliabit̃ contra iudeos · nõ ſolum
bella prenunciat . ſed & plagas diuinitus illatas.
Vñ ſubdit · Et erũt peſtilentie & fames & terre
motus per loca ¶ Raba · Notandũ ꝙ in hoc ꝙ di
cit · Conſurget gens contra gentẽ · oſtendit̃ ꝑtur
batio hoĩm · erũt peſtilentie · ecce inequalitas cor-
porum · erit fames . ecce ſterilitas · terre motus ꝑ
loca · ecce reſpectus ire deſuper · ¶ Chriſoſtomus
in homelia · Et non ſimpliciter hec fieri ſcd̃m con-
ſuetudinem antea in hominibus exiſtentem · ſed
ex ira que erit deſuper · Et propter hoc non ſim-
pliciter dixit ea eſſe ventura · neq; repente · ſed cũ
quadam ſignificatõne · Vnde ſubdit · Hec autem
omnia ſunt initia doloꝝ · id ẽ iudaicoꝝ malorum ·
¶ Orige . Vel aliter · Sicut egrotant corpa ante
mortem · ſic neceſſe ẽ ante corruptõnẽ mũdi vt q̃ſi
languens terra frequentius terre motibꝰ cõq̃ſſet̃ ·
Aer em̃ vim mortiferam cõcipiens peſtilens fiat ·
& vitalis virtus terre deficiens · ſuffocet fructus ·
Cõſequẽs aũt ẽ vt ꝑꝑter inopiam ciboꝝ in auari-
ciã & bella hoĩes excitẽt̃ · Sed qꝛ ĩſurrectõnes &
lites interdũ fiunt ꝑꝑter auariciam · Interdũ aũt
ꝑꝑter cõcupiſcentiam p̃ncipatus & gloriã vanã ·
adhuc ꝓfundiorẽ dabit aliquis cauſa; eoꝝ que an
finem mundi ſunt ventura · Sicut · n · aduentus
chriſti in pluribꝰ gentibꝰ diuina virtute fecit pa-
cem . ſic cõſequens eſt · vt ꝑꝑter habundantiã iniq
tatis refriguerit caritas multoꝝ · & ideo dereliq̃rit
illos de? & chriſtus eius · iterum fieri prelia dum
non prohibentur a ſanctitate operatõnes ſemina-
trices belloꝝ · Sed & aduerſarie virtutes dũ non
vetantur a ſanctis . & a chriſto abſq; ꝓhibitione

operabuntur in cordibꝰ hominum vt excitent gẽ-
tem aduerſus gente; · & regnum aduerſus regnũ
Si aũt ſicut quibuſdam placet · & fames & peſti
lentie ab angelis ſathane fiunt · hij etiã tũc inua-
leſcent ab aduerſis virtutibꝰ · quando non fuerint
ſales terre & lux mundi xp̃i diſcipuli · deſtruẽtes
que ex demonũ malitia ſeminant̃ · Et aliq̃n quidẽ
in iſrael fames & peſtilentie fiebant ꝑꝑt peccata
quas orationes ſanctoꝝ ſoluebant · Bene aũt ꝑ lo
ca · non enim in ſimul vult deus perdere humanũ
genus · ſed iudicans ꝑ partes · dat penitẽtie locũ ·
Si aũt ĩcipientibꝰ huiuſmodi malis · nõ fuerit fa-
cta correptio · ꝓficient ad peius · Vñ ſequit̃ · Hec
aũt oĩa initia ſunt doloꝝ · generaliũ ſc; ĩ vniuerſo
mundo & eoꝝ qui ſecuturi ſunt aduerſus impios
vt in doloribꝰ acutiſſimis crucient̃ · ¶ Hiero . Mi-
ſtice aũt videtur regnũ cõtra regnũ conſurgere &
peſtilẽtia eorum quoꝝ ſermo ſerpit vt cancer · &
fames audiendi verbum dei · & cõmotio vniuerſe
terre & a vera fide ſeparatio in hereticis magis in-
telligi · qui cõtra ſemiuicem dimicantes · Eccleſie
victoriã faciunt · ¶ Orige . Oportet aute; hec fieri
anteq̃ꝫ videamus ꝑfectõnẽ ſapientie que ẽ in xp̃o
ſed non ſtatim erit finis . quẽ querim? · Pacific?
em̃ finis longe ẽ ab hoĩbꝰ iſtis ¶ Hiero · Quod aũt
dixit hec oĩa initia ſunt doloꝝ · meli? trãſfert̃ par
turitõnũ . vt q̃ſi cõceptus quidã aduent? antixp̃i
non partus intelligit̃ · *Sequit̃ textꝰ*
¶ Tũc tradent vos in tribulatõnẽ & occidẽt vos ·
& eritis odio oĩbꝰ gentibꝰ ꝑꝑter nomen meũ · Et
tũc ſcandalizabũt̃ multi & inuicẽ tradent & odio
habebũt inuicẽ · Et multi pſeudo prophete ſurgẽt
& ſeducent multos · Et quoniam habundabit ini-
quitas · refrigeſcet caritas multorum · Qui autem
perſeuerauerit vſq; in finem · hic ſaluus erit · Et
predicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo
orbe in teſtimonium omnibꝰ gentibꝰ · Et tunc ve-
niet conſummatio · ¶ Rabanus · Quo merito hie-
roſolimis · ac prouintie iudeorum vniuerſe . tot ir
roganda fuerint aduerſa · dominus maifeſtat · ſub-
dens · Tunc tradent vos · ¶ Chriſoſtomus in ho
melia · Vel aliter quia diſcipuli audientes ea que
de hieroſolima dicebantur . ſic diſpoſiti erant vt ex
tra turbationem eſſent quaſi de alia pena audiẽtes
ſibi vero proſpera ſuperuentura ſperabant · que ad
uenire valde deſiderabãt · Propter hoc eis grauia
prenunciat ĩ ſollicitudinem eos ſtatuens · Et p̃us
quidem iuſſerat eos vigilare contra deceptiones ſe-
ductorum · Nunc autem tyrannorum violentiam
eis predicit · dicens . Tunc tradent vos in tribula-
tione; · & occident vos · Oportune enim eorum ma
la ĩterpoſuit · mitigationem habentia a cõmunibus
malis . · Nec ſolum ita eos conſolatus eſt · ſed oſtẽ
dendo tribulationis cauſam · adiungens ꝙ prop-
ter nomen eius hec eſſent paſſuri · Vnde ſequit̃ ·
Et eritis odio omnibꝰ hominibus ꝑꝑt nomẽ meũ ·
¶ Orige · Sed quomodo etiam in vltimis partibꝰ

terre cōmorantibꝫ gentibꝫ odio habet᷑ populꝰ xp̄i·
niſi forte & hic aliquis dicat propter exaggeratō
nem poſitum omnibꝫ pro multis· Sed & hoc ꝙ di
cit· Tunc tradent vos habet queſtionem· Nam &
p̄uſq̄ hec fieret· traditi ſunt xp̄iani in tribulatōes
ſed aliquis rn̄debit· quoniaꝫ tūc maxime tradētur
chriſtiani ī tribulatōnes quēadmodū vnq̄· Amāt
em̄ qui in calamitatibꝫ ſunt· cauſas eaꝝ diſcuciē-
tes inuenire aliquid quod loquant᷑· Conſeq̄ns ḡ ē
vt quaſi derelinquentibꝫ hominibꝫ deoꝝ culturam
propter multitudineꝫ xp̄ianoꝝ· dicant fieri bella
fames & peſtilentias· ſed & terre motus cauſam
dicerent chriſtianos· propter quod & perſecutio-
nes paſſe ſunt eccleſie· ¶ Chriſoſtomus ī homelia·
Poſtq̄ aūt iam duplex prelium poſuit· ſcꝫ quod ē
a ſeductoribꝫ & quod eſt ab inimicis· Cōſeq̄nter
terciū preliū ponit· quod ē a falſis fratribꝫ· Vn̄
ſubdit· Et tunc ſcan. mul· & inuicem tra· & odio
habebunt inuicem· vide aūt & paulum hec plorā
tem & dicentem· Foris pugne· intus timores· &
alibi· pericula in falſis fratribꝫ. De quibꝫ alibi di
cit· Tales ſunt pſeudo apoſtoli operarij ſubdoli·
Vnde & hic ſubditur· Et multi pſeudo prophete
ſurgent & ſeducent multos· ¶ Remi· Imminēte
em̄ captiuitate hieruſalem· multi inſurrexerunt
chriſtianos ſe eſſe dicentes· & multos ſeduxerūt·
quos paulus nominat falſos fratres· Iohannes
vero antichriſtos ¶ Hilarius· Vt nicolaus vnus
ex ſeptem diaconibꝫ fuit· qui multos mētita veri-
tate peruertit· ¶ Chriſ· in homelia· Deinde quod
his difficilius eſt oſtendit· quia tales pſeudo pro
phete nullam mitigationem a caritate accipient·
vnde ſequitur· Et quoniam habūdabit iniquitas
refri· ca· multoꝝ· ¶ Remigius· id ē vera dilectio
erga deū & proximū· nam quātomagis ab vnoq̄ꝫ
iniquitas ſuſcipitur· tanto magis in corde ipſius
ardor caritatis extinguitur· ¶ Hiero· Cōſiderādū
aūt ꝙ nō negauit omniū futuram eſſe caritatem·
ſed multoꝝ· Nā ī apoſtolis & eoꝝ ſimilibꝫ· ꝑmā-
ſura eſt caritas· de qua paulus dicit· Quis nos ſe-
parabit a caritate xp̄i? Propter qđ & hic ſubdit᷑
Qui auteꝫ pſeuerauerit vſq̄ꝫ in finē hic ſaluꝰ erit·
¶ Remi· Vſq̄ꝫ in finē dicit· vſq̄ꝫ ad terminū vite
ſue ī cōfeſſione nōis xp̄i pſeuerauerit· & ī caritate
ſaluꝰ factus ē. ¶ Chriſ· in ho· Deinde ne diceret
qualiter ḡ inter tot mala viuemus? qđ plus ē· ꝓ
mittit· ꝙ n̄ ſolū viueret· ſ etiā vbiq̄ꝫ doceret· Vn̄
ſubdit᷑· Et p̄dicabit᷑ hoc euangeliū regni in vni-
uerſo orbe· ¶ Remi· Quia eī nouerat dn̄ꝰ corda
diſcipuloꝝ cōtriſtanda eſſe de excidio hieruſalē &
ꝑditōne ſue gentis· hec cōſolatō cōſolat᷑ eos. Vel
ꝙ multoplures credituri erant de gentibꝫ q̄ de iu-
deis perirent· ¶ Chriſ in ho· Quod aūt & an̄ cap-
tionē hieroſolime· vbiq̄ꝫ p̄dicatū ē euāgeliū· audi
ꝙ ait paulus· In omneꝫ terram exiuit ſonus eoꝝ·
Et vides eū a hieruſalem ad hiſpaniam currentē·
Si aūt vnus tantā portōnē accepit· excogita· re-
liqui quanta operati ſunt· Vnde & q̄buſdā ſcribēs
de euangelio dicit· ꝙ fructificat & creſcit in omni
creatura que ſub celo eſt· Hoc aūt eſt maximum
ſignū virtutis chriſti· ꝙ in· xxx· annis vel paruꝫ
amplius· Euangelij ſermo fines orbis terraꝝ im-
pleuit· Quamuis aūt euangeliū vbiq̄ꝫ p̄dicatū fu-
erit· Nō tn̄ omnes crediderūt· Propter quod ſub-
dit· In teſtimoniū omnibꝫ gentibꝫ id ē in accuſa-
tionem his qui nō crediderūt· Qui em̄ crediderūt·
teſtabūt᷑ aduerſus eos qui nō crediderūt· & cōdē-
nabūt eos. Conuenienter aūt poſtq̄ p̄dicatum eſt
euangeliū ꝑ orbem terraꝝ tūc hieroſolima perijt·
Vnde ſequit᷑· Et tūc veniet cōſummatio id ē finis
hieroſolimorum· Qui enim viderunt chriſti vir-
tutem vbiq̄ꝫ refulgentem· & in breui tempore or-
bem terrarum ſupergreſſam· quam veniaꝫ habere
debuerunt· in ingratitudine ꝑmanentes? ¶ Remi·
Poteſt autem & totus locus iſte referri ad con-
ſummationem ſeculi· Tunc enim plurimi ſcan-
dalizabuntur· recedentes a fide· videntes multi-
tudinem & diuitias malorum & miracula antixp̄i
& cōſotios perſequent᷑· & antixp̄o mittet pſeudo
prophetas qui ſeducent multos· & habundabit
iniquitas quoniā numerus maloꝝ augebit᷑· & re-
frigeſcet caritas· quoniā numerꝰ bonoꝝ minuet᷑·
¶ Hiero· Signū etiā dominici aduentus ē in toto
orbe euāgeliū predicari· vt nullꝰ ſit excuſabilis
¶ Orige· Quod aūt dī· Eritis odio omnibꝫ hoībꝫ
ꝓpter nomen meū· ſic ſaluare quis poterit· quia nē
quidem in vnū cōſenſerūt omnes gentes aduerſus
xp̄ianos· Cum aūt cōtigerint· que xp̄us p̄dixit·
tunc fient pſecutiones iam non ex parte ſicut an̄·
ſed generaliter vbiq̄ꝫ aduerſus ꝑp̄l'm dei ¶ Augꝰ·
Sed qui putant hoc quod dicitur· p̄dicabit᷑ euā-
geliū regni in vniuerſo orbe ꝑ ipſos apoſtolos fa-
ctum eſſe· nō ita eſſe certis documentis probatum
eſt· Sunt enim in africa barbare· innumerabiles
gentes· in q̄bꝫ nō dū p̄dicatū eſſe euāgeliū ex hijs
qui ducūt᷑ inde captiui addiſcere in promptu eſt·
Neq̄ꝫ tamen vllo modo recte dici poteſt iſtos ad
promiſſionem dei non pertinere· Non enim roma-
nos ſolum· ſed omnes gentes dominus ſemini ab-
rahe iurando promiſit· In quibus ergo gentibus
nondum eſt eccleſia· oportet ꝙ ſit· vt omnes qui
ibi fuerint· credant· Quomodo enim & illud imple
bitur· Eritis odio omnibus gentibus propter no-
men meum· niſi in omnibus gentibus ſint & qui
oderint· & quos oderint? Non eſt igitur ab apo-
ſtolis predicatio iſta completa quando adhuc ſunt
gentes in quibus nondum cepit impleri· Quod
autem dixit apoſtolus· In omnem terram exiuit
ſonus eorum· quamuis locutus ſit preteriti tem-
poris verbis tamen quod futurum erat· dixit· non
quod iam factum atq̄ꝫ completum· Sicut & ipſa
propheta quo vſus eſt teſte fructificare & cre-
ſcere dixit Euangelium in vniuerſo mundo· vt
ita ſignificaret vſq̄ꝫ quo creſcendo eſſet futurum·

Si ergo latet qñ euãgelio vniuerſus orbis iple=
bit · ꝓculdubio latet quãdo finis erit · aut quippe
nõ erit · ¶ Origenes · Cũ ergo oĩs gens audierit
Euãgeliȷ̃ p̃dicationeꝫ · tũc erit ſeculi finis · Et hoc
eſt quod ſequit̃ · Et tũc erit conſummatio · Multe
eñ nõ ſolũ · barbarorũ · ſed etiam noſtroꝝ gentiũ
nõdũ audierũt xp̃ianitatis verbũ · ¶ Glo · Vtꝛ̃q;
autem dictoꝝ tueri pt̃ · ſi tñ diuerſo mõ diffuſio p̃=
dicationis euangeliȷ̃ intelligat̃ · Si eñ intelligat̃
quãtũ ad fructũ p̃dicatõis · qui eſt vt in ſingulis
gentibꝰ fundet̃ eccleſia credentiũ in xp̃m · vt augu
ſtinꝰ exponit · eſt ſignũ quod oportet p̃cedere ante
finem mundi · nõ tñ p̃ceſſit añ deſtructionẽ hiero=
ſolime · Si aũt intelligat̃ quãtũ ad famam p̃dica
tionis · ſic ante finem hieroſolime fuit cõpletũ diſci
pulis xp̃i p quatuor mũdi ptes diſperſis · vnde ·
¶ Hiero · dicit nõ puto aliquam remanſiſſe gentẽ
q̃ xp̃i nomẽ ignoret · Et quãq̃ nõ habuerit p̃dcato
rem tñ ex vicinis gentibꝰ opinionem fidei non pt̃
ignorare · ¶ Orige · Moraliter aũt qui viſurus ẽ
ſcd̃m verbũ dei aduentũ glorioſũ illũ in aĩam ſu=
am · neceſſe eſt vt ſcd̃m menſurã ꝓfectus ſui inſidi
as a cõtrariȷ̃s operationibꝰ patiat̃ quaſi magnus
athleta · & xp̃s in eo ab omibꝰ odiat̃ · nõ tm̃ a gen
tibꝰ ſcd̃m carnem · quãtũ a gentibꝰ ſpiritaliũ neq̃=
tiaꝝ · ſed & in queſtionibꝰ pauci erũt veritatẽ ple=
nꝰ attingẽtes · Plures aũt ſcãdalizabũt̃ & cadẽt
ab ea proditores & accuſatores alterutꝝ · ꝑpt̃ diſ=
ſenſionẽ dogmatũ veritatis · Que cauſa fiet vt odi=
ant ſe inuicem · multi etiã erũt nõ ſane tradentes de
futuris ſermonem · & quomodo nõ oportet interp̃=
tantes prophetas · quos pſeudo ꝓphetas dic̃ · ſedu=
centes multos & feruentẽ dilectõꝫ que p̃us fue=
rat in ſimplicitate fidei refringeſcere facient ·
Sed qui potuerit manere in apoſtolice traditionis
propoſito · ipſe ſaluabit̃ · Et ſic predicatum euan=
gelium in animas omnium erit in teſtimoniũ om=
nibus gentibꝰ id eſt omnibus cogitationibꝰ incre=
dulis animarum · ſequit̃ textus

¶ Cũ ergo videritis abominatõꝫ deſolatiõis que
dicta eſt a daniele ꝓpheta ſtantẽ in loco ſãcto · qui
legit intelligat · Tũc qui ĩ iudea ſũt fugiãt ad mõ=
tes · qui in tecto non deſcẽdãt tollere aliquid de do=
mo ſua · & qui in agro nõ reuertat̃ tollere tunicaꝫ
ſuã · Veh aũt pregnãtibꝰ & nutriẽtibꝰ in illis die=
bus · Orate aũt vt fiat fuga veſtra hyeme vel ſaba
to · erit eñ tũc tribulatio magna qualis nunq̃ fuit
ab initio mundi vſq; mõ · neq; fiet · Et niſi breuiati
fuiſſent dies illi nõ fieret ſalua omnis caro · Sꝫ ꝑpt̃
electos breuiabunt̃ dies illi · ¶ Chriſ̃ in ho · Quia
ſup̃ occulte inſinuauit · Hieroſolime finem cõſeqnt̃
idem manifeſte oſtendit ꝓphetiã inducens que de=
ſtructõꝫ iudeorũ credere facit · Vñ dicit · Cũ ergo
vide · abo · deſo · que dicta eſt a daniele ſtantẽ in lo
co ſancto qui legit intellligat · ¶ Hieroni · hoc au
tẽꝫ quod dictũ eſt · qui legit · intelligat · ponit̃ vt
ad intelligentiam miſticam prouocemur · Legimꝰ
autem in daniele hoc mõ · Et in dimidio hebdoma=
dis auferetur ſacrificium & libamina · Et in tẽplo
deſolationum abominatio erit vſq; ad conſumma=
tionem temporis · & conſummatio dabitur ſuper ſo
litudinem · ¶ Auguſt · Lucas quidem vt oſtende=
ret · tunc factum fuiſſe abominationem deſolatõis
que a daniele predicta eſt · quando expugnata eſt
Hieruſalem eodem loco hec domini verba conme=
morat · Cum videritis circumdari ab exercitu hie=
ruſalem tunc ſcitote quia appropinquabit deſola=
tio eius · ¶ Chriſoſt · in homelia · Unde ab homi=
nationem deſolationis videt̃ exercitũ dicere · q̃ ſci=
licet deſolata eſt ciuitas ſancta hieruſalẽ ¶ Hier ·
Aut poteſt intelligi de imagine ceſaris · quã pila=
tus poſuit in tẽplo · aut de adriani equeſtri ſtatua ·
que in ip̃o ſanctaſanctoꝝ loco ſtetit vſq; in p̃ſentẽ
diem · Abominatio eñ ſcd̃m veterem ſcripturã ido
lum nuncupat̃ · & idcirco addit̃ deſolationis · q̃ in
deſolato tẽplo atq; deſerto idolũ poſitũ ſit ¶ Chri ·
in ho · Vel quia ille qui diſſoluit ciuitatẽ & tẽplũ ·
ſtatuam intus poſuit · Vt aũt diſcant quomã viuẽ
tibꝰ quibuſdã eoꝝ hec erũt ꝓpter hoc dixit · Cũ vi
deritis · Ex quo admirare xp̃i virtutẽ · & diſcipu=
loꝝ fortitudinẽ qui in talibꝰ tẽporibꝰ p̃dicabant in
quibꝰ omnia iudaica impugnabant̃ · Apoſtoli aũt
ex iudeis exiſtẽtes leges introduxerũt nouas ad=
uerſus romanos tunc dominãtes · infinita milia iu=
deoꝝ ceperũt romani & duodecim viros nõ ſupe=
rauerũt nudos & inermes · Quia vero multociens
contigerat in grauibus preliȷ̃s iudeos reſtauratos
fuiſſe · ſicut temporibus Senacherib & Antiochi ·
ne aliquis ſuſpicetur tale aliquid futurum · ſuis fu=
giendum eſſe precepit cum ſubdit · Tunc qui in
iudea ſunt · fugiant ad montes · ¶ Remigius · Hec
enim omnia imminente deſolatione Hieruſalem ·
conſtat fuiſſe impleta · Appropinquante nanq; Ro
mano exercitu · omnes chriſtiani qui in prouĩcia
erãt · ſicut hiſtoria eccl̃iaſtica refert diuino miracu
lo moniti longius receſſerũt · trãſeũtes Jordanẽ · ve
nerunt in pellam ciuitatẽ · & ibi ſub tutela Agrip=
pe Regis (cuius mentio in actibus apoſtolorum
fit) aliquanto tempore manſerunt · ipſe autem
Agrippa cum parte iudeorum · que ſibi obtempe=
rabat Romano ſubditus erat imperio · ¶ Chriſ̃ ·
in homelia · Deinde oſtendens ineuitabilia mala fu
tura eſſe in iudeis & infinitam calamitatem · ſub=
dit · Et qui in tecto eſt · non deſcendat tollere aliq̃d
de domo ſua · Eligibilius enim erat nudo corpore
ſaluari · q̃ intrare domum vt tolleret veſtimentum
Propter quod & de eo qui eſt in agro ſubdit ·
Et qui in agro eſt non reuertatur tollere tunicã
ſuam · Si enim qui in ciuitate ſunt fugiunt · mul=
tomagis qui foris ſunt non oportet ad ciuitatem
refugere · Et quidem pecunias contemnere faci=
le eſt · & prouidere ſibi in veſtimentis non diffi=
cile · Que autem a natura ſunt · qualiter aliquis

fugiet · Qualiter enim pregnans fiet leuis ad
fugam · aut lactans poterit eum quem peperit deſe
rere? Propť qđ ſubdit · Ve aūt pregnantibꝫ &
nutriētibꝫ ī illť diebꝫ. His quidē q̄a pigriores ſūt
& quia facile fugē nō poſſunt · onē cōcepciōis gra=
uate · His autem quia cōtinētur vinculo cōpaſſio=
nis filiorum & nō poſſunt ſimul ſaluare eos quos
lactant. ¶ Orige · Vel quoniā nō erit tunc tēpus
miſerendi · neq̄ ſup pregnantes · neq̄ ſup lactan=
tes · neq̄ ſuper infantes earum · & quaſi ad iudeos
loquens · qui arbitrabantur in ſabato nō oportere
ambulare viam amplius q̄ꝫ eſt ſabati iter · ſubdit
Orate autem vt nō fiat fuga veſtra hyeme vel ſa=
bato · ¶ Hiero · quia ſcilicet in altero duricia fri
goris ꝓhibet ad ſolitudines pergere & ī montibꝫ
deſertiſq̄ latitare · In altero aūt transgreſſio le=
gis eſt ſi fugere voluerint · aut mors īminēs ſi re=
manſerint ¶ Chriſoſ. in homelia · Vide aūt quo
niam aduerſus iudeos eſt hic ſermo · nō em̄ apoſto
li ſabatum erant obſeruaturi · neq̄ ibi manſuri cū
Veſpeſian? hoc egit · etem̄ plures eoꝝ iā p̄mortui
erant · Si autem aliquis remanſerat in alijs parti=
bus orbis terraꝝ tunc cōuerſabatur · Propter q̄đ
autem hoc orandum eſſe dixerit · ſubdit · Erit em̄
tribulatio magna qualis nō fuit ab initō mundi vſ
q̄ modo neq̄ fiet · ¶ Auguſti · ad eſichiū apud lu=
cam ſic legitur · Erit autem preſſura magna ſuper
terrā · & ira populo huic · & cadent ī ore gladij · &
captiui ducentur in omnes gentes · Nam & Joſe=
phus qui iudaicam ſcripſit hiſtoriam talia mala
dic̄ illi ꝑplo tē accidiſſe · vt vix credibilia eēnt Vn̄
n̄ īmerito dictū ē · talē tribulatōꝫ nec fuiſſe a creať e
Jnicō nec futuram · Sꝫ & ſi tp̄e antixp̄i talis aut
maior forſitan erit · ītelligendū ē de illo populo di=
ctum q̄ꝫ eis talis amplius futura nō erit · Si enim
antixp̄m illi primitus & precipue recepturi ſunt
facturus eſt tunc idem populus tribulationem po=
tius q̄ꝫ paſſur? ¶ Chriſo. in homelia · Interrogo
autem iudeos vnde tam ītollerabilis ira diuinitus
venit ſup eos · omnibus que ante facte ſunt diffici
lior · nam manifeſtū eſt quoniam propter crucis
ſuis iniquis membris ſumendū · Et ad maiorē ex-
aggrauationē ſubdit · Bonū erat illi ſi natus non
fuiſſet homo ille · Hiero · Non autem ideo putan
dus eſt ante fuiſſe quā naſceretur · quia nulli poſ-
ſit eſſe bene · niſi ei qui fuerit · ſed ſimplicit̄ dictum
eſt · multo melius eſſe non ſubſiſtere · quā male ſub
ſiſtere · Auguſti · de queſti · Euan · Etſi quiſpiā
contendi aliquā vitā eſſe añ iſtā · non iude tm̄ vt
nō naſceret̄ · ſed nulli expedire cōuincit̄ · An dia-
bolo dicit non expedire naſci ſcilicet ad peccatum
āte etiā bonū erat illi vt chriſto non naſceretur p
vocationē nec eſſet apoſtata · Origenes · Judas
autē p? oīm apoſtoloꝝ interrogationes · & poſt
xp̄i narratōez de ip̄o vix aliq̄n & ipſe īterrogauit
verſuto conſilio vt ſimilia ceteris interrogando ce-
laret prodiciōis ɔſiliū · Nam vera triſticia n̄ ſuſti-
net moram · Vnde ſequitur · Reſpondens autē Ju
das qui tradidit eum · dixit · Nunquid ego ſū rabi?
Hiero · Jn quo blādiciēs fingit affectum ſiue
incredulitatis ſignum · Ceteri enim qui non erāt
prodituri dicunt · Nunquid ego ſum dn̄e? Jſte qui
proditur? erat non dominum · Sed magiſtrum vo
cat · quaſi excuſationē habeat ſi domino denegato
ſaltem magiſtrū prodiderit · Origenes · Vel
hoc ipſum quaſi ſubſaniens dicit · quia vocabatur
magiſter · cum non eſſet hoc vocabulo dignus ·
Chriſoſtomus in homelia · Quamuis autem do-
minus poterat dixiſſe · argentum es pactus accipe
& adhuc audes interrogare · ſed nihil horū dixit
mitiſſim? iheſus · nobis terminos & regulas perfi
gens · Seq̄t em̄ · Et ait illi · tu dixiſti · Remi ·
Quod ſic poteſt intelligi · Tu dicis · ſiue tu dixiſti
& nō ego · vt adhuc locus pnīēcie ɔcederet̄ · dum n̄
apciūs ei? puerſitas maīfeſtat̄ · Raba · potuit
etiā hoc ſic dici a iuda · & a dn̄o rn̄deri · vt n̄ oēs ad
vterēt q̄ dictū erat · Sequitur textus

Cenantibus at̄ illis · accepit ih̄s panem & bene-
dixit ac fregit · deditq; diſcipulis ſuis · et ait · acci-
pite · & ɔmedite · hoc ē corp? meum · Hie · Poſt-
q̄ tipicum paſcha fuerat impletū · & agni cānes cū
apoſtolis comederat · ad verum paſche tranſgredi-
tur ſacramētū · vt q̄ṅ oīm pfiguratiōe ei? melchiſe
dech ſūmi dei ſacerdos panē vinū offerens fecerat ·

ipſe quoqꝫ in veritate ſui corporis & ſanguinis re=
pñtaret. Unde dicitur. Cenantibus autem illis.
¶ Aug⁹. ad Januariũ. In quo liq̇do apparet. qñ
primo acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem
dñi. non eos accepiſſe ieiunos. Nũquid tamẽ ꝓpte
rea calumniandũ eſt vniuerſe eccleſie ꝙ a ieiunis
ſemꝑ accipit̃. Placuit em̃ ſpiritui ſancto vt ĩ ho
norẽ tanti ſacram̃ti in os xp̃iani prius dñicum cor
pus intraret quã ceteri cibi. Saluator namqꝫ quo
vehem̃ti⁹ cõmendaret miſterij huius altitudinem.
vltimũ in hoc voluit ĩfigere cordibus & memorie
diſcipulorũ a quibus ad paſſionẽ digreſſurus eãt.
& ideo non p̃cepit. quo deinceps ordine ſumeret̃.
vt apoſtolis. per quos eccleſiã diſpoſiturus erat.
ſeruaret hunc locum. ¶ Gloſa. Sub alia tamen
ſpecie carnẽ & ſanguinẽ ſuũ tradidit xp̃us. & dei=
ceps ſumendũ inſtituit. vt fides haberet meritũ.
que de his eſt. que non vident̃. ¶ Ambroſi. de ſa
cramẽtis. Et vt nullus horror cruoris ſit. & p̃ciũ
tñ operet̃ redẽptõis. ¶ Aug. ſuꝑ iohã. Cõmẽdauit
aũt dñs corp⁹ & ſãguinẽ ſuũ ĩ eis rebꝫ q̃ ad vnũ ali
q̇d redigũt̃ ex m̃ltis. Panis namqꝫ ĩ vnũ ex mu
tis granis conficit̃. vinũ vero ĩ vnũ ex m̃ltis aci
nis confluit. Ita dñs iheſus xp̃us nos ſignauit. &
miſteriũ pacis ac vnitatis noſtre in ſua menſa cõ=
ſecrauit ¶ Remi. Apte etiã fructũ terre obtulit.
vt per hoc demonſtraret qꝛ ad hoc venerat. vt il
lam maledictionẽ aufferret. qua maledicta ẽ t̃ra
ꝓpt̃ peccatũ primi hominis. Congruẽter etiã iuſ=
ſit offerri que de terra naſcunt̃. & pro quibus ho
miẽs maxime laborãt. vt nõ eẽt difficultas in ac=
quirendo & homines de labore manuũ ſuaꝝ ſacrifi
tium deo offerent. ¶ Ambro. de ſacramẽtis. Ex
hoc autem accipe anteriora eſſe miſteria xp̃ianoꝝ
q̃ȝ iudeorũ. Obtulit ei melchiſedech panẽ & vinũ
ſimilis per oĩa filio dei. cui dicit̃. Tu es ſacerdos ĩ
eternũ ſcd̃m ordinẽ melchiſedech. de quo & hic di
cit̃. Accepit iheſus panẽ. ¶ Gloſa. Qꝫ de pane fru
menti ĩtelligi debet. Grano em̃ frumẽti ſe cõparauit
dñs dicens. Niſi granũ frumẽti cadens in terram.
Talis etiã panis competit ſacram̃to. quia ei⁹ vſ⁹
ẽ cõmunior. Nam alij panes ꝓpter eius defectum fi
unt. Quia vero xp̃us vſqꝫ ad vltimũ diẽ demõſtra=
uit ſe nõ eẽ cõtrariũ legi vt ſuꝑ ex verbis chriſo=
ſtomi habitũ eſt. In veſpera vero quando paſcha ĩ
molabat̃. ſecũdũ legis p̃ceptũ azima comedendum
erat. & omne fermentatũ abijciendũ. maĩfeſtum
eſt ꝙ panis iſte quẽ dñs accepit vt diſcipulis tra=
deret. azimus fuit. ¶ Grego. in regiſtro. Solet
autem nõnullos mouere. ꝙ in eccleſia alij offerũt
panes azimos. alij fermẽtatos. Eccleſia nanqꝫ ro
mana offert azimos panes propterea ꝙ dñs ſine vl
la commixtiõe ſuſcepit carnẽ. alie vero eccl'ie offert̃
ferm̃tatũ ꝓ eo ꝙ vbũ patris ĩdutũ ẽ carne. & ẽ
ver⁹ d⁹ & ver⁹ hõ. Nã & fermẽtũ cõmiſcet̃ farine. ſꝫ
tã azimã q̃ȝ fermẽtatũ dum ſumimus. vnũ corp⁹
dñi noſtri ſaluatoris efficimur. ¶ Ambro. de ſa=
cram̃tis. Iſte aũt panis. añ vba ſacram̃toꝝ panis
eſt vſitat⁹. vbi acceſſerit cõſecratio. de pane fit ca
ro xp̃i. Conſecratio aũt q̇bꝫ verbis eſt & q̇bꝫ ſmo
nibus. niſi dñi iheſu. Si em̃ tãta vis ẽ in ei⁹ ſmõe
vt inciperẽt eſſe q̃ nõ erãt. quãtomagis operatorius
ẽ. vt ſint que erant. & ĩ aliud cõmutent̃. Si em̃
operatus eſt ſermo celeſtis in alijs rebus. nõ opera
tur in celeſtibus ſacramẽtis! Ergo ex pane corp⁹
fit xp̃i. & vinũ fit ſanguis cõſecratiõe verbi cele=
ſtis. Modum req̇ris accipe. Cõſuetudo eſt vt non
generetur homo niſi ex viro & muliere. ſed qꝛ vo
luit dñs. de ſpiritu ſancto & virgine nat⁹ ẽ xp̃⁹.
¶ Auguſtinus. de ver. do. Sicut ergo ꝑ ſpitum
ſanctũ vera caro ſine coitu creatur. ita & ꝑ eũdem
ſubſtancia panis & vini idem corpus xp̃i & ſan=
guis cõſecratur. Et ideo quia verbo dñi fit p̃dicta
conſecratõ. ſubditur. Benedixit. ¶ Remigi. Per
hoc etiã mõſtrauit. quia humanã naturam vna cũ
patre & ſpiritu ſãcto gr̃a diuine v̂tutis impleuit
& eterne ĩmortalitatis munere ditauit. ſed vt mõ
ſtraret quia corpus eius non abſqꝫ ſua voluntate
ſubiectũ erat paſſioni. ſubditur. Ac fregit. ¶ Au
guſti. in li. ſententi. proſpi. Cum ei frangitur ho
ſtia. dum ſanguis de calice in ora fidelium fundit̃.
q̇d aliud q̃ȝ dominici corporis ĩmolatio in cruce ei⁹
qꝫ ſãguinis effuſio de latere deſignat̃. ¶ Dioni. in
eccleſiaſtica hierarchia. In hoc etiã oñdit̃ ꝙ vnũ
& ſimplum dei verbum ꝑ humanationẽ cõpoſitũ &
viſibile ad nos ꝑuenit. & ad ſe nr̃aꝫ ſocietatẽ beni
gne ꝑagens ſpĩtaliũ bonoꝝ diſtributoꝝ nos par=
ticipes fecit. Vñ ſeq̇tur. deditqꝫ diſcipulis ſuis.
¶ Leo. papa ĩ ſer. de paſſi. Nec ab hoc q̇dẽ miſte=
rio traditore ſubmoto vt oñdet̃ iudas nulla iniu=
ria exaſperat⁹. q̇ impietate volũtaria eãt p̃ſcit⁹.
¶ Auguſtinus. ſuper iohannem. De vno enim
pane & petr⁹ accepit & iudas. Sed petr⁹ accepit
ad vitã. iudas ad mortem. ¶ Chri. in ho. Et hoc
iohãnes oñdit. dicẽs. qm̃ p⁹ hoc ĩtrauit ĩ eũ ſatha
nas. Et ei maius peccatũ ẽ factũ. Et qm̃ cum tali
mẽte ad miſteria acceſſit. & qm̃ cũ acceſſiſſet. ñ fa=
ct⁹ ẽ melior. neqꝫ timore neqꝫ bñficio. neqꝫ honore.
xp̃us aũt ñ ꝓhibuit eũ. q̃uis oĩa nouerit. vt diſcas
qm̃ nihil derelĩq̇t eoꝝ. q̃ ĩ correptiõeꝫ cõueniũt ¶ Re
mi. In hoc etiã facto reliq̇t exm̃ eccl'ie. vt neĩeꝫ a
ſocietate ſui. neqꝫ a cõmuniõe corporis & ſãguinis
dñi ſegreget. niſi ꝓ aliq̊ maĩfeſto & publico c̃mie
¶ Hila. vel ſine iuda paſcha accepto calice & fra
cto pane cõficit̃. dign⁹ ei et noꝝ ſacmẽtoꝝ cõmu
nione ñ fuerat. Diſceſſiſſe aũt eũ hinc ĩtelligit̃ ꝙ cũ
t̃bis reuerſ⁹ oñdit̃. ſeq̇t̃ & ait. accipite & comedite
¶ Au. de ver. do. Inuitat dñs ſuos vt p̃pararet eis
cibũ ſeip̃m. Sꝫq̇s audeat mãducare dñm ſuũ. &
q̇dẽ qñ mãducat̃. reficit. ſꝫ ñ d̃ficit. viuit mãduca
t⁹. qꝛ ſurrexit occiſ⁹ nec qñ mãducat̃ ꝑtes de illo
faci⁹. & q̇dẽ ĩ ſacm̃to ſic fit norũt fideles queadmod̃
manducent carnem chriſti. Vnuſquiſqꝫ pãtẽ ſuã
accepit. Per partes mãducat̃ ĩ ſacmẽto & ĩteger

manet· Totus in celo· totus in corde tuo· Ideo aūt
iſta dicūtur ſacramēta q2 i eis aliud videt᷑· & ali-
ud intelligit᷑. quod videt᷑ habet ſpeciē corporalē.
qđ intelligit᷑· fructū habet ſpiritalē. Auguſtin9
ſup iohānem· Carnē aūt chriſti non edamus tātū
in ſacramēto qđ & multi mali faciunt· ſed vſqȝ ad-
ſpirit9 participacionē manducem9· vt in dñi cor-
pore tanquā membra maneam9· vt ei9 ſpiritu ve-
getemur. Ambro. de ſacramētis· ante enim ꝙ
ↄſecret᷑· panis ē· vbi aūt vba xp̄i acceſſerīt dicētis·
hoc ē corp9 meū· corp9 xp̄i ē· Textus

Et accipiens calicē gracias egit· & dedit illis·
dicens· Bibite ex hoc omnes· hic ē ſanguis meus
noui teſtamēti· qui pro multis effundet᷑ i remiſſio
nē peccatoꝝ· Dico aūt vobis· nō bibam āmodo de
hoc genimine vitis· vſque i illū diē quo illud bibā
vobiſcū nouū in regno patris mei. Remi. Quia
corpus ſuū ſub ſpecie panis dñs diſcipulis dederat.
pulchre etiā calicē ſui ſanguinis tradit eiſdē· Vn-
de dr̄· Et accipiēs calicē· gracias egit· Inq̄ demō
ſtrat q̄ntū de nr̄a ſalute ↄgulet᷑· ꝓ quibꝰ etiā ſang
uinē ſuū funderet· Chri· in home· Ideo etiā gra
cias egit vt nos doceret· qualit᷑ oporteret nos hoc
miſteriū pficere· & etiā mōſtrauit q̄m ad paſſionē
nō venit nolens· Erudiuit eñ nos. qđcumqȝ pati-
mur cū gr̄aꝝ actione ferre· Et etiam ex hoc bonā
ſpem nobis dedit· Si enim figura huius ſacrificij
ſcilicȝ immolatio agni paſcalis· facta eſt liberatio
populi ab Egiptiaca ſeruitute· multomagis veri-
tas liberabit orbem terrarū· Seqt᷑. Et dedit illis·
dicens· Bibite ex hoc omnes· Ne autē hec audien
tes turbarent᷑· pmū ip̄e ſāguinē ſuū bibit· īducēs
eos ſine turbatiōe ad cōmunionē miſterioꝝ· Hie
ronī· contra Heluidiū· Sic igit᷑ dñs ihēſus fuit cō
uiua & cōuiuiū· ip̄e comedēs & qui comeditur· Se
quit᷑. Hic ē ſanguis me9 noui teſtamēti· Chri·
in home· hoc eſt ānunciatiōis legis noue· hoc eñ
pmittebat vet9 teſtamētū· qđ ↄtinet nouū· Sic ei
vet9 teſtamētū habuit ſanguinē vituloꝝ & oiuū
ita nouū habet ſanguinē dominicū. Remigius
Sicut enim legitur· quia accepit moiſes ſangui-
nē agni & miſit i craterā· & intincto faſciculo hiſo-
pi aſperſit populū· dicens· hic eſt ſanguis teſta-
menti quod mandauit ad nos deus. Chriſo· in
ho· Sanguinē aūt nominās· & paſſionē ſuā ꝓnūci-
at· dicens. Qui pro multis effundet᷑· Et rurſus di-
cit mortis cauſam· cum ſubdit· In remiſſiōe pctoꝝ
vniuerſi orbis terrarū. Remigi. Et notandū q2
non ait pro paucis aut pro omnibus· ſed pro mul-
tis· quia non venerat vnam tantū gentem redime-
re· ſed multos de omnibus gentibus. Chriſoſto
mus· in homelia· hoc autem dicens oſtendit· ꝙ paſ
ſio eius miſteriū eſt ſalutis humane· per quod eti
am diſcipulos conſolatur. Etiam ſicut moiſes ait.
hoc erit vobis memoriale ſempiternū. Ita & ipſe
dixit vt Lucas refert· hoc facite in meam cōme-
morationem. Remigius· Non ſolū autē panem
ſed etiam vinum offerendum docuit· vt eſurientes
& ſicientes iuſticiam his miſterijs doceret eſſe re-
creandos. Gloſa. Sicut enim corporalis refe-
ctio fit per cibum & potum· Ita ſub ſpecie cibi &
potus nobis ſpiritalem refectionem dominus pre-
parauit· Conueniens etiam fuit ad ſignandum
dominicam paſſionem· vt ſub duplici ſpecie hoc
ſacramentū inſtitueretur· In paſſione enim ſang
uinem ſuum effudit· & ſic ſanguis eius fuit a cor-
pore ſeparatus. Oportuit ergo ad dominicam paſ
ſionem repreſentandā. ſeorſū ꝓponi panē & vinū
que ſunt corporis & ſanguinis ſacramenta. Sci-
endū tamen eſt· ꝙ ſub vtraqȝ ſpecie totus chriſt9
continetur. Sub ſpecie quidem panis ſimul ſang-
uis cū corpore· & ſub ſpecie vini ſimul corpus cū
ſanguine. Ambroſius· in epiſtola ad Corinte·
Ideo etiā in duabus ſpeciebus celebratur· valet eī
ad tuitiōeȝ corporis & anime· quod percipimus.
Ciprianus ad conciliū Calix vere domini nō ē
aq̄ ſola & vinū ſolū· niſi vtrūqȝ miſceat᷑. Nec cor-
p9 dñi pt̄ eē farina ſola aut aqua ſola· niſi vtrūqȝ
fuerit adunatū. Ambro. de ſacramētis· Si autē
Melchiſedech panē & vinū obtulit· quid ſibi vult
aque mixtio? Accipe rationē. Tetigit moiſes pe-
trā· & petra vndā maximā fudit· petra aūt erat
xp̄s· & vn9 de militibꝰ lancea tetigit latus xp̄i·
& de latere eius aqua fluxit & ſanguis· aq̄ vt mun
daret· ſanguis vt redimeret. Remigi. Sciendū
eſt etiā ꝙ vt iohānes dicit· aque multi populi ſūt·
Et q2 nos oportet ſemp manere in chriſto· & chri
ſtum in nobis· vinū aque mixtū offert᷑ vt oſtē-
dat᷑. quia caput & menbra· i· chriſtus & eccleſia
vnū ſunt corpus· vel vt demōſtret᷑ quia nec xp̄us
paſſus eſt abſqȝ amore noſtre redemptionis· nec
nos ſaluari poſſum9 abſqȝ illius paſſione. Chri.
in homelia. Quia vero de paſſione & cruce eis locu
tus erat· conſequenter eum qui de reſurrectione ē
ſermonem inducit· dicens. Dico autem vobis nō
bibam ammodo de hoc genimīe vitis vſqȝ in diem
illū· cū illud bibā vobiſcū nouū i regno patris
mei· Regnum autem reſurrectionem ſuam nomi
nat· Ideo autem hoc de reſurrectione dixit ꝙ ſcili
cet cum Apoſtolis eſſet bibiturus· ne aliqui exiſ-
timarent phantaſiam eſſe reſurrectionem· Et ideo
perſuadentes hominibus de chriſti reſurrectione·
dixerunt· Simul comedimus & bibimus cum eo
poſtquam reſurrexit a mortuis· per hoc ergo oſtē
dit quod videbunt eum clare ſuſcitatum· & cum
ipſis rurſus· erit· Quod autem dicit nouum· in tel
ligendum eſt noue idest nouo modo· non quaſi
corpus paſſibile habens & indigens cibo· Non
enim poſt reſurrectionem comedit & bibit· quia
cibo indigeret· ſed propter reſurrectionis certi-
tudinem· Quia vero ſunt quidam heretici in ſa-
cris miſterijs aqua vtentes non vino· demon
ſtrat per hec verba quoniam & cum ſacra mi-
ſteria tradidit vinū dedit qđ & reſuſcitat9 bibit.

Propter hoc dicat. Ex hoc genimine vitis. Vitis
enim vinum non aquā generat. ¶ Hiero. vel alit.
de carnalibus dn̄s tranſit ad ſpiritalia. ꝙ vinea de
egipto trāſplantata popul9 ſit iſrabel. Sacra ſcri
ptura teſtat. Dicit ergo dn̄s ſe de hac vinea neqꝫ
eſſe bibiturū niſi in regno patris. Regnū patris ſi
dem puto eſſe credentium. Ergo cū iudei regnū re
ceperint patris. tunc de vino eoꝝ dn̄s bibet. Attē
de autem ꝙ dicat patris & non dei. Omnis enim
pater nomen eſt filij. ac ſi diceret. cum crediderint
in deum patrem. & adduxerit eos pater ad filium
¶ Remigius. Vel aliter. Non bibam de genimi-
ne vitis huius. id eſt non vltra ſinagoge carnalibꝰ
oblacionibus delectabor. In quibus illa paſchalis
agni immolatio precipuū locum tenere ſolebat.
Aderit autem tempus mee reſurrectionis & dies.
in quo regno patris conſtitutus. id eſt gloria eter
ne immortalitatis ſublimatus vobiſcum illud bibā
nouum. hoc eſt de ſaluatione illius populi iam re-
nouati per aquam baptiſmatis. quaſi nouo gau-
dio letabor. ¶ Aug9. de queſ. euan. Vel aliter.
Cum dicit. Bibam illud nouū. vult intelligi hoc
vetus eſſe. Quia ergo de ꝓpagine adam qui vetus
homo appellatur. corpus ſuſcepit. qd in paſſione
morti traditurus erat. Unde etiam per vini ſacra-
mentum cōmendauit ſanguinem ſuum. quid ali-
ud nouū vinum quā immortalitatē renouandorum
corporum intelligere debemus? Quod autem dicit.
vobiſcum bibam. in ipſis reſurrectionem corpoꝝ
ad videndam immortalitatem promittit vobiſcum
enim non ad idem tempus. ſed ad eandam inno-
uationem eſſe dictum accipiendum eſt. Nam &
nos dicit ap̄lus reſurrexiſſe cum chriſto. vt ſpes
rei future iam leticiam p̄ntem afferat. Quod autē
de hoc genimine vitis etiā illud nouū eſſe dicit. ſig
nificat vtiqꝫ eadē corpora reſurrectura. ſecundum i
nouationem celeſtem. que nunc ſecundū terrenā
vetuſtatē ſunt moritura. ¶ Hila. Videtur aūt ex
hoc ꝙ iudas cum eo non biberit. quia non erat bibi
turus in regno. cum vniuerſos tunc bibentes ex
vitis iſtius fructu bibituros ſecum poſtea pollice
retur. ¶ Gloſa. Sed ſuſtinendo aliorum ſanctoꝝ
ſentēciā. ꝙ ſcilicet iudas ſacramēta receperit a xp̄o
dicendū ē. ꝙ hic dicit vobiſcū ad plures eoꝝ nō ad
oēs referendū ē. Sequitur textus
¶ Et hymno dicto exierūt in montē oliueti. Tūc
dicit illis ihesus. Oēs ſcandalū patiemini in me in
iſta nocte. Scriptū eſt enim. percuciam paſtorē.
& diſpergētur oues gregis. poſtq̄ autē reſurrexe
ro. precedam vos in galileā. Rn̄dens aūt petrus.
ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te. ego
nūq̄ ſcandalizabor. Ait illi ihesus. Amen dico ti
bi. quia in hac nocte anteq̄ gallus cantet. ter me
negabis. Ait illi petrus. Etiā ſi oportuerit me mo
ri tecū. non te negabo Similiter & oēs diſcipuli
dixerūt. ¶ Origenes. Diſcipulos qui acceperant
benedictionis panē & biberāt calicē gratiaꝝ actio
nis. docebat dn̄s probis omnibus hymnum dicere
patri. Vn̄ dicit. Et hymno dicto. exierunt in mō
tem oliueti. vt de alto trāſiret ad altū. quia fidelis
non poteſt aliquid agere in conualle. ¶ Chriſo. in
home. Audiant quicūqꝫ velut porci ſimplicit mā-
ducantes cum ebrietate ſurgūt. cum deceret grās
agere & in hymnū menſam definere. Audiant qui
cumqꝫ vltimam oracionē in ſacris miſterijs non
expectant. vltima enim oratio illius hymni. eſt ſig
num. Gratias ergo egit anteq̄ ſacra miſteria diſci
pulis daret. vt & nos gracias ageremus. Hymnū
dixit poſtq̄ dedit. vt nos hoc ipſū faciamꝰ. ¶ Hie-
ro. Juxta hoc exemplū ſaluatoris. qui pane xp̄i
& calice ſaturatus & inebriatus fuerit. poteſt lau-
dare deum. & conſcendere montem oliueti. vbi la-
borū refectio. dolorisqꝫ ſolacium & veri luminis
noticia ē. ¶ Hila. per hoc etiam oſtenditur ꝙ ho-
mines conſumati in vniuerſis diuinorū miſterioꝝ
virtutibus. gaudio exultationeqꝫ cōmuni. in cele-
ſtem gloriam efferuntur. ¶ Origene. Apte etiam
mons viie eſt electus vbi prenuntiaturus fuit ſcā
dalum infirmitatis diſcipuloꝝ. iam tunc paratꝰ.
vt non repelleret diſcipulos diſcedentes. ſed vt re
ciperet reuertentes. Unde ſequitur. Tunc dixit
illis ihesus. Omnes vos ſcandalum patiemini i me
in iſta nocte. ¶ Hiero. Predicit quidē quod paſ-
ſuri ſunt. vt cum paſſi fuerint. non deſperent ſalu-
tem. ſed agentes penitenciam liberentur. ¶ Chri
in homelia. In quo etiam docet nos quales an̄ cru
cem fuerunt diſcipuli & quales poſt crucem. Etei
q̄ neqꝫ cū xp̄o dū crucifigebat ſtare poterant. po-
ſt mortē chriſti adamante fuerūt fortiores. Fuga
ei diſcipuloꝝ & timor. demoſtratio ē mortis xp̄i.
vt confundāt q̄ hēti martionis egrotant. Si eī
neqꝫ ligatꝰ eſt neqꝫ crucifixus. vnde petro & reli-
quis apoſtolis incuſſus ē tātꝰ timor? ¶ Hiero. Et
ſignāt addit. In iſta nocte. qꝛ quō q̄ inebriāt. ſic
& q̄ ſcandalū patiunt. in nocte & in tenebris ſuſti-
nēt. ¶ Hila. Huiꝰ etiā predictōis fides autorita
te ꝓphetie veteris continebat. Vn̄ ſeqt. ſcriptum
ē eī. percutiā paſtorē & diſpergēt oues gregis.
¶ Hiero. hoc alijs vbis i zacharia ꝓpheta ſcriptū
ē Et ex perſona ꝓphete ad deum dicitur. pcute pa
ſtorē. & diſpgēt oues. percutit at paſtor bonꝰ
vt ponat aīaꝫ ſuā pro ouibus ſuis. & de multis gre
gibꝰ erroꝝ. fiat vnꝰ grex & vnꝰ paſtor. ¶ Chri.
in homelia. Hanc autem Prophetiam inducit. ſi-
mul quidem ſuadens eis attendere ſemper que ſcri
pta ſunt. Simul autem oſtendens quoniam ſecun
dū dei ꝯſiliū crucifigebat. & vndiqꝫ mōſtrās ū ali
enū ſe eē a veteri teſtamēto qui i eo prenunciabat
Nō autem permiſit eos in triſtibus permanere. ſed
& leta prenunciat dicens. poſtq̄ at reſurrexero.
precedam vos in galileam. Non enim confeſtim po
ſt reſurrectionē i celo eis apparuit. Neqꝫ in longā
quādā regionē vt eis appareat. vadit. ſ i ipa gen
te & i ipis fere regiōibꝰ. vt & hinc crederet. q̄m q̄

crucifixus eſt· ipſe eſt qui reſurrexit· Propt̃ hoc
etiam ſe in galileam abire dicit· vt a timore iudeorũ
liberati· crederent ei quod dicebatur· ¶ Origenes
Predicit etiam hoc eis vt qui ad modicum diſper=
guntur ſcandalum paſſi· poſt congregẽtur a reſur
gẽte chriſto· & p̃cedente eos in galileam gẽcium·
¶ Hila· Sed petrus in tantũ & effectu & caritate
chriſti efferebat̃· vt & imbecillitatem carnis ſue &
fidẽ verborũ domini non cõtuetur· quaſi dicta eius
efficienda non eſſent· Vnde ſequit̃ reſpondens pe=
trus ait illi· Et ſi omẽs ſcandalizati fuerint in te·
ego nũq̃ꝫ ſcandalizabor· ¶ Chriſ· in homeli· Quid
ais o petre? ꝓpheta dixit diſpergent̃ oues· & xp̃s
cõfirmauit quod dictũ eſt· & tu dicis· nequaquã·
Quando dixit vnus ex vobis me tradet· Timebas
ne tu eſſes traditor· quãuis nihil tibi tale cõſcius
eras· Nũc aut̃ manifeſte eo dicẽte· qm̃ omẽs ſcan=
dalizabimĩ· Sed q̃a erut? erat ab anxietate quã de
ꝓditione habuerat· confidens· de reliquo dicebat·
Ego nũquam ſcandalizabor· ¶ Hiero· Non tamen
eſt temeritas nec mẽdacium· ſed fides eſt apoſtoli
petri· & ardens affectus erga dominum ſaluatorẽ
¶ Remigius· Quod ergo ille dicit preuidendo· iſ=
te denegat amando· vbi moraliter· inſtruimur vt
quantum cõfidimus de ardore fidei· tantum timea
m? de carnis fragilitate· Videtur tamen accuſa=
bilis petr?· & quomiã cõtradixit &· quomiã alijs ſe
ipſũ prepoſuit· & tercium· quomiã totũ ſibi attribu
it· ꝙ· ſ· fortiter eſſet pſeueratur? vt hoc igit̃ in eo
ſanaret· permiſit eius caſum· non impellens eum
ad negandum· ſed eum ſibi deſerens & naturã hu
manam de fragilitate conuincens· ¶ Orige· Vñ
alij diſcipuli ſcandalizati ſũt in iheſu· Petrus au
tem non ſolum ſcãdalizatur· ſed abundantius re=
linquit̃ vt ter denegaret· Vnde ſequitur· Ait illi
iheſus· Amen dico tibi· quia in hac nocte antequã
gallus cantet· ter me negabis· ¶ Auguſtinus· de
concor· euange· Poteſt autem mouere ꝙ tam di=
uerſa non tantum verba· ſed etiam ſentẽcias euan
geliſte premittunt· quibus premonit? petrus illã
preſumptionem proferret vel cum domino vel pro
domino moriendi· Ita vt cogant intelligibiliter
eum expreſſe preſumptionem ſuam diuerſis locis
ſermoĩs chriſti· & ter illi a domĩo reſponſũ ꝙ eum
eſſet ante galli cantum ter negaturus· ſicut etiam
poſt reſurrectionẽ ter illũ ĩtrogat vtꝝ illũ amet
& mandatum de paſcendis ouibus ter p̃cepit Quid
em̃ habent hec verba mathei vel ſentẽcie ſimile il=
lis quibꝫ ſcd̓m iohãnẽ vl̓ q̇bꝫ ſcd̓m lucã petr? ꝓtu
lit p̃ſũptiõez ſuã· Mãc? at̃ pene ip̃is vb̂ hoc cõme
morat q̇bꝫ & mat· niſi ꝙ diſtĩci? queãdmodũ futu
rũ eẽt· exp̃ſſit dictũ eẽ a dño· Amẽ dico tibi qꝛ tu ho
die ĩ nocte hac p̃uſq̃ꝫ bis gall? vocẽ d̓derit ter me
es negatur?· Vñ ñnl̓is q̇ parꝝ adtẽdũt· Mãc? vide
tur ñ cõgruẽ ceteris· Tota ei negacõ petri t̃na ẽ q̃
ſi p? p̃mũ galli cãtũ ĩciperet· falſũ dixiſſe videret̃
tres euangeliſte q̇ dicũt dixiſſe dñm· ꝙ añq̃ꝫ gall?

cãtaret eũ petr? eẽt negatur?· rurſus ſi totã trinã
negationẽ ante peregiſſet· q̃ꝫ cãtare gallus incipe
ret· ſuperfluo dixiſſe marcus dep̃henderet̃· ex per=
ſona dñi· Priuſquã gallus bis vocem dederit ter
me es negaturus· Sed qꝛ añ primũ galli cantum
cepta ẽ illa trina negacio· attenderũt tres ẽuange=
liſte non quando eã completurus eſſet petrus· ſed
quãdo futura eſſet & quando inceptura· i· ante galli
cantum tota poſſit intelligi· qm̃ ante galli cantum
tantus timor obſederat mentẽ qui eã poſſet vſqꝫ ad
terciã negacionẽ perducere· Multo minus igitur
mouere debet· qꝛ trina negatio etiã trinis negãtis
vocibꝫ añ galli cantum cepta· & ſi nõ añ p̃mũ gal
li cãtũ ꝑacta ẽ· tãquã ſi alicui diceret̃· Añquã gal
lus cãtet ad me ſcribes epiſtolã· In qua mihi ter
cõuiciaberis· Nõ vtiqꝫ ſi etiã añ omnẽ galli cantũ
ſcribere ĩciperet· & poſt primũ galli cantũ finiret·
ideo dicẽdũ erat falſum fuiſſe p̃dictũ· ¶ Origene·
Quereres at̃ ſi poſſibile erat vt nõ ſcandalizaretur
petrus· ſemel ſaluatore dicẽte· quomiã oẽs vos ſcã
dalũ paciemini in me· Ad q̇d aliquis rñdebat qm̃
neceſſe erat fieri q̇d predictũ erat a iheſu· Ali? at̃
dicet· qm̃ qui exorat? a Niniuitis· que p̃dixerat ꝑ
ionam nõ fecit· poſſibile fuit· vt repelleret etiã ſcã
dalũ a petro deprecãte· Nunc autem promiſſio eius
audax in affectu quidẽ prompto· non ſine prudẽti
facta eſt ei cauſa vt non ſolũ ſcandalizet̃· verũ eti
am ter denegaret· poſtquã at̃ cũ affirmatione iura
menti pronuntiauit· dicet aliq̇s ꝙ non erat poſſibi
le vt non denegaret· Si enim iuramentũ erat xp̃i·
amen· mentitus fuiſſet· Amen dico tibi· Si verum
dixiſſet petrus quia non te negabo· Videntur aũt
mihi ceteri diſcipuli cogitãtes quod primũ fuerat
dictum· omnes vos ſcandalum paciemini· Ad hoc
autem ꝙ dictum eſt petro· Amen dico tibi· promi
ſerunt ſimiliter petro· quia non erant comprehenſi
in illa prophetia· Vnde ſequitur· Ait illi petrus·
Etiam ſi oportuerit me mori tecum nõ te negabo·
Similiter & omnes diſcipuli dixerũt· hic etiaꝫ pe
trus neſcit quid loquat̃· Cum iheſu enim mori pro
omnibus moriente hominum non erat· quomiã om
nes fuerant in peccatis· & omnes opus habebant·
vt ꝑ eis alius moreret̃· non ip̃i ꝑ alijs· ¶ Raba·
Sed quia intellexerat petrus dominum pre timo=
re mortis eum ſe predixiſſe negaturum· ob hoc di=
cebat· ꝙ licet periculũ ĩmineret· nullo modo ab ei?
fide poſſet auelli· & ſimiliter alij apoſtoli ꝑ ardorẽ
mentis non timuerunt damnum mortis· Sed va=
na fuit preſũptio ſine protectione diuina· Hinc
ergo magnum diſcimus dogma quod non ſuffi=
cit deſiderium hominis· niſi diuino aliquis pociat̃
auxilio· Sequitur textus
¶ Tũc venit ihs cũ illis ĩ villã que dr̃ Gethſema
ni· & dixit diſcipulis ſuis· Sedete hic· donec vadã
illuc & orem· Et aſſumpto Petro & duobus filijs
Zebedei cepit contriſtari & meſtus eſſe· Tũc ait
illis· Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem·

Suſtinete hic & vigilate mecum. ¶ Remi. paulo
ſuperius euāgeliſta dixerat. quia hymno iā dicto
exijt cū diſcipulis in montē oliueti. Et vt oſten-de
ret ad quem locum ipſius montis diuerterit. cōſe-
quēt adiunxit. Tunc venit ieſus cum illis ī vil-
lam. que dicit getſemani ¶ Raba. Lucas dicit.
In montem oliueti. Johannes. trans torrentem ce
dron. quod idē eſt quod getſemani. Et eſt locus
in quo orauit ad radicē montis oliueti vbi ortus ē.
vbi etiam eccleſia eſt edificata. ¶ Hieroni. geth-
ſemani īterptat vallis pinguiſſima. Inquia iuſſit
diſcipulos ſedere pauliſper & expectare redeuntē.
donec pro cunctis dominus ſolus oraret. ¶ Orige.
Non enī conueniebat vt ibi caperet. vbi cum diſci
pulis manducauerat paſcha. conueniebat autem &
priuſq̄ proderetur. orare & eligere locum mundū
ad orationē. Unde ſequitur. Et dixit diſcipulis.
ſuis ſe. hic do. va. il. & orem. ¶ Chriſ. in homelia.
Hoc autem dicit. quia diſcipuli indiuiſibiliter ſe
quebantur chriſtū. Conſuetudo enim ei erat ſine
diſcipulis orare hoc autem faciebat erudiens nos
in orationibus quietem nobis conſtituere &
ſolitudinē querere. ¶ Damaſcenus. in libro ter
cio. Sedcum oratio ſit aſcenſus intellectus ad
deum. vel petitio decencium a deo. qualiter do-
minus orabat? Neque enim aſcenſione que ad
deum eſt. indigebat intellectus eius ſemel ſecū
dum perſonā deo verbo vnitus. Neq; ea que a deo
eſt petitione. vnus enim deus & homo chriſtus ē.
Sed formans in ſeipſo quod noſtrum eſt. docuit
nos a deo patre petere. & ad ipm̄ extendi. ſic ei pa
ſſiōes ſuſtinuit vt triumphans nobis aduerſus
eas victoriam tribueret. ita orat nobis viam faci-
ens ad eam que ad deum eſt aſcenſione. & pro no-
bis omnem iuſtitiam implens. & reconcilians no-
bis patrem ſuum & vt principium ipſum honorās
& monſtrans q̄ non eſt deo contrarius. ¶ Remi-
gius. Cum autem dominus in monte orauit. docu
it nos in oratione pro celeſtibus dominum ſuppli-
care. Cum vero in villa orauit. nos inſtruxit. vt
in oratione ſemp humilitatem ſeruare ſtudeam⁹.
¶ Rabanus. Pulchre autem apropinquans paſ
ſioni in valle pinguedinis oraſſe dicitur. vt demon
ſtraret q̄ per vallem humilitatis & pinguedinem
caritatis mortem p̄ nobis ſuſceperit. Moraliter eti
am nos inſtruxit. vt non geſtemus cor aridum a
pinguedine caritatis. ¶ Remigius. Apropin-
quans morti dominus in valle pinguedinis orauit
quia per vallem humilitatis & pinguedinem cari
tatis pro nobis mortem ſubijt. Quia vero fidem di
ſcipulorum & conſtanciam deuote ſibi voluntatis
acceperat. ſed turbandos illos. & diſpergendos pre
ſciebat. Ideo iuſſit eos in loco ſedere nam ſedere re
quieſcentis eſt. laboraturi enī erant eum negaturi.
Qualiter autem progreſſus ſit. manifeſtat. cum ſub
iungit & aſſumpto petro & duobus filijs zebedei. ce
pit cōtriſtari & meſt⁹ eē. Illos videlicz aſſūpſit q̄-
bꝫ ī mōte claritatē ſue maieſtatis oñderat. ¶ Hila.
Sꝫ q̄ dicit. Cepit ꝯtriſtari & meſt⁹ eſſe hereticoꝝ
omnis hic ſenſus vt opinentur metum mortis ī dei
filium incidiſſe. quia aſſerūt nō de eternitate ꝓla-
tum. neq; de infinitate paterne ſubſtācie extitiſſe.
Sed ex nihilo per eum q̄ oīa creauit effectū. Et
ideo in eo doloris anxietas. ideo metus mortis. vt
qui mortem timere potuit & mori poſſit. Qui vero
mori potuit. licet in futurū erit. Non tñ ꝑ eum q̄ ſe
genuit ex p̄terito ſit eternus. q̄ ſi per fidē capaces
euangelioꝝ eſſent. ſcirent vbū in principio deū &
hoc in p̄ncipio apud deū & eandē eē et nitatē gig-
nentis. & geniti. Sed ſi virtutē illā ī corrupte ſub
ſtantie inbecillitatis ſue ſorte aſſumptio carnis in-
fecerit. vt ſit ad dolorem infirma. ad mortē trepida
iam & corruptioni ſubdita erit. ac ſic eternitate de
mutata in metum. hoc qđ in ea eſt. poterit aliqñdo
nō eſſe. Deus aūt ſine mēſura tēpoꝝ ſemp ē & q̄lis
ē. talis ſemp etn⁹ ē. Mori igit nihil in deo potuit.
nec ex ſe met⁹ deo vllus ē. ¶ Hiero. Nos at ita di
cim⁹ hoīez paſſibilem a dei filio ſuſceptū. vt deitas
impaſſibilis permaneret. Paſſus ē enī dei fili⁹ nō
putatiue. ſed vere. oīa que ſcriptura teſtat ſcđm
illud qđ pati poterat. ſcđm ſcilicet ſubſtāciā aſſū-
ptā. ¶ Hila decio de trinitate. Puto aūt non alia
hic ad timendū q̄ paſſionis & mortis cauſa a qui
buſdam pretenditur. Interrogo autem eos q̄ hoc
ita exiſtimant. an ratione ſubſiſtat. vt mori timu
erit. qui omnem ab apoſtolis timorem mortis ex-
pellens ad gloriam eos ſit martirij adhortatus. qđ
enim ipſe in mortis ſacramento doluiſſe exiſtiman
dus ē. qui pro ſe morientibus vitam rependit. De
inde quem dolorem mortis timeret. poteſtatis ſue
libertate moriturus. Si etiam paſſio honorificatu
ra eum erat. quomodo triſtem eū metus paſſionis
effecerat. ¶ Hila. Quia ergo meſtū dominū fuiſſe
legimus. cauſas meſtitie reperiam⁹. ad monuerat
ſuperius omnes ſcandalizandos. Petrum etiā do
minus ter negaturū eſſe reſpondit. aſſumptiſq; eo.
& iacobo. & iohanne cepit triſtis eſſe. ergo non an-
te triſtis eſt quam aſſumit. ſed omnis metus illis
eſſe cepit aſſumptis. Atq; ita non de ſe orta ē. ſed
de eis quos aſſumpſerat. meſtitudo. ¶ Hieronim⁹
Contriſtabatur ergo dominus non timore patien
di qui ad hoc venerat. vt pateretur. & petrum te-
meritatis arguerat. ſed propter infideliſſimū Iu-
dam. & ſcandalum omnium apoſtoloꝝ. & reiecti
onem populi iudeorum. & euerſionem miſere hie
ruſalem. ¶ Damaſcenus. in libro tercio. Vel ali
ter. Omnia que de non ente ad eſſe deducta ſunt. a
ꝯditore exñdi naturalit deſideriū habēt. & nō exi-
ſtē naturalit fugiūt. & deus igitur vbum homo fa
ct⁹ ē. habuit hoc deſideriū qđ deſiderauit eſcā &
potū & ſomnū. qbꝰ. ſ. ꝯſuat vita deſiderās. & natu
ralit ī experientia hoꝝ fact⁹. & econtrario corrupti
onū amotionē. Vñ & tpe paſſionis q̄ volūtarie ſu
ſtinuit. habuit mortis timorē naturalē & triſticiā ē

enim timor naturalis aīa volens diuidi a corpore.
Propter eā q̄ ex principio a cōditore impoſita eſt
naturalem familiaritatē. ¶ Hie. Dominꝰ gͦ nr̄ vt
veritatem aſſumpti probaret hoīs. vere q̄dem cō
triſtatus ē. Sed ne paſſio ī animo illius dominare
tur. per paſſionem cepit contriſtari. aliud ē em̄ cō-
triſtari. & aliud incipere contriſtari. ¶ Remigiꝰ
Deſtruuntur autem in hoc loco manichei. qui dix
erunt illum phantaſticum corpus aſſumpſiſſe. ni-
hilominus & illi qui dixerunt eū veram animā n̄
habuiſſe. ſed loco anime diuinitatem. ¶ Auguſti
nus in libro. lxxxiij queſtionū Huiuſmodi enim
euāgeliſtarum narrationes per quas chriſtum &
natum de beata v̇gine maria cognouimus. & com
prehenſum a iudeis. & flagellatum & crucifixum
atq; interfectum & ſepultum in monumento. que
omnia intelligere ſine corpore nemo poteſt facta.
nec figurate accipienda quiſq̄ꝫ vel clementiſſimus
dixerit. Cum dicta ſint ab eis qui res geſtas vt
meminerant. narrauerunt. Sic ergo iſti corpus
eum habuiſſe teſtantur. Sicut & eum habuiſſe in-
dicāt animam. affectiones ille que non poſſunt eē
niſi in anima. quas nihilominus eiſdē euangeliſtis
narrātibus legimus. Et miratus eſt iheſus & iratꝰ
& cōtriſtatus. ¶ Amb. ſuper lucā. Cum ergo in
euangelio iſta referūtur. nō falſo vtiq; referunt̄.
verū ille hos motus certiſſime diſpenſationis gra-
tia. ita cum voluit ſuſcepit aīo humano. vt cū vo
luit factꝰ eſt homo. Habemꝰ quidē & nos huiuſ-
modi affectus ex humane conditionis infirmitate
Non autem ita dominus iheſus cuius īfirmitas fu
it ex poteſtate. ¶ Damaſ. in ter. lib. Quapropter
naturales noſtre paſſioēs ſecūdum naturā & ſupra
naturā fuerūt in chriſto. Secundū naturam em̄ qꝛ
permittebat carni pati que propria. Super naturā
autem. quia nō precedebāt in eo voluntatem natu-
ralia. Nihil em̄ coactū in chriſto cōſideratur. ſed om
nia voluntaria. Volens em̄ eſuriuit. volens timu-
it & contriſtatus eſt. Et ideo de manifeſtatione tri
ſticie ſubdit̄. Tunc ait illis triſtis ē anima mea vſ
q; ad mortem. ¶ Ambro. ſuper lucā. Triſtis autē
eſt. nō ipſe. ſed aīa. Non enim triſtis ſapiencia. nō
diuina ſubſtancia. ſed anima. Suſcepit enim
animam meam. ſuſcepit corpus meum. ¶ Hiero.
Non autē propter mortem. ſed vſq; ad mortē dici-
tur cōtriſtatꝰ. donec apoſtolos ſua liberet paſſiōe.
Dicāt qui irrationabilē iheſū ſumpſiſſe animam ſu
ſpicantur. quomodo contriſtet̄ & nouerit tp̄us tri
ſticie. Quāuis em̄ & bruta mereāt aīalia. tamē non
nouerūt. nec cauſas neq; tpꝰ vſq; ad q̄d debeāt cō
triſtari. ¶ Ori. Vel alit̄. Triſtis ē anima mea vſ
q; ad mortē. Quaſi dicēt. Triſtis cepta ē ī me. non
ſemp. ſ; vſq; ad tpꝰ mortis. vt cū mortuꝰ fuero pec
cato. moriar & vniuerſe triſticie. cꝰ principiū tan
tum fuit ī me. Seq̄t̄. Suſtīete hic & vigilate me
cū. ac ſi dicat. Ceteros q̄s iuſſi ſedere ibi q̄ſi īfir-
miores ab agone iſto ſuās eos ſecuros. Vos aūt q̄
firmiores adduxi. vt collaboretis mecū ī vigilijs
& orationibus. Tamen & vos manete hic vt vnuſ
quiſq; in gradu ſue vocationis conſiſtat. quoniam
omnis gratia quamuis fuerit magna habet ſuperi
orem. ¶ Hieronimus. Vel nō a ſomno prohibet
cuius tempus nō erat imminente diſcrimine. ſed a
ſōno ī fidelitis & torpore mētis Textus
¶ Et progreſſꝰ puſillum procidit ī faciem ſuā o
rans & dicēs. Mi pat̄ ſi poſſibile eſt tranſeat a me
calix iſte. Veruntamen nō ſicut ego volo ſed ſicut
tu. Et venit ad diſcipulos ſuos & inuenit eos dormi
entes. Et dicit petro. ſic nō potuiſtis vna hora vi-
gilare mecū! Vigilate & orate vt non intretis in
tēptationem. Spiritꝰ quidem promptus eſt caro
autem infirma. Iterū ſecundo abijt & orauit dicēs.
Pater mi ſi nō poteſt hic calix trāſire a me niſi bi-
bam illum. fiat voluntas tua. Et venit iterum &
inuenit eos dormiētes. Erant em̄ oculi eorum gra-
uati. Et relictis illis iterū abijt. Et orauit tercio
eundem ſmonem dicens. ¶ Origen. Petrum ma-
gis de ſe confidentem & alios adduxit. vt videant
cadentem in faciem. & diſcant n̄ magna ſed humi-
lia de ſe ſapere. nec veloces eē ad promittendum. ſ;
ſolliciti ad orandū & ideo dicitur. Et progreſſꝰ pu
ſillum. Nolebat em̄ longe fieri ab eis ſed iuxta eos
conſtitutus orare. Et qui dixerat. Diſcite a me
quia mitis ſū & humilis corde. laudabilit̄ ſe humi
lians cadit ī faciem. Vnde ſequit̄. Procidit in fa
ciem ſuam orans & dicēs. Mi pater ſi poſſibile eſt.
trāſeat a me calix iſte. Manifeſtꝰ aūt ī oratione ſua
deuotionem quaſi dilectꝰ & placens diſpoſitionibꝰ
patris. addidit. Verūtamē nō ſicut ego volo. ſed ſi
cut tu. Docens vt nō oremus fieri noſtram volun-
tatē. ſed dei. Secūdum aūt q̄ꝫ cepit pauere & tri-
ſtari ſecūdū hoc orat calicem paſſionis tranſire. &
non ſicut ipſe vult. ſed ſicut. pater. hoc eſt. non ſe
cundum ſubſtanciam eius diuinam & impaſſibilē
ſed ſecūdum naturam humanam & infirmam. ſuſ-
cipens enim naturam carnis humane omnes pro-
prietates impleuit vt. nō ī phantaſia habuiſſe car
nem eſtimaretur. ſed ī veritate. Proprium eſt au
tem hominis fidelis primum quidem nolle pati ali
quid doloris maxime quod ducit vſq; ad mortem
quia homo carnalis eſt. Si autem ſic voluerit deꝰ
acquieſcere. quia fidelis eſt. Nam ſicut multum cō
fidere n̄ debemꝰ ne nr̄am v̇tutē videamur ꝓfiteri.
ſic diffidere nō debemus. ne dei adiutoris nr̄i impo
tēciā videamur ꝓnūciare. Notādū ē aūt q̄m mācꝰ q̄
dē & lucas hoc ip̄m ſcripſert. Iohānes aūt orātē ihe
ſū vt trāſiret ab eo calix n̄ ītroducit q̄m hij magis
ſcd̄m huānā naturā eiꝰ exponūt d̄ eo q̄ꝫ ſcd̄m diui
nā. Iohānes aūt magis ſcd̄m diuinā. Alit̄ aūt ih̄s vi
dēs q̄lia erāt iudei paſſuri petētes eū ad mortē. dice-
bat. pr̄ ſi poſſibile ē. trāſeat a me calix iſte. ¶ Hie.
Vnde ſignanter dicit calix iſte. hoc eſt populi iu-
deorū. qui excuſationem ignorancie habere nō poſ
ſūt. ſi me occiderit. habētes legē & ꝓphetas qui me

vaticinatur. Origenes. Rurſus videns quanta vtilitas totius mundi eēt futura. per paſſionem ipſius dicebat. Sed nō ſicut ego volo. ſed ſicut tu id eſt ſi poſſibile eſt vt ſine paſſione mea omīa iſta bona proueniant que p paſſionem meam ſunt prouentura. tranſeat paſſio hec a me. vt & mūdus ſaluetur & iudei in paſſione mea nō pereant. Si autē ſine perditione quorundam multorum ſalus nō poteſt introduci. quantum ad iuſticiam tuam tranſeat. Calicem autem hunc qui bibitur ī multis locis nominat ſcriptura. Bibit autē calicem totum qui patitur pro teſtimonio quicquid fuerit ei illatum. Effūdit autē accipiens qui denegat. ne aliquid paciatur. Auguſtin9. Et ne quis eum putaret patris minuiſſe poteſtatem. nō dixit. Si facere poteſt ſed ſi fieri poteſt. vel ſi poſſibile eſt. ac ſi diceret. ſi vis. fieri enim poteſt quod ille voluerit. Unde & lucas hoc ipſum planius intimauit. Non enim ait ſi fieri poteſt. ſed ſi vis. Hilarius. Uel aliter. nō ait. tranſeat a me calix iſte. hec enim eſſet pro ſe timentis oratio. Quod autem vt a ſe tranſeat. rogat nō vt ipſe pretereatur. orat ſed vt ī alterum illud quod ad ſe trāſit accedat. Totus igitur ſupra eos qui paſſuri erant met9 eſt. atq3 ideo pro his orat qui paſſuri poſt ſe erant. dicens. Tranſeat calix a me id eſt quomodo a me bibitur. ita ab his bibatur ſine ſpei diffidencia. ſine ſenſu doloris. ſine metu mortis. Ideo autē ait. ſi poſſibile eſt. quia carni & ſanguini horum terror eſt. & difficile eſt eorum acerbitate corpora nō vinci humana. Quod autem ait. Non ſicut ego volo. ſed ſicut tu. vellet quidem eos non pati. ne forte in paſſione diffidant. ſi cohereditatis ſue gloriā ſine paſſionis ſue difficultate mereantur. Non ergo vt non patiantur. rogat dicens. Non vt ego volo. ſed vt tu. ait eo qđ pat' vult vt bibendi calicis ī eos ex ipſo tranſeat fortitudo quia ex voluntate patris. nō tam per chriſtum vici diabolum quam etiam per eius diſcipulos oportebat. Auguſtinus. Hic igitur chriſtus hominem gerens oſtendit priuatā quandam hominis voluntatem. In qua & ſuā & noſtram figurauit. qui caput noſtrum eſt. cum dicit. Tranſeat a me. Hec eñi erat humana voluntas proprium aliquid tanq̄ priuatum volens. ſed quia rectum vult eſſe hominem & ad deū dirigi. ſubdit. Ueruntamen non ſicut ego volo. ſed ſicut tu. Ac ſi diceret. Uide te in me quia potes aliquid ꝓprium velle & ſi deus aliud velit concedit' hoc humane fragilitati. Hec vox capitis. ſalus eſt totius corporis. Leo papa. Hec vox oēs fideles iſtruxit. omnes cōfeſſores accendit omēs martires coronauit. Nam q̄s mūdi odia quis temptationum turbines? quis poſſet pſecutorum ſuperare terrores? niſi chriſt9 ī omnibus & p oībꝰ patri diceret. fiat volūtas tua. Diſcat igit' hāc vocē oēs eccle filij. vt cū aduerſitas violēt alic9 tēptatiōis īcubit. ſepato tiore formidis. accipiat toleraciā paſſiōis. Ori. Puſillū aūt pgrediēte ihū ab eis. nec vna hora potuerūt vigilare eo abſente. Propt' qđ orem9 vt nec modicū aliqñ ihū pgredi aūt. Seqt'. Et venit ad diſcipl'os ſuos & īuenit eos dormiētes. Chri. Quia tēp9 itēpeſte noctis erat. & oculi eorum a triſticia erant grauati. Hilarius. Poſtquam ergo ad diſcipulos redit & dormiētes deprehendit. Petrum arguit. Unde ſequitur. Et dicit petro. ſic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Petrum ideo ex tribus arguit. quia pre ceteris non ſe ſcandalizandum fuerat gloriatus. Chriſoſtomus ī homelia. Sed quia & alij idē dixerunt. omnium etiam infirmitatem arguit. Qui enim mori ſimul cum chriſto elegerant. neq3 ſimul cum eo potuerunt vigilare. Origenes. Inueniens autem eos dormientes ſuſcitat verbo ad audiendum. & precipit vigilare. dicens. Uigilate & orate ne intretis in temptationem. vt primum vigilemus & ſic vigilantes oremus. Uigilat qui facit opera bona & qui ſollicite agit ne in aliquod tenebroſum dogma īcurrat ſic enim vigilantis exauditur oratio. Hiero. Impoſſibile ē humanā aīāz ñ tēptari. Ergo non ait. Uigilate & orate ne temptemini. ſed ne intretis in temptationem. hoc eſt ne vos. temptatio ſuperet. Hilarius. Cur autē ne in temptationem venirent admonere eos voluiſſet orare. oſtendit dicens. Spiritus quidem prompt9 eſt. caro autem infirma. Non enim de ſe hoc dicit. ad eos enim hic ſmo conuerſus ē. Hieronimus. Hoc autem eſt aduerſus temerarios. qui quod crediderint. putant ſe poſſe conſequi. Itaq3 quantum de ardore mentis confidimus. tantum de fragilitate carnis timeamus. Origenes. Hic conſiderandum eſt. vtrum ſicut omnium caro infirma eſt. ſic omniū ſpiritus promptus eſt. An omnium quidē caro infirma eſt. nō autem & omnium hominum ſpiritus promptus eſt. ſed tantū ſāctorum. infidelium autem & ſpiritus ſegnis eſt & caro infirma. Eſt autē & alio modo caro infirma eorū ſolum quorum ſpiritus promptus eſt. qui cum ſpiritu prompto opera carnis mortificāt. Hos ergo vult vigilare & orare. vt nō intrent in tēptationem. quoniā qui ſpiritalior eſt. ſollicitior debet eſſe. ne magnum bonum ipſius grauem habeat lapſum. Remigius. Uel aliter. his vbis oſtendit ſe veram carnem ex virgine ſumpſiſſe. & veram animā habuiſſe. Unde & nūc dicit ſpiritū ſuum promptum eſſe ad patiendum. carnem vero infirmam timere dolorem paſſionis. Seqt'. Iterū ſcđo abijt & orauit. dicēs. Pat' mi ſi ñ pt calix iſte trāſiē niſi bibā illū. fiat volūtas tua. Ori. Eſtio qđ calix ille paſſiōis ōnino a ihū fuerat trāſitur9. ſꝫ cū diferētia. vt ſi qđē biberet eū & ab ipo trāſiret. p9 modū ab vniuerſo genē hoim. Si aūt ñ biberet eū. ab ipo qđē forſitā trāſiret ab hoībꝫ aūt ñ trāſiret. Hūc ḡ calicē paſſiōis volebat qđē a ſe trāſire. ſic vt oīno neq3 guſtaret amaritudinē eius ſi tñ poſſibile eēt. qtū ad iuſticiā dī. Si aūt ñ poterat fieri magis volebat vt ſumeret eū & ſic trāſiret

ab eo & ab vniuerſo hominum genere. ſꝫ vt cōtra voluntatem paternam bibitionem eius effugeret. ¶ Chriſoſtom⁹. in homelia. Qꝫ quidem ſecundo vel tercio orat. ex affectu ſcilicet humane infirmitatis quo mortem timebat. certificat ꝙ vere fact⁹ eſt homo. Secūdo em̄ vel tercio aliquid fieri eſt maxime demonſtratiuum ī ſcripturis. Vñ ioſeph dixit pharaoni. Qꝫ vidiſtis ſcdo ad eandē rem ptinens. ſomnij firmitatis iudiciū eſt. ¶ Hieronim⁹. Vel aliter. Secūdo orat. vt ſi ninive ideſt gentilitas aliſ ſaluari nō poteſt niſi aruerit cucurbita. i. iudea. fiat volūtas pr̄is. q̄ ñ ē cōtraria filij volūtati dicēte ipo per ꝓphetā vt facerem volūtatē tuā deus me⁹ volui. ¶ Hila. Vel aliſ paſſuris diſcipl'is oēz in ſe corporis nr̄i īfirmitatē aſſūpſit. cruciq; ſecum vniuerſa quib⁹ infirmamur affixit & ideo trāſire ab eo calix non poteſt. niſi illū bibat. quia pati niſi ex ei⁹ paſſione nō poſſum⁹. ¶ Hiero. Chriſt⁹ ſolus orat ꝓ omnib⁹. ſicut & ſolus patitur ꝓ vniuerſis. Sequitᷣ ei. Et venit iterum & inuenit eos dormientes. Erant em̄ oculi eorum grauati. Langueſcebant enim & opprimebantur apoſtolorum oculi negatione vicina. ¶ Origenes. Puto enim non tantum corporū oculi ſꝫ animarum grauati erant. Nondum erat eis ſpiritus datus. vnde non eos reprehendit. ſed vadens iterum orauit. docens vt nō deficiamus. ſed permaneamus ī oratione. donec impetremus ea que poſtulare iam cepimus. Vnde ſequitur. Et relictis illis iterum abijt. & orauit tercio eundem ſermonem dicens. ¶ Hieroni. Tercio autem orauit vt in ore duorum vel trium teſtium ſtaret omne verbum. ¶ Rabanus. Vel ideo trib⁹ vicibus domin⁹ orauit. vt nos a peccatis preteritis veniā. & preſentibus mali tutelam & futuris periculis cautelam oremus. & vt omnem orationē ad patrem & ad filiū & ad ſpiritū ſanctum dirigamus. & vt integer ſpiritus noſter & anima & corpus ſeruetur. ¶ Aug⁹. de queſtioni. euangeliſta. Non abſurde etiam intelligitur ꝓpter trinam temptationem paſſionis ter dominū oraſſe. Sicut enim temptatio cupiditatis trina eſt. ita temptatio timoris trina eſt. Cupiditati que incurioſitate eſt. opponitur timor mortis. ſicut enim in illa cognoſcendarum rerum eſt auiditas. ita & ī iſta metus amittēde talis noticie. Cupiditati vero honoris vel laudis opponitur timor ignominie & cotumeliarū. Cupiditati autem voluptatis opponiſ timor doloris. ¶ Remi. Vel ter orat ꝓ apl'is & maxīe ꝓ petro qui ter erat eum negaturus. Textus

¶ Tunc venit ad diſcipulos ſuos & ait illis. Dormite iam & requieſcite. Ecce appropinquauit hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. ſurgite eamus. ecce appropinquauit qui me tradet. ¶ Hilarius. Poſt orōnem frequentē poſt diſcurſus recurſuſq; multiplices metum demit. ſecuritatē reddit. In reqē adhortaſ. Vñ dr̄. Tūc veīt ad diſ ſuos & ait illis dor. iā & requi. ¶ Chriſ. ī home.

Et q̄d̄ tē vigilare oportebat. ſ hec dixit vt oñderet q̄m̄ neq; viſū poſſent ferre futurorū malorū & q̄m̄ eorꝝ ñ īdigz auxilio & q̄m̄ oīno tradi eū oportebat. ¶ Hila. Vel hoc dicit. qꝛ voluntatē pr̄is de diſcipl'is iā ſecur⁹ expectabat. de q̄ dixerat fiat volūtas tua. q̄. ſ. trāſituꝝ ī nos calicē bibēs īfirmitatem corporis nr̄i & tiōris ſollicitudinē & ipſū dolorē mortis abſorbuit. ¶ Ori. Vel ñ ē ille ipe ſōn⁹ quē iubet nūc diſcipl'os ſuos dormire. & ille qui eis ſuperius ſcribitur contigiſſe. Illic enim dormiētes inuenit. nō requieſcentes. ſed grauatos oculos habentes. Nunc autem precepit eis non ſimpliciter dormire. ſed cum requie. vt ordo ſeruetur. vt primū quidem vigilemus orantes vt non intremus ī temptationem vt poſtea dormiamus. & requieſcamus vt cum aliquis inuenerit locum domino. tabernaculum deo iacob. aſcendat ſupra lectum ſtratus ſui & det ſomnum oculis ſuis. Forſitan autem & anima non potens ſemper ſufferre labores quaſi incarnata remiſſiones aliquas ſine reprehenſione conſequetur. que moraliter dormitiones dicuntur. vt vſq; aliquantum temporis habens remiſſionem renouata reſuſciteſ. ¶ Hilarius. Quod autē ad eos reuertens. dormienteſq; reperiens primū reuerſus obiurgat. ſecundo ſilet. tertio quieſcere iubet. ratio iſta eſt. ꝙ primum poſt reſurrectionem diſperſos eos & diffidentes ac trepidos rep̄hendit. Secundo omiſſo ſpiritu paraclito grauatis ad contuendam euāgelij libertatem oculis viſitauit. Nam aliquā diu legis amore detenti. quodam fidei ſomno occupati ſūt. Tercio vero. i. claritatis ſue reditu ſecuritati eos quietiq; reſtituet. ¶ Origenes. Poſtquā autem reſuſcitauit eos a ſomno. videns in ſpiritu appropinquantem iudam traditorem. qui nondum videbatur a diſcipulis eius. dicit ecce appinquauit hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. ¶ Chriſoſtom⁹. in homelia. Per hoc autem ꝙ dicit. Appropinquauit hora. oſtendit quoniam diuine diſpoſitionis erat quod gerebatur. Per hoc autem ꝙ dicit. In manus peccatorum demonſtrat quoniam illorum nequitie hoc opus erat. nō ꝙ ipe delicto eſſet obnoxius. ¶ Orige. Sed & nūc ī man⁹ peccatoꝝ tradiſ iheſus quādo hij qui videſ iheſum credere habet eū in manib⁹ ſuis cū ſint peccatores. Sed & q̄tieſcūq; iuſt⁹ habēs ī ſe ih̄m ī poteſtate fact⁹ fuerit peccatoꝝ. Ih̄s ē tradit⁹ ī man⁹ peccatorū. ¶ Hiero. Poſt ꝙ g̃ t'cio orauerat & apoſtolorū timorē ſequētē penitētia īpetrauerat corrigendū. ſecur⁹ de paſſiōe ſua pgit ad pſecutores. & vltro ſe ad īterficiendū prebet. Vnde ſequitur. Surgite eam⁹. q̄ſi diceret. Nō vos īueniāt q̄ſi timētes. vltro pgam⁹ ad mortē. vt cōfidentiā & gaudiū paſſuri videant. Sequitᷣ em̄. Ecce appropinq̄uit. qui me tradet. ¶ Orige. nō dicit appropinquit mihi nec em̄ ipſi appropinquabat traditor ei⁹ qui ſe elōgauerat pct̄is ſuis ab eo. ¶ Aug⁹. de concordan. euā. Videſ at hic ſmo ſcd̄m mat ſibiipſi eſſe

contrarius · Quomodo enim dixit · Dormite iam
& requieſcite · cum connectat · Surgite eamus ·
qua velut repugnãtia quidam commoti conantur
ita pronuncciare quod dictum eſt · Dormite iam
& requieſcite tamquam ab exprobrante · non · a
permittente ſit dictum · quod recte fieret ſi eſſet ne-
ceſſe · Cum vero marcus ita conmemorauerit · vt
cum dixiſſet · Dormite iam & requieſcite · adiun-
gens · ſufficit · Et deinde inferret · Venit hora · Ecce
tradetur filius hominis · vtiqꝫ intelligitur poſt illud
ꝙ eis dictum eſt · Dormite iam & requieſcite · ſi-
luiſſe dominum aliquantum · vt hoc fieret · quod ꝑ-
miſerat · Et tunc intuliſſe · Ecce appropinquauit ho-
ra · Propter quod ſecundum marcum poſitum eſt ·
Sufficit id eſt ꝙ iam requieſtitis · Textus
¶ Adhuc eo loquente · Ecce iudas vnus de duode-
cim venit & cum eo turba multa cum gladiis & fu-
ſtibus · miſſi a principibus ſacerdotum & ſeniori-
bus populi · Qui autem tradidit eum · dedit eis ſig-
num · dicens · Quemcumqꝫ oſculatus fuero · ipſe eſt ·
tenete eum · Et confeſtim accedens ad iheſum · dix-
it · Aue rabbi · & oſculatus eſt eum · Dixitqꝫ illi ihe-
ſus · Amice ad quid veniſti ! Tunc acceſſerunt &
manus iniecerunt in iheſum · & tenuerunt eum ·
¶ Gloſa · Quia ſuperius dictum eſt ꝙ dominus
vltro ſe perſecutoribus exhibebat · Conſequenter ·
Euangeliſta oſtendit · quomodo ſit a perſecutori-
bus detentus · Vnde dicit · Adhuc eo loquente ec-
ce iudas vnus de duodecim venit · ¶ Remigius ·
Vnus videlicet numero non merito · Hoc autem
dixit ad oſtendendum immane facinus illius qui
de apoſtolica dignitate factus fuerat proditor · Se-
quitur · Et cum eo turba multa cum gladiis & fu-
ſtibus · Vt autem oſtenderet euangeliſta inuidẽ-
tie cauſa illum deprehenſum · ſubiũgit · Miſſi a prĩ-
cipibus ſacerdotum & ſenioribus populi · ¶ Ori-
genes · Poteſt dicere aliquis quoniã propter mul-
titudinem eorum qui iam crediderant multi venerũt
aduerſus eũ timẽtes ne multitudo credentiũ de ma-
nibus eorum tollerent eum · Ego autem eſtimo eti-
am alteram cauſam · quoniam qui putabãt in beel-
zebub eicere ſolere demonia · arbitrabantur eum
ex quibuſdã maleficiis poſſe effugere de medio vo-
lentium eum tenere · Multi etiam nunc ſpirita-
libus gladiis militant contra iheſum variis ſcilicꝫ
& diuerſis de deo dogmatibus · Sequitur · Qui au-
tem tradidit eum dedit eis ſignum · dicens · Quem-
cumqꝫ oſculatꝰ fuero · ipſe eſt tenete eum · Dignũ
eſt autem quare · cum ſecundum faciem notus eſ-
ſet omnibus habitantibus in iudea · q̃rere q̃ſi non
cognoſcentibus effigiem eiꝰ · dedit eis ſignum ! Ve-
nit autem traditio talis de eo ad nos · quoniam non
ſolum due forme in eo fuerunt vna ſecundum quã
eum omnes videbant · altera ſecundum quam trãſ-
figuratus eſt coram diſcipulis in monte · ſed etiam
vnicuiqꝫ apparebat ſecundum ꝙ fuerat dignus · ſi-
cut & de maria ſcriptum eſt ꝙ habet ſaporem ad
omnem vſum conuenientem · & verbum dei non ſi-
militer cunctis apparet · Propter huiuſmodi ergo
transfigurationes eius ſigno indigebãt · ¶ Chriſ ·
in homelia · Vel ideo ſignum eis dedit · quia mul-
totiens detentus ab ipſis pertranſiit · neſcientibus
eis · Quod & tunc factum eſſet · ſi ipſe voluiſſet · Se-
quitur · Et cõfeſtim accedẽs ad iheſum · dixit · Aue
rabbi · & oſculatus eſt eum · ¶ Rabanꝰ · Suſcipit
dominus oſculum traditoris · nõ ꝙ ſimulare nos do-
ceat · ſed ne proditionem fugere videatur · ¶ Ori-
genes · Si autem aliquis querat · Cur oſculo iudas
tradidit iheſũ ! ſecundum quoſdam quidem voluit
reuerenciam ad magiſtrum ſeruare · non audens
manifeſte in eum irruere · Secundum alios autem
hoc fecit · timens ne ſi forte ſe maĩfeſtũ aduerſariũ
prebuiſſet · ipſe ei fieret cauſa euaſionis · cum poſſet
ſecundum opinionem eiꝰ effugere & facere ſe impe-
ruiũ · Ego autem puto ꝙ omnes proditores verita-
tis amare veritatem fingentes · oſculo ſigno vtun-
tur · Omnes etiã heretici ſicut & iudas iheſu dicũt
rabbi · Iheſus autẽ placabilia reſpondet · Vnde ſeq-
tur · Dixitqꝫ illi iheſus · amice ad quid veniſti · Di-
cit autem amice improperans ſimulationẽ · hoc enĩ
nomine neminem bonorum in ſcripturis cognoſci-
mus appellatum · ad malum enim dicitᷣ · Amice quo-
modo huc intraſti ! Amice non facio tibi iniuriam ·
¶ Augꝰ · in ſer · de paſ · Dicit autem · Ad quid ve-
niſti · tamq̃ꝫ diceret · oſcularis & inſidiaris · noui q̃-
re veneris · amicũ fingis cũ ꝓditor ſis · ¶ Remi ·
Siue amice · ad quid veniſti · hoc fac ſubĩtelligitur
Seq̃tᷣ · Tũc acceſſerũt & manꝰ ĩiecerũt ĩ ihm & te-
nuerũt eũ · Tũc ſcꝫ qñ ipſe ꝑmiſit · Freq̃ẽtᷣ ei volu-
erũt · ſꝫ nõ potuerũt · Exulta xpiane ĩ cõmertio ini-
micoꝝ tuoꝝ viciſti · quod iudas vẽdidit · & qđ iu-
deus emit · tu acquiſiſti · Textus
¶ Et ecce vnꝰ ex his q̃ erãt cũ ihu · extẽdẽs manũ ·
exemit gladiũ ſuũ & ꝑcutiẽs ſuũ ꝑncipis ſacdotũ
ãputauit auriculã eiꝰ · tũc ait illi ihs · Cõuerte gla-
diũ tuũ ĩ locũ ſuũ · Oẽs eĩ q̃ accepit gladiũ gladio
ꝑibunt · an putas quia nõ poſſum rogare patrẽ me-
um · & exhibebit mihi modo pluſq̃ꝫ · xii · legiões an-
gelorũ ! Quomõ ergo implebuntur ſcripture ! quia
ſic oportuit fieri · ¶ Chriſ · in homelia · Sicut lucas
refert · dñs in cena diſcipulis dixerat · Qui habet ſa-
culũ tollat · ſimilitᷣ & perã · & q̃ ñ habꝫ · vẽdat tuĩcã
ſuã · & emat gladiũ · & diſcipl'i rñderũt · Ecce gladii
duo hic · Cõueiẽs aũt erat illic gladioꝝ eẽ ꝓptᷣ agnũ
ſcꝫ paſchalẽ · quẽ ꝯmederãt · Audiẽtes ꝗꝫ qm̃ veirẽt
ꝑſecutores ad xp̃m capiendũ · a cena exeũtes · gla-
diũ ſũpſerũt ĩ auxiliũ aduerſꝰ ꝑſecutores q̃i ꝓ ma-
giſtro ꝓliaturi · Vñ hic dr̃ · Et ecce vnꝰ ex his qui
erãt cũ ihu extẽdẽs manũ exeĩt gladiũ ſuũ · ¶ Hie-
ro · In alio euãgelio · ſcriptũ ẽ ꝙ petrus hoc fecerit
eodem ardore quo & cetera fecit · Vnde ſequitur ·
Et percutiens ſeruum principis ſacerdotum am-
putauit auriculam eius · Seruus principis ſacer-
dotũ malchus appellatᷣ · auricula quoqꝫ que ãputatᷣ

dextera eſt · tranſitorie dicendum eſt ꝙ malchus id
eſt rex quondam populi iudeoꝝ · ſeruus factus eſt
impietatis & deuorationis ſacerdotum · Dextram
ꝙ ꝑdidit auriculã vt littere veritatẽ audiat ĩ ſini-
ſtram · ¶ Orige · Nam ſi videñt legẽ audire modo
cũ ſiniſtro auditu audiũt vmbram traditionis de
lege non veritatem · Populus autẽ ex gentibus ſi-
gnificat⁹ per petrum · per hoc ipſum qᵭ crediderũt
in chriſtum · facti ſunt cauſa vt precideretur iudeo-
rum auditio dextera · ¶ Rabanus · Vel petrus nõ
tollit audientibus intelligendi ſenſum · ſed diuino
ablato iudicio negligentibus pandit · verũ eadem
dextera auris in his qui ex eodem populo crediderũt
diuina pietate priſtino reſtituta ẽ officio · ¶ Hila
rius · Vel aliť · Seruo principis ſacerdotum auri
cula ab apoſtolo deſecatur · populo ſcilicet ſacerdo
tio ſeruienti · per chriſti diſcipulũ in obediens au-
ditus exciditur · & ad capacitatẽ veritatis hoc qᵭ
erat non audiens · amputatur · ¶ Leo papa · in ſer ·
de paſ · Dominus autem zelãtis apoſtoli piũm mo
tum progredi vltra non patitur · Vnde ſequitur ·
Tunc ait illi iheſus · Conuerte gladium tuum in
locum ſuum · Contra ſacramentum erit religionis
noſtre · vt qui mori pro omnibus venerat · capi nol
let · Dat ergo in ſe furentibus licentiam ſeuiendi ·
ne dilato glorioſe crucis triũpho & dominatio dia-
bolica fieret longior · & captiuitas humana diutur
nior · ¶ Raba · Oportuit etiam vt actor gracie fi
deles patientiam ſuo exemplo doceret · & potius ad
ſuſtinendum fortiter aduerſa inſtrueret · q̃ͣ ad vin
dicandum prouocaret · ¶ Chriſoſtomus · in home
lia · Ad hoc autem vt populo perſuaderetur · cõmi
nationem addit · dicens · Omnes eñ qui acceperint
gladiũ gladio peribũt · ¶ Auguſtinus · contra fau
ſtum · Id eſt omnis q̃ vſus fuerit gladio · Ille autẽ
vtiť gladio q̃ nulla ſuperioritate aut legittima po
teſtate vel iubente · vel concedente · in ſãguinem ali
cuius armatur · Nam vtiq; dominus iuſſerat · vt fer
rũ diſcipli ei⁹ ferrẽt · ſ; ñ iuſſerat vt ferirẽt · Quid g̃
ĩdignũ ſi petrus poſt hoc peccatum factus eſt pa-
ſtor eccleſie · ſicut moiſes poſt percuſſum egiptium
factus eſt rector ſinagoge · Vterq; eñ non deteſta
bili ĩmanitate · ſed emendabili animoſitate regulã
exceſſit · vterq; odio ĩprobitatis aliene · ſed ille fra
terno iſte dominico licet adhuc carnali tamen amo
re peccauit · ¶ Hilarius · Sed non omibus gladio
vtentibus mors ſolet eſſe per gladium nam plures
aut febris · aut alius accidens caſus abſũit qui gla
dio aut iuditij officio aut reſiſtendi latronibus ne-
ceſſitate ſunt vſi · Et ſi ſecundum ſententiam eius
omnis gladio vtens · gladio perimeretur · recte
ad necẽ eorum gladius eximebatur · qui eodem vte
bantur ad facinus · ¶ Hieroni · Quo ergo gladio pe
ribit quicunq; gladium ſuꝑſerit · Illo nempe qui
igneus vertitur ante paradiſum · & gladio ſpiritus
qui in dei deſcribitur armatura · ¶ Hila · Recondi
ergo gladiũ ꝑcipit dñs · quia eos nõ humano · ſed

oris ſui gladio eẽt peremptur⁹ · ¶ Remi · Vel aliť ·
q̃ gladio vtitur ad occidendum hoĩem · ipſe ſue pri-
us malitie moriť gladio · ¶ Chriſ · ĩ homelia · Nõ
ſolum autẽ mitigauit diſcipulos per cõminatiõem
pene · ſed etiam oſtendendo ꝙ voluntarie hoc ſuſti-
nebat · Vnde ſequitur · An putas quia nõ poſſum
rogare patrem meũ · & exhibebit mihi modo pluſ-
q̃ͣ · xij · legiones angelorum? quia multa humane ĩ-
firmitatis oſtenderat · non videretur credibilia di-
cere · ſi dixiſſet ꝙ eos perdere poſſet · Et ideo dicit ·
An putas quia non poſſum · ¶ Hieroni · Quaſi di ·
Non indigeo duodecim apoſtolorũ auxilio · etiam
ſi omnes me defenderẽt · qui poſſum habere · xij · le-
giones angelorũ · Vna legio apud veteres ſex mi
libus hominũ complebatur · De duodecim ergo le
gionibus · lxxij · milia ãgelorum fiunt · In quot
gentes hominum lingua · diuiſa eſt · ¶ Origenes ·
Ex hoc autem demonſtratur · quoniam ſecundum
ſimilitudinem legionũ militie mũdialis · ſunt & an
gelorum legiones militie celeſtis · militantium con
tra legiones demonum · Militia enim hoĩs omnis
propter aduerſarios intelligitur cõſtituta · Non au
tem quaſi ĩdigens auxilio angelorum hoc dicebat
ſed ſecundum eſtimationem petri volentis ei auxi
lium ferre · Magis enim angeli opus habẽt auxilio
vnigeniti filij dei q̃ͣ ipſe illoꝝ · ¶ Remi · Poſſum⁹
etiã ĩtelligẽ ꝑ ãgelos romãoꝝ exercitũ · cũ tito eñ
& veſpaſiano oẽs lĩgue aduerſ⁹ iudeã ſurrexerũt &
ĩpletũ eſt · quia pugnabat pro eo orbis terrarum
contra inſenſatos · ¶ Chriſoſtomus · ĩ homelia Nõ
ſolum autem per hoc timorem diſcipulorum euacu
at · ſed etiam per hoc ꝙ ſcripturas in medium intro
ducit · dicens · Quomodo ergo implebuntur ſcriptu
re quia ſic oportet fieri? ¶ Hieronimus · Hec ſen
tentia promptum ad patiendum demonſtrat ani-
mum · ꝙ fruſtra prophete cecinerint · niſi dominus
eos vera dixiſſe ſua paſſione aſſeueret · ¶ Textus
¶ In illa hora dixit iheſus turbis · tanq̃ͣ ad latro-
nem exiſtis cum gladijs & fuſtibus comprehẽdere
me · Quottidie apud vos ſedebã in templo docẽs &
non me tenuiſtis · Hoc autem totum factum eſt · vt
adimplerentur ſcripture prophetarum · Tunc di-
ſcipuli omnes relicto eo fugierunt · At illi tenẽtes
iheſũ · duxerunt ad cayphã principem ſacerdo-
tum · vbi ſcribe & ſeniores conuenerant · Petr⁹ au
tem ſequebatur eum a longe vſq; in atrium princi
pis ſacerdotum · & ingreſſus intro · ſedebat cum mi
niſtris vt videret finem · ¶ Origenes · Poſtq̃ͣ dix
it petro · reconde gladium tuum quod eſt patientie
poſtq̃ͣ etiam auriculam reſtituit ãputatam · ſicut
alter dicit euangeliſta · quod ſumme benignitatis
initium fuerat · & diuine virtutis · ſubditur · In illa
hora dixit iheſus turbis · vt ſi preterita beneficia
non recordãtur · vel preſentia recognoſcant · Tan-
q̃ͣ ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus cõ-
prehendere me · ¶ Remigius · Ac ſi diceret · La
tronis offitiũ eſt nocere & latitare · Ego vero ne-

mini nocui. ſed plures ſanaui. & in ſinagogis ſemper docui. Et hoc ē. quod ſubditur. Quottidie apd' vos ſedebam ī templo docens & non me tenuiſtis.

¶ Hiero. Quaſi diceret. ſtultum eſt eū cū gladijs & fuſtibus querere qui vltro ſe veſtris tradet manibus. & in nocte quaſi latitantem per proditorē inueſtigare qui cottidie in templo doceat. ¶ Chriſ. in homelia. Ideo autem eum in templo non tenuerunt. quia non auſi erant propter turbā. Propterea quod & dominus foras exiuit. vt ex loco & ex tempore daret eis aptitudinem ſe capiēdi. Ex hoc ergo docet quoniam niſi voluntarius permiſiſſet. neq̄q̄ eū capere valuiſſent. Deinde euangeliſta queſtionem ſoluit. propter quid dominus capi voluit. cum ſubdit. hoc autem totū factum eſt vt adimplerent̄ ſcripture prophetarum. ¶ Hieronimus. Foderūt manus meas & pedes meos. Et alibi. Sicut ouis ad victimā duct? ē. Et ī alio loco. Ab īiq̄tatibus populi mei duct? eſt ad mortē. ¶ Remi. Quia em̄ omnes prophete predixerunt chriſti paſſionē. Ideo non poſuit fixum teſtimonium. ſed generaliter dicit impleri vaticinia omniū prophetaꝝ. ¶ Chriſoſtomus. in homelia. Diſcipuli autem qui quando detentus eſt domi? permanſerunt. quando locutus eſt hec ad turbas. fugerunt. Unde ſequitur. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. ſciebāt enim quoniam iam non erat poſſibile effugere eo ſe voluntarie illis tradente. ¶ Remigius. In hoc tamen facto demōſtatur fragilitas apoſtolorū qui enim de ardore fidei promiſerant ſe mori cū eo. nūc timore fugiunt immemores ſue promiſſionis. quod etiam videmus impleri ī his qui ꝑ amore dei magna ſe promittunt facturos. & poſtmodum non implent. Non tamen deſperare debent. ſed cū apoſtolis reſurgere. & per penitentiā reſipiſcere. ¶ Rabanus. Myſtice autem ſicut petrus qui culpam negationis pnīe lachrimis abluit. recuperationem eorum oſtēdit. qui a martirio labunt̄. ita ceteri diſcipuli fugientes cautelā fugiēdi docent eos. qui ſe minus idoneos ad tolerāda ſuplitia ſentiunt. Seq̄tur. At illi tenentes iheſum duxerunt ad chaypham principem ſacerdotum. ¶ Aug?. de q̄. euā. Sz tñ p̄mo ad annā duct? ē ſocerꝝ chayphe ſic iohānes dicit. Duct? eſt aūt ligatus cum adeſſent in illa turba tribunus & cohors. vt iohānes conmemorat. ¶ Hieronimus. Refert autē ioſeph? iſtū chaypham vnius tātum anni pontificatum pretio redemiſſe. Cum tamen moiſes deo iubente preceperit. vt pontifices patribus ſuccederent. & generationis in ſacerdotibus ſeries texeretur. Non ergo mirum ē ſi iniquus pōtifex iniqua iudicet. ¶ Rabanus. Conuenit etiam nomē actioni chaypha. i. inueſtigator vel ſagax ad implendam ſuam nequitiam vel vomens ore. quia impudens fuit ad proferendum mendatium & ad perpetrandum homicidium. Ideo autem illuc eum adduxerunt. vt cu cōſilio omnia facerent. Un̄ ſequit̄. Ubi ſcribe & ſeniores cōuenerāt. ¶ Origenes. Ubi chayphas eſt princeps ſacerdotum. illic congregantur ſcribe id ē litterati qui preſunt littere occidenti. & ſeniores n̄ in veritate. ſed in vetuſtate littere. Sequitur. Petrus autem ſequebatur eum a longe. Non em̄ poterat de ꝓximo eum ſequi. ſ; de lōginquo. nec tñ omnino recedens ab eo. ¶ Chriſ. in homeli. Multus enim erat feruor petri. qui cum alios fugientes vidiſſet. non fugit. ſed ſtetit & intrauit. Si autem & iohannes intrauit. tamē notus erat principi ſac̄dotum. Longe autem ſequebatur. quia erat dominum negaturus. Remigius. Neq; enim negare potuiſſet ſi domino proxim? adheſiſſet. Per hoc etiā ſignificatur. ꝙ petrus dominum ad paſſionem euntem erat ſecuturus ideſt imitaturus. ¶ Auguſtinus. de concordantia euangeliſtarum. Significat̄ etiam eccleſiam ſecuturam quidem hoc eſt imitaturā paſſiōes dnī ſ; lōge differēt. Eccia ei ꝓ ſe patit̄ at illi pro eccleſia. Sequitur. Et ingreſſus intro ſedebat cū miniſtris vt videt̄ finē. ¶ Hie. Uel amore diſcipuli vel humana curioſitate ſcire cupiebat quid iudicaret de domino pontifex. vtrū eum neci addiceret. an flagellis ceſū dimitteret. Textus

¶ Principes aūt ſacerdotū & omē cōſiliū q̄rebāt falſū teſtiom ꝯtra ihm vt eū morti traderēt & nō inuenērt cū multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autē venerūt duo falſi teſtes & dixerūt. hic dixit. Poſſum deſtruere templum dei & poſt triduum reedificare illud. Et ſurgens princeps ſacerdotum. ait illi. Nihil reſpondes ad ea que iſti aduerſū te teſtificantur? iheſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotū ait illi. Adiuro te per deum viuū vt dicas nobis ſi tu es chriſtus filius dei. Dixit illi ihs. Tu dixiſti. Uerūtamen dico vob. Ammō videbitis filiū hoīs ſedētē a dextris v̄tutis dei & veientē ī nubibꝫ. Tūc p̄nceps ſac̄dotū ſcidit veſtimēta ſua dicēs. Blaſphemauit. Quid adhuc egē? teſtibꝫ? Ecce nūc audiſtis blaſphemiā. Quid vob videt̄? At illi rñdētes dixerūt. Reus ē mortis. Tūc expuerūt ī faciē ei?. & colaphis eū ceciderūt. alij aūt palmas ī faciē ei dederūt. dicētes. ꝓphetiza nob xp̄e q̄s ē q̄ te ꝑcuſſit? ¶ Chriſ. ī ho. Cōgregatis p̄ncipibꝫ ſac̄dotū & tota peſtilētie cōuēticula volebāt ſuis īſidijs inditij formā īponē. Un̄ dr̄. Princeps aūt ſac̄dotū & oē cōſiliū q̄rebāt falſū teſtiom ꝯtra ihm vt eū morti traderēt. Sz ꝙ fictū erat iuditiū & oīa tumlt? & turbatiōis plena maīfeſtat̄ ꝑ hoc ꝙ ſubdit̄. Et nō īuenerūt cū mlti falſi teſtes acceſſiſet. ¶ Ori. Falſa ei teſtiōia tūc locū habēt. qñ cū colore aliq̄ proferūt̄. Sed nec color inueniebatur qui poſſet contra iheſum adiuuare mendatia. quamuis eſſent multi gratiam tribuere volentes principibus ſacerdotum. Quod maximā laudē exhibꝫ ihu. q̄ ſic oīa irreꝑhenſibilit̄ dixit. & fecit. vt nullā veriſilitudinē inueniret ī eo reꝑhenſionis & mali & multi aſtuti. Seq̄t̄. Nouiſſime aūt venerūt duo falſi teſtes & dixerūt. hic dixit. Poſ. dſtru. tē. dī & p? tri. ree. illud.

¶ Hieronim⁹ · Quomodo autem falſi teſtes ſunt·
ſi ea dicunt que dominũ dixiſſe legim⁹ · Sed fal=
ſus teſtis eſt qui non eodem ſenſu dicta intelligit·
quo dicuntur · Dominus em̃ dixerat ꝺ templo cor
poris ſui · Sed in ipſis verbis calumniant̃ · vt pau
cis additis vel mutatis · quaſi iuſtam calũniam fa
ciant · Saluator dixerat · Soluite templũ hoc iſti
conmutant & aiunt · Poſſum deſtruere templum
dei · Vos inquit ſoluite · non ego · quia illicitum ẽ
vt nobis ipſis inferamus manus · Deinde illi ver=
tunt · & poſt triduum edificare illud · vt proprie de
templo iudaico dixiſſe videretur · Dominus autẽ
vt oſtenderet animale & ſpirans templum dixerat
Et ego in triduo reſuſcitabo illud · aliud eſt edifica
re · aliud ſuſcitare · ¶ Chriſoſtomus ĩ homeli · Pꝫ
quare non attulerunt in medium accuſationem de
ſolutione ſabbati? quia multotiens eos ſuper hoc cõ
futauerat · ¶ Hieronimus · Ira autem preceps &
impatiens non inueniens calumnie locum · Excu=
tit de ſolio pontificẽ · vt veſaniã mẽtis motu corpo
ris demonſtraret · Vnde ſequitur · Et ſurgens prin
ceps ſacerdotum ait illi · Nihil reſpondes ad ea que
iſti aduerſum te teſtificantur? ¶ Chriſoſtomus·
in homelia · Hoc autem dixit volens ab eo ĩexcuſa
bilẽ reſponſionem elicere · vt ex ipſa eum caperet·
Inutilis aũt erat excuſatiõis reſponſio · nullo eã ex
audiente · Et ideo ſequitur · Iheſus autem tacebat·
Etenim ſolũ figura iuditij ibi erat · In veritate aũt
latronum erat incurſus ſicut in ſpelunca · Et ideo ſi
let · ¶ Origenes · Ex hoc autem loco diſcimus con
temnere calumniantium & falſorum teſtiũ voces·
vt nec reſponſione dignos eos habeamus · qui non
cõuenientia dicunt aduerſus nos · maxime vbi ma
ius eſt · libere & fortiter ſilere q̃ defendere ſine vl=
lo profectu · ¶ Hieronim⁹ · Sciebat enim quaſi de=
us quicquid dixiſſet torquendum ad calumniam·
Quanto ergo iheſus magis tacebat ad indignos · re
ſponſione ſua falſos teſtes & ſacerdotes impios · tã
to magis pontifex furore ſuperatus eum ad reſpon
dendum prouocat · vt ex qualibet occaſione ſermo=
nis locum inueniat accuſandi · Vnde ſequitur · Et
princeps ſac̃dotum ait illi · Adiuro te per deum vi
uum vt dicas nobꝰ ſi tu es chriſt⁹ fili⁹ dei · ¶ Ori=
genes · In lege quidem adiurandi vſum aliquotiẽs
inuenimus · Eſtimo autem quoniam nõ oportet vt
vir qui vult ſecundum euangelium viuere · adiu=
ret alterum · Si enim iurare nõ licet · nec adiurare·
Sed & qui reſpicit iheſum imperantem demonibꝰ
& poteſtatem dantẽ diſcipulis ſup demonia · dicet
ꝙ ſecundum poteſtatem datam a ſaluatore nõ eſt
adiurare demonia · Princeps autẽ ſacerdotum pec=
catum faciebat inſidians iheſu · & ideo imitabatur
ꝓriũ patrẽ · q̃ bis dubie ĩterrogauit ſaluatorẽ · Si
tu es chriſt⁹ fili⁹ dei · Vnde q̃s recte dicere poteſt
quoniã dubitare de filio dei vtꝵ ipſe ſit xp̃s opus
diaboli ẽ · Nõ decebat autẽ dñm ad adiuratõnẽ p̃n=
cipis reſpondere ſacerdotum · quaſi vim paſſum·

Propter quod nec denegauit ſe filium dei eſſe · nec
manifeſte confeſſus eſt · Vnde ſequitur · Dicit illi
iheſus · tu dixiſti · Non enim erat dign⁹ chriſti do=
ctrina · propterea non eum docet · ſed verbum oris
eius accipiens · in redargutionem ipſius cõuertit·
Sequitur · Veruntamen dico vobis · ãmodo vide=
bitis filium hominis ſedẽtem a dextris v̾tutis dei·
Videtur mihi quoniam firmitatem quandã rega
lem ſignificat ſeſſio filij hominis · Iuxta virtutem
ꝗ̃ dei · q̃ ſol⁹ eſt v̾t⁹ fũdat⁹ ẽ q̃ accepit oẽꝫ poteſta
tem a patre · ſicut in celo & in terra · Erit aũt quã
do hanc fundationem videbunt etiam aduerſarij ꝙ
a tempore diſpenſatiõis incepit impleri · Viderũt
enim eius diſcipuli eum reſurgentem a mortuis &
per hoc viderunt eum fũdatum ad dextram v̾tutis
Vel quia ſecundum longitudinem ſempiternã que
eſt apud deum a conſtitutione mundi vſqꝫ ad finẽ
eſt vn⁹ dies · Nihil ergo mirum ꝙ hic dicit ſalua=
tor · ammodo · ſpacium eſſe breuiſſimũ vſqꝫ ad finẽ
oſtendens · Et non ſolum ſedentem eum ad dextrã
virtutis viſuros prophetabat · ſed etiam venientẽ
in nubibus celi · Vnde ſequitur · Et venientem in
nubibꝰ celi · He nubes ſunt prophete & apoſtoli
chriſti · quibus mandat pluere cum oportet · & ſũt
nubes celi non tranſeuntes · quaſi portantes imagi
nẽ celeſtis · & digne ſũt vt ſint ſedes dei quaſi here
des dei & choheredes xp̃i · ¶ Hiero · Põtificẽ aũt ꝺ
ſolio ſacerdotali furor excuſſerat · eadẽ rabies ad ſci
dendum veſtes prouocat · Vnde ſequitur · Tunc
princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens·
blaſphemauit · Cõſuetudinis em̃ iudaice eſt · ꝙ cũ
aliquid blaſphemium & quaſi contra deum audi=
erint · ſcindant veſtimenta ſua · ¶ Chriſoſtomus·
in homelia · Hoc igitur fecit · vt accuſationem
redderet grauiorem · & quod verbis dicebat · factis
extolleret · ¶ Hieronimus · Per hoc autem ꝙ ſci=
dit veſtimenta ſua · oſtendit iudeos ſacerdotalẽ glo
riam perdidiſſe & vacuam ſedem habere pontificis
Dum em̃ veſtem ſibi diſcidit · ipſum quo tegebat̃
velamentum legis abrupit · ¶ Chriſoſtomus · in
home · Cũ ergo ſcidiſſet veſtimenta ſua · non fecit
ſententiã a ſeipſo ſed ab alijs eam exquirit dicẽs·
Quid vobis videtur? Sicut in confeſſis peccatis &
blaſphemia manifeſta fieri ſolet · & quaſi cogẽs &
violentiam inferens ad ſniam proferendam preue
nit auditorem · dicens · Quid adhuc egem⁹ teſtibꝰ?
Ecce nunc audiſtis blaſphemiam · Que autem fuit
illa blaſphemia? Etenim ante eis congregatis dixe
rat · Dixit dñs domino meo · ſede a dextris meis · &
interpretatus eſt eis & ſiluerunt · nec decetero con
tradixerunt · qualiter ergo nunc qꝺ dictũ eſt blaſ=
phemiam vocant? Sequitur · At illi reſpondentes
dixerũt · Reus eſt mortis · Ipſi accuſantes · ipſi di=
ſcutiẽtes · ipſi ſniãm ꝓferẽtes · ¶ Ori · Quãtũ putas
fuit erroris · ipſaꝫ p̃ncipalẽ omniũ vitã · reã mortis
ꝓnũciare? & p tantoꝵ reſurgẽtiũ teſtimõia · nõ re
ſpicẽ fõtẽ vite · de q̃ ĩ oẽs reſurgẽtes vita fluebat·

¶ Chriſ· in homelia. Vt aūt venatoꝝ niuieientes
ita ſuam demonſtrabāt. ebrietatem· & inſania fere
bantur. Sequitur em̄· Tunc expuerunt in faciem
eius & colaphis eum ceciderunt. ¶ Hiero· Vt cō-
pleretur quod dictum eſt. Dedi maxillam meam
alapis· & faciem meam non auerti a confuſione ſpu
toꝝ· Sequitur· Alij autē palmas in faciem eius
dederunt dicentes. Prophetiza nobis chriſte quis
eſt qui te percuſſit? ¶ Gloſa· In contumeliam em̄
hoc dicitur· qui ſe prophetam haberi voluit a po-
pulis· ¶ Hieronimus· Stultum autem erat verbe
rantibus reſpondere & prophetare cedentem· cum
palam percutientis inſania videret. ¶ Chriſoſto·
in homelia· Attende autem ꝙ euangeliſta cum ſū-
ma diligentia que videntᷣ eſſe exprobratiſſima ex-
ponit· nihil occultans aut verecundans· ſed glori-
am exiſtimans maximam. dominatorem orbis ter
rarum pro nobis talia ſuſtinere· Hoc autem lega-
mus continue· hoc noſtre menti inſcribamus & in
his gloriemur. ¶ Auguſtinus· de queſtionibus
euangeliſtarum· Quod autem dictum eſt· Expue-
runt in faciem eius. ſignificauit eos qui preſentiā
gratie eius reſpuunt· Item tanquam colaphis eum
cedunt· qui ei honores ſuos preferunt. Palmas in
faciem eius dant· qui perfidia cecati. cum non ve-
niſſe affirmant. tamquam preſentiam eiꝰ extermi
nantes & repellentes. Sequitᷣ textus

¶ Petrus vero ſedebat foris in atrio· Et acceſſit
ad eum vna ancilla. dicens· Et tu cum iheſu gali-
leo eras· At ille negauit coram omnibus. dicēs· Ne
ſcio quid dicis· Exeunte autem illo ianuam· vi-
dit eum alia ancilla· & ait his qui erant ibi· Et hic
erat cum iheſu nazareno· Et iterum negauit cum
iuramento. quia non noui hominem· Et poſt puſil
lum acceſſerunt qui ſtabāt· & dixerunt petro. Ve
re & tu ex illis es· Nam loquela tua manifeſtum te
facit. Tunc cepit deteſtari & iurare· quia non no-
uiſſet hominem· Et continuo gallus cantauit· &
recordatus eſt petrus vbi iheſu quod dixerat· Pri-
uſꝙ̄ gallus cantet· ter me negabis· Et egreſſus
foras fleuit amare. ¶ Auguſtinus· de conſen· euā
geliſtarum· Inter predictas chriſti contumelias.
trina petri negatio facta eſt· ꝙ̄ non omnes euan-
geliſte eodem ordine narrant· Lucas enim expli-
cat pꝰ tēptatioꝫ petri· tū demū ꝯtumelias dn̄i. Sz
mat· & mārcꝰ eas pmo cōmemorant· & deīn petri tē
ptationē· Sic em̄ hic ſequitᷣ· Petrꝰ vero ſedebat
foris in atrio· ¶ Hieronimus· Foris ſedebat vt vi
deret exitum rei & nō appropīqbat ihu· ne miſtris
aliqua ſuſpicio naſceretur· ¶ Chriſ· in homelia· Et
qui quando detentum magiſtrum vidit ſolum· ita
efferbuit vt gladium euaginauerit· & auriculā ab
ſciderit· quādo cōtumelias xp̄i audiuit· negator ef-
ficitur. & vilis puelle minas nō ſuſtinet· Sequitᷣ
enim· Et acceſſit ad eum vna ancilla· dicens· Et
tu cū iheſu galileo eras. ¶ Raba· Quid ſibi vult qz
pma eū prodit ancilla· cū viri magis eū potuerint

recognoſcere· niſi ꝙ iſte ſexus peccare in nece do-
mini videretᷣ. vt eius paſſione redimeretᷣ. Sequitᷣ
At ille negauit corā omnibꝰ· dicens· neſcio quid di
cis Palā coram omnibus negauit. quia ſe manife
ſtare expauit· Quod dicebatᷣ· ſe neſcire· rn̄dit· quia
pro ſaluatore adhuc mori noluit. ¶ Leo papa ī ſ.
de paſſione· Ob hoc autem ſicut apparet· heſitare p
miſſus eſt· vt in eccleſie principe remediū peniten-
tie conderetur· & nemo auderet de ſua virtute confi
dere. quando mutabilitatis periculū· nec beatus pe-
trus potuiſſet euadere. ¶ Chriſ· in homelia· Non
ſolum autem ſemel ſed & ſecundo & tertio negat ī
breui tempore· Vnde ſequitur· Exeunte autem eo
ianuam. vidit eum alia ancilla & ait his qui erāt
ibi· Et hic erat cum iheſu nazareno. ¶ Augꝰ· de cō
cor· euan· Intelligitur autem ꝙ poſtꝙ̄ exijt foras
cū iam ſemel negaſſet· gallus cantauit primū qđ
marcus dicit· ¶ Chriſ· in homelia· Vt oſtēdat ꝙ
neqꝫ vox galli eum a negatione detinuit. neqꝫ in me
moriam ſue pmiſſioīs reduxit· ¶ Auguſtinꝰ· de
cō. euā· Nō atᷣ foris ante ianuā iterum negauit. ſed
cū rediſſꝫ ad focū neqꝫ ei iā exierat & foris eū vidit
alīa ācilla ſ3 cū exiret eū vidit· i. cū ſurgēt & exiret
aīadūertit· Et dixit his q̇ erāt ibi idē q̇ ſiml̄ ade
rāt ad ignē ī atrio. & hic erat cū ih̄u nazareno· Ille
autem qui foras exierat. hoc audito regreſſus eſt.
vt ſe quaſi purgaret negando. Vel quod eſt credi
biliꝰ· nō audiuit quod de eo dictum fuerat cū foras
exiret· & poſteaꝙ̄ redijt· ꝙ dictum eſt ei quod lu-
cas cōmemorat. Sequitur. Et iterum negauit cum
iuramento quia non noui hominem· ¶ Hie· Scio
quoſdam pio affectu erga apl̄m̄ petrum locū hunc
ita interpretatos vt dicerent. Petrum hominē ne-
gaſſe· non deū. & eē ſenſum· Neſcio hominem. quia
ſcio deum. Hoc ꝙ̄ friuolum ſit· prudens lector ītel-
ligit· Si em̄ iſte non negauit. ergo mentitus eſt
dominus. qui dixerat· ter me negabis· ¶ Raba·
In hac autem negatione petri dicimus non ſolum
abnegare chriſtum· qui dicit eum non eſſe chriſtū.
ſed qui eū ſcit· negat ſe eſſe chriſtianū· ¶ Augꝰ·
de con. euan. Nunc iam de tertia negatione inſpicia
mus· Sequitᷣ em̄· Et poſt puſillū acceſſerunt qui
ſtabāt & dixerūt petro. Vere & tu ex illis es. Lu
cas aūt dixit· Interuallo facto q̄ſi hore viiꝰ vt eū
cōuicāt. ꝯſeqn̄tᷣ adiūgūt· Nā & loq̄la tua maīfeſtū
te facit. ¶ Hie· Nō q̇ alteriꝰ ſmōis eēt petrꝰ aut gē
tis extᷣne· oēs q̇ppe hebrei erāt & q̇ āguebāt· & q̇ ā
guebatur· ſed quo vnaqueqꝫ prouincia habet pro-
prietates ſuas & vernaculū loquendi ſonum vita-
re nō poſſit· ¶ Remigius· Vide autē ꝙ̄ ſint nox-
ia p̄uoꝝ hoīm colloq̄a· ipa quippe coegerīt petrū ne
gare dn̄m· quē priꝰ cōfeſſꝰ fuerat eē dei filiū. Seq̄tᷣ
em̄· Tūc cepit d̄teſtari & iurare· quia nō nouiſſet
hoiem· ¶ Raba. Nota qz pmū ait· Neſcio q̄d dicis.
Sc̄d̄o cū iuramēto negat· Tertio cepit d̄teſtari &
iurare· quia non nouit hoīnem· Perſeuerare quip
pe in peccato dat incrementum ſcelerum· & quia

minima ſpernit · cadit ī maiora · ¶ Remigiꝰ · Spi
ritaliter autem per hoc ꝙ petrus ante primū galli
cantū negauit · illi deſignantur qui ante chriſti re-
ſurrectionē · ñ credebāt eū eſſe deum eius morte tur
bati · Per hoc autē ꝙ poſt galli cātum negauit · illi
deſignantur qui ī vtranqꝫ domini naturam · & ſecun
dum deum & ſcd̄m hominem errant · Per primam
autem ancillā deſignatur cupiditas · per ſecundam
carnalis delectatio · Per illos qui aſtabāt demōes
intelligūtur · his enim trahuntur homines ad chri-
ſti negationē · ¶ Origenes · Vel per primā ancil-
lam intelligitur ſinagoga iudeorū · qui frequenter
compulerunt denegare fideles · Per ſecundam con
gregatio gentium · qui etiam perſecuti ſunt chriſti
anos · Per tertios ſtātes ī atrio · miniſtri hereſum
diuerſarum · ¶ Augꝰ · de que · euā · Ter etiā petrꝰ
negauit · nam & error hereticoꝝ de chriſto · tribus
generibꝰ terminatur · aut eñ ex diuinitate · aut hu
manitate · aut de vtroqꝫ falluntur · ¶ Raba · Poſt
tertiam autē negationē ſequit᷑ galli cantꝰ · & hoc
eſt qd̾ ſubdit · Et cōtinuo gallꝰ cantauit · Per quē
doctor eccleſie intelligitur qui ſomnolentos incre-
pans ait · Euigilate iuſti & nolite peccare · Solet aũt
ſacra ſcriptura ſepe meritum cauſarum per ſtatum
deſignare temporum · Vnde petrus qui media no-
cte peccauit · ad galli cātum penituit · Vnde ſequi-
tur · Et recordatus eſt petrus verbi iheſu quod dix
erat · Priuſqꝫ gallꝰ cātet ter me negabis · ¶ Hie ·
In alio euangelio legimus ꝙ poſt negationem pe
tri & gallicantum · reſpexit ſaluator petrum · & in
tuitu ſuo eū ad amaras lachrimas ꝓuocauit · nō eī
fieri poterat vt in negationis tenebris ꝑmaneret ·
quē lux reſpexerat mūdi · Vnde & hic ſequit᷑ · Et
egreſſus foras fleuit amare · In atrio enim chay-
phe ſedens non poterat agere penitentiam · Vnde
foras egreditur de impiorū cōſilio vt pauide nega
tionis ſordes amaris fletibus lauet · ¶ Leo papa ·
Felices o apoſtole ſancte lachrime tue · que ad dilu
endam culpam negationis · virtutem ſacri habue-
re baptiſmatis · Affuit eī dextra domī iheſu xp̄i ·
qui labētē te priuſqꝫ deciperis · & firmitatē ſtādi
ī ipſo cadēdi periculo recepiſti · Cito itaqꝫ ad ſolidi
tatē rediit petra · tanqꝫ recipiens fortitudinē · vt ꝗ
tūc ī chriſti expauerat paſſiōe · ī ſuo poſt ſuplicio ñ
timeret · ſed conſtans permaneret ·

¶ Capitulū xxvii

MAne autem facto · conſilium inie
runt omnes principes ſacerdotum
& ſeniores populi aduerſus ihe-
ſum vt eum morti traderēt · Et
vinctum adduxerunt eum & tra-
diderūt pontio pilato p̄ſidi · Tūc
videns iudas qui eum tradidit · ꝙ damnatus eſſet ·
penitentia ductus · retulit triginta argenteos prin
cipibus ſacerdotum & ſenioribus populi dicens ·
Peccaui · tradens ſanguinem iuſtum · At illi dix-
erunt · Quid ad nos? tu videris · Et proiectis argen
teis in tēplo · receſſit · & laqueo ſe ſuſpēdit · ¶ Au-
guſtinꝰ · de con · euan · Contexuerat ſuperius euan
geliſta narratiōem ī his que cum domino acta ſūt ·
vſqꝫ ad mane · Sed poſtea rediit ad narrādam pe-
tri negationem · qua terminata · rediit ad mane vt
inde cetera contexeret · & hoc eſt quod dicit᷑ · Ma-
ne autem facto conſilium inierūt oēs principes ſac-
dotum & ſeniores populi aduerſus iheſum vt eū
morti traderent · ¶ Orige · Putantes per mortem
extinguere eius doctrinam & fidem · apud eos qui
crediderunt in eum quaſi in filium dei · Talia autē
cōſiliantes · alligauerunt iheſum ſoluentem a vin-
culis · Vnde ſequitur · Et vinctum adduxerūt eū
& tradiderunt pontio pilato preſidi · ¶ Hie · Vide
ſollicitudinē ſacerdotum in malum · tota nocte vi-
gilarunt vt homicidiū facerēt · & victū tradiderūt
pilato · Habebant eñ hūc morē · vt quē adiudicaſ-
ſent morti · ligatū iudici traderēt · ¶ Raba · Atte
nē notādū ꝙ ñ tc̄ ꝑmū ligauerāt · ſed mox compre-
henſum in orto vt iohannes declarat · ¶ Chriſo-
ſtomus · in homelia · Ideo aūt eum non occulte int᷑
fecerunt · quia nō habebant eius glorie detrahere ·
Multi enim eum admirabantur · & propter hoc ſtu
duerunt publice & coram hominibꝰ eū occidere · &
ideo ad preſidem eum duxerunt · ¶ Hieronimus ·
Videns autem iudas dominū adiudicaſſe morti · p̄
cium retulit ſacerdotibus · quaſi ī poteſtate ſua eſ-
ſet perſecutorum immutare ſententiam · Vnde ſeꝗ
tur · Tūc vidēs iudas qui eū tradidit ꝙ dānatꝰ eſ-
ſet penitentia ductꝰ retulit triginta argēteos prin
cipibꝰ ſacerdotū & ſenioribꝰ populi dicēs · Peccaui
tradēs ſanguinem iuſtum · ¶ Origenes · Reſponde
ant mihi qui de naturis quaſdam fabulas introdu
cunt · vnde eſt ꝙ iudas cognoſcens peccatum ſuum
dixit · Peccaui tradens ſanguinē iuſtum · niſi ex
bona plantatione mentis & ſeminatione virtutis ꝗ
ſeminata eſt ī ꝗlibet rationali anima · quā non colu
it iudas · & ideo cecidit in tale peccatum · Si autem
nature parentis eſt aliquis hominum · magis huiꝰ
nature fuit iudas · Et ſiquidem poſt reſurrectionēꝫ
chriſti hoc dixiſſet iudas · forſitan erat dicēdū · quo
niam compulit eum penitere de peccato ipſa vir-
tus reſurrectionis · Nunc autem videns eum tradi-
tum eſſe pilato · penituit · forſitan recordatus · que
frequenter iheſus dixerat de ſua reſurrectiōe futu
ra · Forſitan & ſathanas qui ingreſſus in eum fue-
rat · preſto fuit ei · donec iheſus traderetur pilato ·
Poſtqꝫ autem fecit · quod voluit receſſit ab eo · quo
recedente penitentiam capere potuit · Sed quemo-
do vidit iudas quoniam condemnatus eſt · Non dū
enim a pilato fuerat interrogatus · forſitan dicet
aliquis · quoniam conſideratione mentis ſue vi-
dit exitum rei ex eo ꝙ traditum aſpexit · Alius au
tem dicet · quoniam quod ſcriptum eſt · videns iu-
das quia condemnatus eſt · ad iudam referetur · tūc
enim ſenſit malum ſuum & intellexit ſe condemna
tū · ¶ Leo · pa · Dicēdo tñ · Peccaui tradēs ſāguinē

iuſtum·ī impietatis ſue perfidia perſtitit· qui ipſe
ſum non dei filium·ſed noſtre tantũmõ conditiõis
hominem·etiam inter extrema mortis ſue pericula
credidit·cuiꝰ fleuiſſet miſericordiam·ſi eius omni-
potentiam non negaſſet· ¶ Chriſoſtomꝰ· in home
lia. Vide autem quoniam penitentiam agit·quan-
do completum eſt & finem accepit peccatum· Non
enim permittit diabolus eos qui nõ vigilant vide-
re malum anteq̃ perficiant· Sequitur· At illi dix
erunt· Quid ad nos? tu videris· Ac ſi dicant· Quid
ad nos pertinet ſi iuſtus eſt? tu videris ide ē opꝰ tu-
um quale ſit· manifeſtabitur· Quidam autem con-
iunctim voluerunt legere hec verba· vt ſit ſenſus·
cuius eſtimationis deputaris apud nos qui eũ quẽ
tradidiſti iuſtum confiteris? ¶ Origenes· Recede-
te autem ab aliquo diabolo· obſeruat tempus ite-
rum· & poſtq̃ cognouerit & ad ſecundum pecca-
tum induxerit·obſeruat etiam tercie deceptionis lo
cum· Sicut ille· qui primo vxorem patris habuit
de hoc malo poſtea penituit· Sed poſtea diabolus
voluit hanc ipſam triſtitiã exaggerare vt ipſa tri
ſtitia abundantior facta abſorberet triſtantem· Si
mile aliquid factũ eſt in iuda· Poſtq̃ enim peni-
tuit·non ſeruauit cor ſuum·ſed ſuſcepit abundan-
tiorem triſtitiam a diabolo ſibi ſubmiſſam·quia vo
luit eum abſorbere· Vnde ſequitur· Et abiens la-
queo ſe ſuſpendit· Si autem locum penitentie req̃
ſiſſet· & tempus penitentie obſeruaſſet·forſitan in
ueniſſet eum qui dixit· Nolo mortem peccatoris·
Vel forte exiſtimauit preuenire magiſtrum mori
turum· & occurrere ei cum anima nuda vt confi-
tens & deprecans miſericordiam mereretur·nec vi
dit· quia non conuenit ſeruũ dei ſeipſum expellere
de hac vita·ſed expectare dei iudicium· ¶ Raba·
Suſpendit autem ſe laqueo· vt ſe oſtenderet celo
terreq̃ꝫ peroſum· ¶ Auguſtinꝰ· de que·no·&·ve·
teſt· Sed occupatis principibus ſacerdotum ad
necem domini a mane vſq̃ꝫ ad horam nonam quo-
modo iudeis retuliſſe precium ſanguinis quod ac-
ceperat· ante crucem domini probatur & dixiſſe il-
lis in templo·peccaui q̄ tradiderim ſanguinem iu
ſtum·cum conſtet omnes principes & ſeniores an
te paſſionem domini non fuiſſe in templo· Quippe
cũ in cruce poſito inſultarent ei· Nec enim fide po
teſt probari· quia ante paſſionem domini relatum
eſt· cum ſint multa que ante facta probantur· &
nouiſſima ordinantur· Sed ne forte poſt horã no-
nã factum ſit· vt videſ iudas occiſum ſaluatorem·
& ob hoc velũ tẽpli ſciſſum· terram tremuiſſe ſaxa
fiſſa elementa conterrita·ipſo metu correptꝰ dolu-
erit· Sed poſt horã nonã occupati erãt vt exiſtĩo
ſeniores & principes ſacerdotũ ad celebrationẽ pa-
ſche· Sabatho aũt ſcd̃m legẽ ñ licꝫ nũmos portare
ac per hoc ñ ē probabile apud me quo die īmo tpre
laqueo vitã finierit iudas· Sequit textꝰ
¶ Principes ſacerdotũ acceptis ãgenteis·dixe-
runt· Non licet mittere eos in corbonan·quia pre-
cium ſanguinis eſt· Conſilio autem inito·emerũt
ex illis agꝝ figuli ī ſepulturã peregrinorũ· propt̃
hoc vocatꝰ eſt ager ille acheldemach· hoc eſt ager
ſanguinis vſq̃ꝫ in hodiernam diem· Tunc impletũ
eſt quod dictum eſt per hieremiam prophetam di
centem· Et acceperunt triginta argenteos preciũ
appreciati·quem appreciauerunt a filijs iſrael·& de
derũt eos ī agrum figuli·ſicut conſtituit mihi domi
nus· ¶ Chriſoſtomꝰ· in homelia· Quia principes
ſacerdotum nouerãt q̄ occiſionem emerant· a pro-
pria conſcientia condemnati fuerunt·& ad hoc oſtẽ
dendum ſubdit euangeliſta· Principes autem ſa-
cerdotum acceptis argenteis dixerunt· Nõ licꝫ mit
tere eos in corbonan quia precium ſanguinis eſt·
¶ Hiero· Vere culicem liquẽtes & camelũ gluci-
entes· Si enim ideo non mittunt peccuniam in cor
bonan hoc eſt in gazophilatium & dona dei· quia
precium ſanguinis eſt· Cur ipſe ſanguis effundi-
tur? ¶ Origenes· Videbant autem quoniam circa
mortuos magis eam peccuniam conueniebat expẽ-
di que precium ſanguinis erat· Sed quia & inter
loca mortuorum ſunt differentie·vſi ſunt precio ſã
guinis ihesu ad comparationem agri figuli alicuiꝰ
vt in eo peregrini ſepeliantur· nõ ſecundum votũ
ſuum in monumentis paternis· Vnde ſequit̃· Cõ
ſilio autem inito emer̃t ex illis agrum figuli in ſe
pl'turã pegriorꝝ· ¶ Aug·ī ſ·d̃ ce·do· Prouidẽtia
aũt dei factũ puto·vt p̃ciũ ſaluatoris ñ pctõribꝰ ſup
tũ p̃beat ſ; pegris req̃ẽ ſubmĩſtret·vt iã exiñ xp̃s
& viuos ſãguis ſui paſſiõe rediat·& mortuos pre-
cioſa paſſiõe ſuſcipiat· Precio g° dñici ſãguĩs ager
figuli cõpat̃· Legiꝰ ī ſcripturis q̄ totiꝰ generis hu
mani ſalus redempta ſit ſanguine ſaluatoris· Ag̊
ergo iſte mundus hic totus eſt· Figulus autem q̊
mundi poſſit habere dominatum·ipſe ē qui vaſcu-
la corporis nr̃i fecit de limo· Iſtiꝰ itaq̃ꝫ figuli ager
chriſti ſanguine emptus eſt peregrinis· inq̃ q̊ ſine
domo patria & toto orbe exules iactabantur·req̊-
es chriſti ſanguine prouidetur· Iſtos autem pere
grinos eſſe dicimus deuotiſſimos chriſtianos· qui
renunciantes ſeculo nihil poſſidentes in mundo· in
chriſti ſanguine requieſcũt· Sepultura enim chri
ſti nihil aliud eſt q̃ requies chriſtiani· Conſepul-
ti enim ſumus ſicut ait apoſtolus cum illo per ba-
tiſmum in morte· Nos ergo peregrini in hoc mun-
do ſumus·& tanq̃ hoſpites in hac luce verſamur·
¶ Hieronimus· Qui etiam peregrini eramꝰ a lege
& prophetis·praua iudeorum ſtudia ſuſcepimus ī
ſalutem· ¶ Orige· Vel peregrinos diciꝰ q̊ vſq̃ꝫ ad
finẽ extranei ſũt a deo· Nã iuſti ꝯſepulti ſũt xp̃o in
monumẽto nouo q̃d exciſũ ē petra· Qui autem alie
ni ſũt a d̃o vſq̃ꝫ ī finẽ ſepulti ſũt ī agro figuli opan
tis lutũ· q̊ p̃cio ſãguĩs ē ꝯpatꝰ & ag̊ ſãguĩs noiat̃
Vñ ſeq̃t̃· Propt̃ hoc vocatꝰ ē ag̊ ille acheldemach
hoc ē ager ſanguinis vſq̃ꝫ in hodiernam diẽ· ¶ Glo
ſa· Quod referendum eſt ad tempꝰ quo euãgeliſta
hoc ſcripſit·deiñ ꝯfirmat idẽ p̄phetico teſtiõio·d·

Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Jeremi
am ꝓphetam dicentem. Et accepẽrũt triginta ar
genteos precium appretiati quem appretiauerunt
a filijs yſrahel. & dederunt eos in agrum figuli.
ſicut cõſtituit michi dñs. ¶ Hierom. Hoc in iere
mia penitus non inuenit. ſed in zacharia (qui pe
nultimus eſt duodecim ꝓphetarum) quedam ſimi
litudo refert. & quã quam ſenſus nõ multũ diſcrepet
tñ ordo & verba diuerſa ſunt. ¶ Aug. de con.
euan. Si quis ergo putat ideo fidei euangeliſte
aliquid derogandum. primo nouerit. non omnes
codices euangeliorum habere. qđ per hieremiã di
ctum ſit. ſed tantũmodo per ꝓphetam. Michi aũt
hec non placet defenſio. qꝛ & plures codices hñt
hieremie nomen & antiquiores. & nulli fuit cau
ſa cur adderet hoc nomen. & mendoſitas fieret.
Cur autem tolleret fuit vtaqꝫ cauſa vt hoc audax
imperitia faceret. predicta queſtiõe turbata. Po
tuit autem fieri vt animo mathei euangelium ſcri
bentis. pro zacharia hieremias occurreret. vt fie
ri ſolet. quod tamen ſine vlla dubitatõne emenda
ret. ſaltem ab his admonit. qui ipſo adhuc ĩ car
ne viuente hec legere potuerunt. niſi cogitaret re-
cordatõis ſue que ſpũſancto regebatur. non occur
riſſe aliud pro alio nomen ꝓphete. niſi qꝛ dñs hoc
ita ſcribi cõſtituit. Cur autem conſtituerit. Pri
ma cauſa eſt. qꝛ ſic inſinuatur. ita omnes ꝓphetas
vno ſpiritu locutos. mirabili inter ſe conſenſione
conſtare. vt hoc multo amplius ſit. quam ſi omnium
verba ꝓphetarum. vno vnius hominis ore demon-
ſtrentur. & ideo indubitanter accipi dñt queciqꝫ
per eos ſpiritusſanctus dixit. & ſingula eſſe omniũ
et omnia ſingulorum. Si enĩ hodie quiſ quam volẽs ali
cuius verba indicare. dicat nomẽ alterius in quo
dicta ſunt. qui tamen ſit amiciſſimus illius cuius
verba dicere voluit. & cõtinuo recordatus alium
pro alio ſe dixiſſe. ita ſe corrigat. vt tamen di-
cat. bene dixi nihil aliud intuens. niſi inter am
bos eẽ concordiam. q̃ntomagis de ꝓphetis ſanctis
hoc commendandum fuit! Eſt & alia cauſa cur
hoc nomen hieremie in teſtimonio zacharie ſit ma
nere permiſſum vel potius ſanctiſpiritus autorita
te preceptum ſit. Eſt apud hieremiam quod emerit
agrum a filio fratris ſui. & dederit ei argentum.
non quidem ſub hoc nomine precij. quod poſitum
eſt apud zachariam triginta argenteis. Quod aũt
prophetiam de triginta argẽteis ad hoc interpre-
tatus ſit euangeliſta. quod modo de domino cõple
tum eſt. manifeſtum eſt. ſed ad hoc pertinere etiã
illud de agro empto quod hieremias dicit. hic po
teſt miſtice ſignificari. vt non hic zacharie nomẽ
poneretur qui dixit triginta argenteis. ſed hiere
mie qui dixit de agro empto. vt lecto euangelio.
atqꝫ inuento nomine hieremie. Lecto autem hie-
remia & non inuento teſtimonio de triginta argẽ
teis. inuento tamẽ agro empto. admoneat lector
vtrũqꝫ cõferre & inde ſenſum enucleare ꝓphetie

quomodo ꝑtineat ad hoc quod in domino comple-
tum eſt. Nam illud quod ſubiecit huic teſtimoĩo
Matheus. cum ait. quem appciauerũt a filijs yſra
hel & dederunt eos in agrum figuli. ſicut conſtitu
it mihi dominus. Nec apud zachariam nec apud hi
eremiam reperitur. vñ magis ex perſona euange
liſte accipiendum eſt & miſtice inſertũ. qꝛ hoc ex
domini reuelatõe cognouerit. ad hanc rem que de
xp̄i precõ facta eſt. huiuſmodi pertinere ꝓphetiã
¶ Hiero. de optimo genere interpretandi. Abſit
ergo de pediſſequo xp̄i. quod poſſit argui de falſo.
cui cura fuit nõ verba & ſillabas aucupari. ſed ſen-
tentias dogmatum ponere. ¶ Criſoſto. in homelia
Legi nuper in quodam hebraico volumine. quod
nazaree ſecte mihi hebreus contulit hieremie apo
cryphũ. in quo hoc ad verbũ ſcriptum reperi. ſed
tñ michi videtur magis de zacharia ſumptum te
ſtimonium euangeliſtarum & apoſtolorum. more
vulgato quo verborum ordine pretermiſſio. ſenſus
tñ de veteri teſtamento ꝓferũt exemplum.
¶ Jheſus aũt ſtetit añ preſidem. & interrogauit
eũ preſes dicẽs. Tu es rex iudeorum? Dicit ei Jhe
ſus. Tu dicis. Et cum accuſaretur a principibus ſa-
cerdotũ & ſenioribus nichil rñdit. Tũc dicit ei pi
latus. Nõ audis quanta aduerſũ te dicũt teſtimo-
nia? & non rñdit ei ad vllum verbum. ita vt mira
retur preſes vehementer. ¶ Aug. de con. euan. Fi
nitis hijs que Matheus de iuda ꝓditore interpoſu-
it ad ordinem narratõis reuertitur dicens. Jhe-
ſus aũt ſtetit añ preſidẽ. ¶ Orige. Judex totius cre
ature cõſtitutus a pr̄e. vide q̃ntum ſe humiliauit.
vt acq̃eſceret ſtare añ iudicẽ tũc terre iudee. & in
terrogatus eſt interrogatõe quã forſitã deridens.
aut dubitans pilatus interrogat. Vñ ſequitur. Et
interrogauit eũ preſes dicens. Tu es rex iudeorum
¶ Chriſo. i home. Id pilatus ĩterrogat qđ aduerſa
rij contra ipſum cõtinue reuoluebant. Quia enĩ ſci
ebãt pilatũ nullã curã faciẽtẽ legaliũ ad publicas
accuſatões rem ducunt. ¶ Orige. Vel pronũciati
ue hoc dixit pilatus. Vñ & alibi ſcripſit ĩ titulo
Rex iudeorum. Pricipi at ſacerdotũ rñdens tu dix
iſti. oblique arguit eius dubitatõem. Pilati vero
ſentẽciã cõfirmat ꝓnunciãtis. Vñ ſequitur. Dicit
ei ih̄s. Tu dicis. ¶ Criſo. in home. Cõfeſſus ẽ ſe
eẽ regẽ. ſed celeſtẽ. vt in alio euãgelio manifeſtius
legitur. Regnũ inquit meũ non eſt de hoc mũdo vt
neqꝫ iudei. neqꝫ pilatus excuſatõnem habeant.
huic accuſacõni inſiſtentes. ¶ Hilarius. Vel in-
terroganti pontifici. an ipſe eẽt Jheſus Criſtus.
dixerat. Tu dixiſti. quia ſemper futurum Cri-
ſtum ex lege ipſe dixiſſet. huic vero legis igna
ro interroganti an ipſe eſſet rex iudeorum. dici-
tur. Tu dicis. quia per fidem preſentis confeſ
ſionis ſalus gentium eſt. ¶ Hieronimus. At-
tende autem quod pilato (qui inuitus promebat ſen
tentiam) aliqua ex parte reſpondit. ſacerdotibus
autem. & principibus ſacerdotum reſpondere

noluit· indignos eos ſuo ſermone iudicans · Vñ
ſequit᷑ · Et cū accuſaret᷑ a principib⁹ ſacerdotum
& ſenioribus nihil reſpondit ·/ Aug⁹ · de conco2·
euan · Lucas aūt ipſa crimina que accuſantes ob
iecerūt aperuit · Di · n · Ceperūt illū accuſare dicē
tes · Hūc inuenimus ſubuertentē gentē noſtrā · &
prohibentē tributa dari ceſari · & dicentē ſe xp̄m
regem eē · Nihil aūt intereſt ad veritatē quo ordi
ne iſta retulerint · ſicut nihil intereſt · ſi alius ali
ud tacet quod alius cōmemorat ⁋ Orige · Accuſa
tus aūt Jheſus ſicut tunc illis nihil reſpondit · ſic
nec & modo · Non fit · n · verbū dei · ſicut aliquādo
fiebat ad ꝓphetas · ſꝫ neqꝫ dignū erat vt pilato int᷑
roganti reſponderet · qui non habebat ꝑmanēs &
firmū de xp̄o iudicium · ſed ad cōtraria trahebat᷑ ·
Vñ ſequit᷑ · Tūc dicit ei pilatus · Non audis q̄n
ta aduerſū te dicūt teſtimonia ? ⁋ Hiero · Genti
lis quidē eſt qui cōtēpnit Jheſū · ſꝫ cauſā refert in
populū iudeorum ·/ Chriſoſ · in homelia · Jdeo aūt
hoc dicebat · qꝛ volebat eū liberare · dū ſe excuſan
do reſponderet · Sequit᷑ · Et non reſpondit ei vl
lum verbū ita vt miraret᷑ p̄ſes vehement᷑ · Quia
enī multas hn̄tes demōſtratōes · ex ipſis reb⁹ v̂tu
tis & māſuetudinis ei⁹ & hūilitatis · tn̄ in ip̄m in
dignabant᷑ · & puerſo iuditō agebant᷑ cōtra ip̄m ·
ꝓpt᷑ hoc nihil rn̄det · & ſi aliqn̄ rn̄det breuia quid
dicit ne cōtinua tacit᷑nitate · ptinacie opiō de ip̄o
accipiat᷑ ·/ Hie · Vel ideo Jhē nihil rn̄derē voluit
ne crimen diluēs dimitteretur a p̄ſide & crucis
vtilitas differretur · ⁋ Origenes · Miratus eſt
autem preſes conſtantiam eius ſciens ꝙ ydoneus
eſſet pronuntiare crimen · & tamen videbat eum
in tranquilla · et quieta ſapiencia & grauitate nō
turbabili ſtare · ſed & vehementer miratur · Dig
num enim ei videbatur magno miraculo vt exhi-
bitus criſtus ad criminale iuditium · imperturba
bilis ſtaret ante mortem · que apud omnes homi
nes terribilis eſtimatur · Reg̃t textus

⁋ Per diem autem ſolemnem cōſueuerat pre
ſes dimittere populo vinctum vnum quem volu
iſſent · Habebat autem tunc vnum vinctum inſi-
gnem qui dicebatur barrabas · Congregatis er
go illis · dixit pilatus · Quem vultis dimittam
vobis ? Barraban ? an Jheſum · qui dicitur Cri
ſtus · Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradidiſſent
eum · Sedente autem eo pro tribunali · miſit ad
eum vxor eius · dicens · Nichil tibi & iuſto illi ·
Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter
eum · Principes autem ſacerdotum & ſeniores
perſuaſerunt populis vt peterent barraban · Jhe
ſum autem perderent · Reſpondens autem pre-
ſes ait illis · Quem vultis vobis de duobus dimit
ti ? At illi dixerunt · Barraban · Dicit illis pila
tus · Quid igitur faciam de Jheſu qui dicitur Cri
ſtus ? Dicunt omnes crucifigatur · Ait illis pre
ſes · Quid enim mali fecit ? At illi magis clama-
bant · dicentes · Crucifigatur · Videns pilatus
quia nichil proficeret · ſed magis tumultus fieret
accepta aqua lauit manus coram populo · dicens ·
Jnnocens ego ſum a ſanguine iuſti huí⁹ Vos vi
deritis · Et reſpondens vniuerſus populus dixit
Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros ·
Tunc dimiſit illis barraban · Jheſū autē flagel
latum tradidit eis · vt crucifigeret᷑ · ⁋ Criſoſto ·
in home · Quia xp̄c ad accuſatōnes iudeorum nihil
reſponderat per quod poſſet eum pilatus ab accuſa
tōibus iudeorum excuſatum habere · aliud machia
tur per quod eum liberare poſſit · Vnde dicitur ·
Per diem autem ſolemnem conſueuerat preſes di
mittere populo vinctum vnum quem voluiſſent
⁋ Origen · Sic enim quaſdam gracias preſtant
gentes eis quos ſubiciunt ſibi · donec confirmetur
ſuper eos iugum ipſorum Tamen conſuetudo hec
aliquando fuit apud iudeos · Saul enim non int᷑
fecit ionathā · omni populo petente eum ad vitam
⁋ Criſoſtom⁹ · in homelia · Per hanc autem con
ſuetudinē xp̄m eripere temptauit · ut & neqꝫ vm
bram excuſacōis iudei ſibi derelinquant · manife-
ſtus homicida in comparatione criſti adducitur ·
de quo ſequitur · Habebat autem tunc vnum vinc
tum inſignem qui dicebatur barrabas · Non ſim
pliciter dicit latronem · ſed inſignem hoc eſt ī ma
litia diffamatum ·/ Hiero · Jſte barrabas in euā
gelio quod īſcribit᷑ iuxta hebreos · fil⁹ magiſtri
eoꝝ interp̄tatur · qui ꝓpter ſeditōꝫ & homicidium
fuerat cōdemnatus · Offert autem optōem eis pila
tus dimittendi quē vellet · latronē an Jheſū · non
dubitans Jheſū pocius eligendū · Vñ ſequitur ·
Congregatis autem illis dixit pilatus · Quē vul
tis dimitti vobis · barraban an Jheſū qui vocatur
xp̄c ? ⁋ Criſoſ · in homelia · q · di · Si non vultis
ſicut innocentem dimittē · ſaltem condemnatum fe
ſtiuitati dimittatis · Si enim oportebat in pecca
tis manifeſtis exiſtentē dimittere multomagis ī
dubijs · Vide autē ordinem conuerſū · Petitō pro
cōdemnatis ſolet eē plebis · conceſſio autem ꝑinci
pis · Nūc aūt cōtrarium geſtū eſt · Princeps · n · pe
tit a plebe · & plebs ferotōr reddit᷑ · ⁋ Gloſa qui a
re aūt pilat⁹ ad liberatōem xp̄i laborauit manife
ſtat euāgeliſta cū ſubdit · Sciebat · n · ꝙ per inui
diam tradidiſſent euꝫ ·/ Remigius · Que aūt inui
dia fuerit Johannes manifeſtat · Qui narrat eos
dixiſſe · Ecce mundus totus poſt eum vadit · &
ſi dimittim⁹ eum ſic · oēs credent in eū · Notandū
etiā qꝛ loco ei⁹ qđ Math · dicit · An Jheſū qui dici
tur xp̄c ? Marc⁹ di · vultis dimittā vob̄ regē iude
orum · Soli namqꝫ reges iudeorum vngebātur · &
ab ip̄a vnctōe xp̄i vocabant᷑ ⁋ Criſoſ · in homelia ·
Deinde ſubditur aliud quod ſuffitiens erat omnes
a paſſione reuocare · Sequitur enim · Sedēte aūt eo
pro tribunali miſit ad eū vxor ei⁹ di · Nihil tibi
& iuſto illi · Cū demōſtratōne enī que erat a reb⁹ ·
ſomn⁹ n̄ paruū qđ erat ·/ Rab · Notādū v̂o qꝛ tri
bunal ſedes ē iudicis · ſoliū regū · cathedre mgroꝝ

In viſionibus autem et ſomnijs gentilis viri vx
or hoc intellexit · quod iudei vigilantes nec cre-
dere nec intelligere voluerunt · ¶ Hieronimus ·
Nota etiam ꝙ gentilibꝰ ſepe a deo ſomnia reuelen
tur · Et ꝙ in pilato & vxore eius iuſtum dominū
confitentibꝰ · gentilis populi teſtimonium ſit ·
¶ Criſoſtomꝰ in homelia. Sed cuius gratia non
ipſe pilatus ſomnium videbat · quia illa magis di
gna erat · vel quia ſi pilatus vidiſſet · non equali
ter ſibi creditum eſſet · vel forte neqꝫ dixiſſet · pro
pter hoc diſpenſatur a deo ꝙ mulier vidit · vt ma
nifeſtum omnibus fieret · Et non ſimpliciter vi-
det · ſed & patitur multa · Sequitꝛ enī · Multa · n ·
paſſa ſum hodie per viſum ꝓpter eum · vt ſcilicet
a paſſione que erat ad vxorem · deſidior fieret vir
circa occiſionē · Sed & tempus non parum confe
rebat etenim eadem nocte vidit · ¶ Auguſtinus ·
in ſermone de paſſione · Hic ergo iudex terretꝛ in
coniuge · & vt crimini iudeorum nō prebeat iu
ditio conſenſum · pertulit in vxoris afflictione iu
ditium · iudicatur ipſe qui iudicat · & torquetur
anteꝙ torqueat · ¶ Rabanus · Vel aliter · Nunc
demū dyabolus intelligens per xp̄m · ſe ſpolia ſua
amiſſurū · ſicut p̄mum · per mulierem mortem in
tulerat · ita per mulierem vult xp̄m de manibꝰ iu
deoꝝ liberare · ne per eius mortē · mortis amittat
imperium · ¶ Criſoſ · in homelia · Nichil autem
premiſſorum xp̄i aduerſarios mouit · quia eos om
nino inuidia excecauerat · Vnde ex ꝓpria malitia
plebem corrūpunt · & hoc eſt quod ſequitur ·
Principes autem & ſeniores perſuaſerunt popu
lo vt peterent barraban · Jheſum vero perderent
¶ Origenes · Et eſt videre nunc quomodo popu
lus iudeorū a ſenioribus ſuis · & iudaice culture do
ctoribus ſuadetur & excitatur aduerſus Jheſum ·
vt perdant eum · Sequitur Reſpondens autē pre
ſes ait illis · Quem vultis vobis de duobus dimit
tam? ¶ Gloſa · Reſpondiſſe autem dicitur pilatꝰ
hec dicens · ſiue ad ea que vxor nunciauerat · ſiue
ad petitōnem populi · qui iuxta conſuetudinem ali
quem in die feſto ſibi dimitti petebant ¶ Orige ·
Turbe autem quaſi fere que ſpatōſam ambulāt
viam voluerunt ſibi barraban habere ſolutum ·
Vnde ſubditur · At illi dixerunt · Barraban · Jdeo
gens illa habet ſeditōes & homicidia & latrocinia
ſecundum quoſdam gentis ſue in rebus que foris
habentur · ſecundū autem omnes intus in anima ·
Vbi enim non eſt Jheſus · illic lites & prelia ſūt
Vbi autem eſt · ibi ſunt omnia bona & pax · Om
nes etiam qui iudeis ſunt ſimiles · vel in dogmate
vel in vita · Barraban ſibi ſolui deſiderant · Qui
cunqꝫ enim mala agit · ſolutus eſt in corpore eius
barrabas · Xp̄c autem vinctus · Qui autem bona
agit · Xp̄m habet ſolutum · barraban vinctum ·
Voluit autem pilatus pudorez tante iniquitatis
eis incutere · Vnde ſequitur · Dicit illis pilatus ·
Quid igitur fatiam de Jheſu qui dicitur Criſtus?

Non ſoluz autem hoc · ſed & menſurā colligere vo
lens impietatis eoꝝ · Jlli autē nec hoc erubeſcunt
ꝙ pilatus Jheſū xp̄m eſſe cōfitebatꝛ · nec modum
impietatis ſeruāt · Vn̄ ſequitꝛ Dicūt oēs Crucifi
gatur · Jn quo multiplicauerūt impietatis ſue mē
ſurā · nō ſolū homicidā poſtulātes ad vitā · ſꝫ eciā
iuſtū ad mortē · & ad mortē turpiſſimā crucis ·
¶ Raba · Pendētes ſiquidē in ligno crucifixi · cla
uibꝰ ad lignū pedibus manibuſqꝫ cōfixi ꝓducta
morte necabantꝛ & diu viuebāt in cruce · n̄ qꝛ lōgi
or vita eligebatꝛ · ſꝫ qꝛ mors ipſa ꝓtendebatur · ne
dolor citius finiretꝛ · Veꝝ · Judei de morte peſſima
cogitabāt · ſed a domino non intelligētibꝰ eis elec
ta erat · Jpſā enī crucē (dyabolo ſupato) erat tanꝙ
tropheū in frontibꝰ fideliū poſiturus · ¶ Hieroni ·
Cum autē hoc reſpōderēt · n̄ ſtatim acquieuit · ſed
iuxta ſuggeſtionē vxoris · que mādauerat · nichil
tibi & iuſto illi · ipſe qꝫ rn̄dit · Vn̄ ſequitꝛ · Ait
illis preſes · Quid enī mali fecit? Hoc dicēdo · pi-
latꝰ abſoluit Jheſū · Sequitꝛ · At illi magꝰ clama
bant · dicentes · Crucifigatꝛ · Vt impleretur quod
in pſalmo dicitur · Circūdederūt me canes multi ·
cōgregatō malignantiū obſedit me · Et illud hie
remie · Facta eſt michi hereditas mea · ſicut leo in
ſilua dederūt ſup me vocem ſuam · ¶ Augꝰ · de cō
cor · euan · Sepius aūt pilatus cum iudeis egit · vo
lens vt dimitteretꝛ Jheſus qđ pauciſſimis verbꝭ
teſtatꝛ Matheꝰ cum ſubdit · Videns pilatus quia
nichil ꝓficeret · ſed magis tumultꝰ fieret · quod
non diceret · niſi multū ille conatus fuiſſet · quis
tacuerit quociens hoc tēptauit · vt erueret Jheſuz
furori eoꝝ · Sequitꝛ Accepta aqua lauit manus
coram populo dicens · Jnnocens ego ſū a ſangui
ne iuſti huius · ¶ Remigiꝰ · Mos enī erat apud
antiquos · vt cū vellet quis ſe oſtendere immunē
ab aliquo crimine · accepta aqua lauaret manus
ſuas coram populo · ¶ Hieronimꝰ · Pilatus ergo
accepit aquam iuxta illud ꝓpheticū · Lauabo int
innocentes manus meas · quodāmodo in hoc cōte
ſtans & dicens · Ego quidē innocētem volui libe-
rare · Sed quoniā ſeditō oritur & rebellionis mihi
cōtra ceſarem crimen impingitꝛ · innocens ſū a ſan
guine iuſti huius · Judex ergo qui cogitur cōtra
dominum ferre ſententiam · non damnat oblatuz
ſed arguit offerentes · iuſtuz eē pronuntians qui
crucifigendus eſt · ¶ Sequitur · Vos videritis ·
Quaſi diceret · Ego miniſter legum ſū vox veſtra
ſanguinez fundit Sequitur · Et rn̄dēs vniuerſus
populus dixit · Sanguis eius ſuper nos & ſuper
filios noſtros · Perſeuerat vſqꝫ in preſentem di
em hec imprecatō ſuper iudeos · & ſanguis domini
non auffertur ab eis ¶ Criſ · in homelia ītuere au
tē & hꝭ iudeoꝝ multā inſaniā · Eoꝝ eī impetꝰ & p
nitōſa cōcupiſcētia · nō pmittit eos q̄ oportet inſpi
cē · et ſibi maledicūt di · Sāguis eiꝰ ſuper nos · qđ
ad filios maledictōꝫ attrahunt di · & ſup filios no
ſtros · ſꝫ tn̄ miſericors deꝰ eoꝝ ſetētiā n̄ firmauit ſꝫ

ex eis & eorum filijs ſuſcepit qui penitentiam ege
runt. Etenim & paulus ex ipſis fuit. & multa mi
lia eorum qui in hieroſolimis crediderunt ¶ Leo
papa. Exceſſit ergo pilati culpam facin⁹ iudeorum
Sed nec ipſe euaſit reatum qui reliquit proprium
iuditium. & in crimen tranſiuit alienum. Sequi
tur enim. Tunc dimiſit illis barraban. Jheſum
autem flagellatum tradidit eis. vt crucifigeretur
¶ Hiero. Sciendum eſt autē pilatum romanis
legib⁹ miniſtraſſe quib⁹ ſancitum eſt. vt qui cru
cifigitur prius flagellis verberet̃. Traditur igi
tur Jheſus militib⁹ verberandus. & illud ſanctiſſi
mum corpus. pectus dei capax. flagellis ſecuert
¶ Aug⁹. in ſer. de paſſione. Ecce dn̄s aptat̃ ad
verbera ecce iam ceditur. rupit ſanctam cutem vi
olentia flagellorum. repetitis ictib⁹ crudelia ver-
bera ſcapularum terga concidūt. Proh dolor ia
cet extenſus. ante hominem de⁹. & ſupplitium pa
titur rei. in quo nullum peccati veſtigium potuit
inueniri. ¶ Hieronim⁹. Hoc autem factum eſt.
vt quia ſcriptum erat. Multa flagella peccatorū
illo flagello nos a verberibus liberemur. In laua
cro etiam manuum pilati. gentilium omnia opera
purgantur. & ab impietate iudeorum nos alieni effi
cimur. ¶ Pila. Hortantibus autem ſacerdotib⁹
populus barraban elegit. qui interpretat̃ patris
filius. in quo archanum future infidelitatis oſten
ditur Criſto antichriſtum peccati filium preferē
do. ¶ Rabanus. Barrabas etiam qui ſeditōes fa
ciebat in turbis. dimiſſus eſt populo iudeorum. ideſt
dyabolus qui vſq; hodie regnat in eis. & idcirco
pacem habere non poſſunt Sequit̃ textus

¶ Tunc milites preſidis. ſuſcipientes Jheſū in p̃
torio. cōgregauerunt ad eum vniuerſam cohortē
Et exuētes eum. clamidē coccineā circundederūt
ei & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper
caput eius. & arundinem in dexterā eius. Et ge
nu flexo ante eum illudebant dicentes. Aue rex
iudeorum. Et expuentes in eum acceperunt arundi-
nem & pcutiebant caput eius ¶ Aug. de concor
euange. Poſt accuſatōes xp̄i. conſequens eſt vt
ipſam domini paſſionem videam⁹. quam Math.
ſic incipit. Tūc milites preſidis ſuſcipientes Jhe
ſum in pretorio congregauerunt ad eum vniuerſā
cohortem ¶ Hiero. Quia em̄ rex iudeorum fuerat ap
pellatus. & hoc ei ſcribe & ſacerdotes crimen obie
cerant. ꝙ ſibi in populo Jſrahel vſurparet imperi
um. illudentes hoc faciunt vt nudatum priſtinis
veſtibus induant clamidem coccineam pro ruſo li
bo. quo reges veteres vtebantur. & pro diadema
te imponant ei coronam ſpineam. pro ceptro rega
li dent calamum. et adorent quaſi regem. Et hoc
eſt quod ſubditur. Et exuētes eum clamidem coc
cineam circundederunt ei. & plectentes coronam
de ſpinis ¶ Aug⁹. de con. euan. Per hoc autem
intelligitur Marcū dixiſſe indutū purpura. Pro
regia em̄ purpura clamis illa coccinea ab illuden
tib⁹ adhibita erat. & eſt rubra quedam purpura
cocco ſimilima. Poteſt etiā fieri. vt purpurā etiā
Marcus cōmemorauerit ꝙ clamis habebat. quis
eēt coccinea. ¶ Criſ. in homelia. Que igitur erit
nobis cura de reliquo ſi cōtumelias ab aliquo pati
amur. poſtꝙ xp̄c hoc paſſus eſt? Etem̄ quod fi
ebat in xp̄m vlterius termin⁹ cōtumelie erat. nec
vna particula tm̄. ſed vniuerſū corpus patiebat̃
iniurias. Caput per coronam & arundinem & co-
laphos. Facies q̄ inſpuebatur. Gene q̄ alapis ce
debantur. Corp⁹ totum per flagella. Et q̄ denu
datū eſt per circūdatōez clamidis & p fictam ado
ratōem Manus per arundinem quam dederunt ei
pro ſceptro. ac ſi timerent ne aliquid pretermitte
rent grauiſſime preſumptōis. ¶ Aug⁹. de concor.
euan. Apparet autē Matheum recapitulādo iſta
cōmemoraſſe. non quo tunc factum ſit. cum eū pi
latus crucifigēdum tradidiſſet Johannes em̄ anꝙ
diceret. ꝙ eum pilatus crucifigendum tradiderit
iſta cōmemorauit ¶ Hiero. Nos autem om̄ia hec
intelligam⁹ miſtice. Quomodo em̄ cayphas dixit
Oportet vnum hominē mori pro omnibus. neſci-
ens quid diceret. ſic & iſti quodcumq; fecerunt li
cet alia mente fecerint. tamen nobis qui credim⁹
ſacramenta tribuebant. In clamide coccinea. ope
ra gentium cruēta ſuſtentat In corona ſpinea ma
ledictum ſoluit antiquum. In calamo venenata
occidit animalia. ſiue calamū tenebat in manu.
vt ſacrilegiū ſcriberet iudeorum. ¶ Hiero⁹. Vel
aliter. Suſceptis omnib⁹ corporis noſtri infirmi
tatibus a domino. om̄e deinde noſtrū quibus reg
num ſecū erat debitū. ſanguine cocci colore perfun
ditur. Spinis q̄s. ideſt cōpungentiū q̄ndā pecca
tis gentiū coronatur. Eſt em̄ acule⁹ in ſpinis. ex
quib⁹ xp̄o victorie corona cōtexitur. In calamo
vero earundē gentiū infirmitas atq; inanitas ma
nu comprehenſa firmatur. quin eciam capiti eius
illuditur. vt infirmitas gentium. manu criſti
comprehenſa. etiam in deum patrem qui caput
eius eſt. conquieſcat. ¶ Origenes. Vel cala-
mus miſterium fuit. quod priuſquam crederem⁹
confidebamus in virga arundinea egipti vel cui⁹
cumq; regni contrarij deo. quem accepit. vt triū-
phet eum in ligno crucis. Percutiunt autem cū
hoc calamo caput Criſti Jheſu. quoniam ſemper
regnum illud verberat deum patrem caput ſal
uatoris ¶ Remigius. Vel aliter. per clamidem
coccineam caro domini deſignatur. que rubra di-
citur propter ſanguinis effuſionem. Per ſpine
am coronam ſuſceptō peccatorum noſtrorū. quia
ī ſimilitudīe carnis peccati apparuit ¶ Raba. Ca
lamo igit̃ xp̄i caput pcutiunt. qui diuinitati ei⁹
cōtradicētes. errorem ſuum autoritate ſancte ſcri
ptureq; calāo ſcribit̃ cōfirmare conant̃. Spuūt
ī faciē ei⁹ q̄ p̄ñciā grē illi⁹ v̄bis execrādis r̄ſpuūt
& Jhm̄ ī carne veiſſe denegāt. Falſo aūt illū ado
rāt q̄ eū credūt. ſ; puerſ actib⁹ deſpiciūt ¶ Hie.

de con·euan· Quod autem dominū in paſſione exu
erunt veſtem ꝓpriam & induerūt fucatā· ſignati ſūt
heretici· qui cum dicunt verum corpus non ha-
buiſſe· ſed fictum · Sequitur textus
¶ Et poſtꝗ̄ illuſerūt ei ·exuerūt eū chlamidē·
& induerūt eum veſtimentis ſuis· & duxerūt eū
vt crucifigeretur· Exeuntes aūt inuenerūt hoīe̅
cireneū nomine Simonē· Hunc angariauerūt vt
tolleret crucē eiꝰ· Et venerūt in locum qui dr̄ gol
gatha ·quod ē caluarie locꝰ· Et dederūt ei bibere
vinū cum felle mixtum & cū guſtaſſet· noluit bi
bere· ¶ Gloſa· Poſtꝗ̄ euangeliſta cōmemorauit
ea que ad illuſionem xp̄i pertinent· nunc narrare
incipit ꝓceſſum crucifixionis ipſius· Vn̄ dicitur
Et poſtꝗ̄ illuſerunt ei exuerūt eum chlamidē· &
induerunt eum veſtimentis ſuis· & duxerūt eū vt
crucifigeret̄· ¶ Augꝰ· de con·euan· Hoc autē in
fine factū eē intelligit̄ ·cum iam duceretur ad cru
cifigendū· Poſtꝗ̄ ſcilicet pilatꝰ tradidit eū iudeis
¶ Hiero· Notandū autē ꝙ quādo flagellat̄ Ihe-
ſus· & cōſpuit̄ nō habet ꝓpria veſtimenta· ſ; ea que
ꝓpter peccata noſtra ſūpſerat· Cū autē crucifigit̄
& illuſionis pompā preterierit· tūc priſtinas ve-
ſtes recipit & ꝓpriū aſſumit ornatū· ſtatimq; ele
menta turbantur· & creatori dat teſtimoniū crea
tura ¶ Origenes· Et de chlamide quidē ſcriptū ē
quoniam denuo expoliauerūt eū· De corona aūt
ſpinea nichil tale Euangeliſte ſcpſerūt vt iam n̄
ſint ſpine noſtre ātique poſtꝗ̄ ſemel eas a nob̄ ab
ſtulit Iheſus ſuper venerabile caput ſuū ¶ Chriſ
in ſer· de paſſione· Non aūt voluit dn̄s pati ſub te
cto ·non in templo iudaico· ne putares ꝓ illa tan
tum plebe oblatū· & ideo foras ciuitatē foras mu
ros· vt ſcias ſacrificiū eē comūe· quod totius ter
re eſt oblatū ·quod comunis eſt purificatō· & hoc
ſignat̄ cū dicit̄· Exeuntes aūt inuenerūt hominē
cireneū nomine Simonē hūc āgariauerūt vt tol
leret crucē eius ¶ Hiero· Ne quis aūt putet huic
loco euāgeliſte Iohannis hiſtoriā eē cōtrariā· Il
le enī dicit exeuntē dn̄m de ꝑtorio portaſſe crucem
ſuā · Matheꝰ aūt refert ꝙ inuenerūt hominē cire
neū cui impoſuerunt crucē Iheſu· Sed hoc intelli
gendū eſt ꝙ egrediēs de pretorio Iheſus ipſe por
tauerit crucē ſuā· Poſtea obuiā habuerūt Simo
nem cui portādam crucem impoſuerunt ¶ Orig·
Aut egreſſi quidē angariauerūt Simonē· Appro
pinquantes autem ad locum· in quo eū fuerāt ſu-
ſpenſuri· impoſuerunt crucē & ipſi· vt ipſe eā por
taret · Non fortuito autē angariatꝰ eſt Simon·
ſed ſcd̄m diſpoſitōem dei ductꝰ eſt ad hoc· vt euā
gelica ſcptura dignꝰ inueniret̄· & miniſterio cru
cis xp̄i· Non ſolū autem ſaluatorē cōueniebat ac
cipere crucem ſuam· ſ; & nos cōueniebat eam por-
tare · ſalutarem nobis angariam adimplentes·
Nec tn̄ ſic ꝑfeciſſet nob̄ eā accipere · ſicut cū ipſe
accepit· ¶ Hiero· Miſtice xp̄m ſuſcipiunt nacō-
nes· & peregrinꝰ obediēs portat ignominiā ſalua
toris· ¶ Hilariꝰ· Indignꝰ enī iudeꝰ erat xp̄i cru
cem ferre· quia fidei gentium erat in reliquū· &
crucem accipere & cōpati ¶ Remig· Iſte enī Si
mon non erat hieroſolimita· ſ; peregrinꝰ & adue
na ſcilicet cireneꝰ· Cirene enī ciuitas eſt Libie·
Interpretat̄ aūt Simon obediēs Cireneꝰ heres
Vnde pulchre per eum deſignat̄ populꝰ gentiū
qui peregrinꝰ erat teſtamentoꝝ dei· ſed credendo
factꝰ eſt ciuis ſanctoꝝ & domeſticꝰ & heres dei·
¶ Grego· in homelia· Vel aliter per Simonem
qui crucem dominicā in angariaꝫ portat· deſignā
tur abſtinentes & arrogātes· qꝛ per abſtinentiam
quidē carnem afficiūt· ſ; fructum abſtinentie inte
riꝰ non requirunt· Vnde idē Simon crucem por
tat· ſed non morit̄· qꝛ abſtinentes & arrogantes
per abſtinentiam quidē corpꝰ affitiūt · ſed ꝑ deſi
deriū quidē glorie mūdo viuūt· Sequit̄· Et ve
nerunt in locum qui dr̄ golgatha· quod eſt calua
rie locus ¶ Rabanꝰ· Golgatha ·n· ſyrum nomē
eſt· & interpretat̄ caluaria ¶ Hiero· Audiui quē
dam expoſuiſſe caluarie locum· in quo ſepultus ē
Adam· & ideo ſic appellatum· qꝛ ibi antiqui homi
nis ſit cōditum caput· Fauorabilis interpretatō
& mulcēs aurem populi· nec tn̄ vera· Extra vrbē
enim & foris portā loca ſunt· in quibꝫ truncantur
capita damnatoꝝ· & caluarie id eſt collatoꝝ ſūp
ſere nomen· Propterea autem ibi crucifixus eſt
Iheſus· vt vbi prius erat area damnatoꝝ· ibi exi
gerentur vexilla martirij· Adam vero ſepultum
iuxta Ebron & Arbee in Iheſu filij Naue volu-
mine legimus· ¶ Hilarius · Locus aūt cru-
cis talis eſt vt poſitꝰ in medio terre ad capeſcen-
dam dei cognicōem vniuerſis gentibꝫ eēt equalis·
¶ Sequit̄· Et dederunt ei bibere vinum cum fel
le mixtum· ¶ Augꝰ· de con· euange· Hec marcꝰ
ita narrat· Et dabant ei bibere mirratum vinum·
Fel quippe pro amaritudine Math· poſuit· Mirra
tū enim vinum amariſſimum eſt· quāꝗ̄ fieri poſ
ſit vt fel & mirra vinum amariſſimum redderent
¶ Hieronimꝰ· Amara vitis amarum vinum fa
cit· quo potant dominum Iheſum· vt impleatur
quod ſcriptum eſt· Dederunt in cibum meum fel
Et deus loquitur ad Hieruſalem· Ego te planta
ui vineam veram· quomodo facta es in amaritudi
ne vitis aliene? Et cum guſtaſſet noluit bibere·
¶ Auguſtinꝰ de concor· euange· Quod autē mar
cus ait· Et non accepit· intelligitur· Non accepit
vt biberet · Guſtauit autem ſicut Matheus te-
ſtis eſt· Et quod idem Matheus ait· Noluit bibe
re· hoc Marcus dixit Non accepit· Tacuit etiam
ꝙ guſtauit · Quod autem cum guſtaſſet· noluit bi
bere· hoc indicat ꝙ guſtauerit quidem pro nobis
mortis amaritudinem · ſed tercia die reſurrexit·
¶ Hilari· Vel ideo oblatum vinum felle admix
tum bibere recuſauit · Non enim eterne glorie in
corruptōni peccatorum amaritudo miſcetur

¶ Poſtq̄ autem crucifixerunt eum · diuiſerunt
veſtimenta eius · ſortem mittentes · vt adimplere
tur quod dictum eſt per ꝓphetam dicentem · Di-
uiſerunt ſibi veſtimenta mea · & ſuper veſtem me
am miſerunt ſortem · Et ſedentes ſeruabant eam ·
Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius
ſcriptam · Hic eſt Jheſus rex iudeorum · Tunc
crucifixi ſunt cum eo duo latrones · vnus a dex-
tris · & alius a ſiniſtris · ¶ Gloſa · Premiſſo quo
modo Criſt⁹ ad locum paſſionis eſt ductus · Hic
euangeliſta ipſam paſſionem proſequitur · genus
mortis exponens · cum dicit · Poſtq̄ autem cru-
cifixerunt eum · ¶ Auguſtinus in libro · lxxxiij ·
queſtionum · Sapientia quidem dei hominem ad
exemplum quo recte viueremus · ſuſcepit · Perti
net autem ad vitam rectam ea que non ſunt me-
tuenda non metuere · Sunt autem homines qui
quamuis mortem ipſam non timeant · gen⁹ tamē
mortis horreſcunt · vt ergo nullum mortis genus
recte viuenti homini metuendum eſſet · illius ho-
minis cruce oſtendendum fuit · Nichil enim erat
inter omnia genera mortis · illo execrabilius & for
midabilius · ¶ Auguſtinus in ſermone de paſſio-
ne · Quantum autem valeat virtus crucis · aduer
tat ſanctitas veſtra · Contempſit Adam precep
tum accipiens ex arbore pomum · Sed quicquid
Adam perdidit · Criſtus in cruce inuenit · De di
luuio aquarum humanum genus arca lignea li-
berauit · de egipto dei populo recedente · Moyſes
mare virga diuiſit · Pharaonem proſtrauit · &
populum dei redemit · Idem Moyſes lignum in
aquam miſit · & amaram aquam in dulcedinem
commutauit · Ex lignea virga de ſpiritali petra
ſalutaris vnda profertur · & vt Amelech vince
retur circa virgam Moyſes expanſis manib⁹ ex
tenditur · & lex dei arce teſtamenti creditur lignee
vt hijs omnibus ad lignum crucis quaſi per gra
dus quoſdam veniatur · ¶ Criſoſtomus in ſermo
ne de paſſione · Ideo & in excelſo ligno non ſub te
cto paſſus eſt · vt etiam ipſius aeris natura mun
detur · Sed & terra ſimile benefitium ſentiebat de
currentis de latere ſanguinis ſtillatōe mundata ·
¶ Gloſa · Lignum etiam crucis ſignificare videt̄
eccleſiam · in quatuor mundi partibus diffuſam ·
¶ Rabanus · Vel ſecundum moralem ſenſum
crux per ſuam latitudinem ſignificat hylaritatē
operantis · quia triſtitia anguſtias facit · Latitu-
do enim crucis eſt in trāſuerſo ligno vbi figunt̄
manus · Per manus autem opera intelligimus ·
Per altitudinem autem cui caput adiungitur · ſi
gnificatur expectatō retributōnis de ſublimi iuſti
tia dei · Longitudo autem qua totum corpus ex-
tenditur · tolerantiam deſignat · vnde longanimes
dicuntur · qui tolerant · Profundum autem quod
terre infixum eſt · ſecretum ſacramenti prefigu-
rat · ¶ Hilarius · Hic ergo in ligno vite cuncto
rum ſalus & vita ſuſpenditur · Vnde dicitur · Po
ſtquam autem crucifixerunt eum · diuiſerunt ve
ſtimenta eius · ſortem mittentes · ¶ Auguſtin⁹
de concordan · euangeliſtarum · Hoc breuiter a
Matheo dictum eſt · Johannes autem diſtincti-
us explicat · quemadmodum geſtum ſit · Mili-
tes inquit cum crucifixiſſent eum · acceperunt ve-
ſtimenta eius · & fecerunt quatuor partes · vnicui
q̄ militi partem & tunicam · Erat autem tunica
inconſutilis · ¶ Criſoſtomus in homelia · Notan
dum ergo q̄ non parua hec adiectio Criſti erat ·
quaſi enim circa dehonoratum · & omnium viliſſi
mum in Criſto hoc agebant · In latronibus au
tem nichil tale operati ſunt · Diuidere enim veſti
menta in condempnatis valde vilibus & obiectis
fit & nichil aliud habentibus · ¶ Hieronimus ·
Hoc autem quod circa Criſtum geſtum eſt · in
pſalmo fuerat prophetatum · Et ideo ſequitur ·
Vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetā
dicentem · diuiſerunt ſibi veſtimenta mea · & ſu-
per veſtem meam miſerunt ſortem · Sequitur ·
Et ſedentes ſeruabant eum ſcilicet milites · Di
ligentia militum · & ſacerdotum nobis profuit · vt
maior & apertior reſurgentis virtus appareat ·
Sequitur · Et impoſuerunt ſuper caput eius cau
ſam ipſius ſcriptam · Hic eſt Jheſus Rex Judeo
rum · Non poſſum autem digne admirari pro rei
magnitudine · q̄ emptis falſis teſtibus & ad ſedi
tionem clamoremq̄ infelici populo concitato · nul
lam aliam inuenerunt cauſam interfectionis ei⁹
niſi q̄ rex iudeorum eſſet · Et illi forſitan illuden
tes ridenteſq̄ hoc fecerunt · ¶ Rabanus · Di
uinitus autem procuratum fuit · vt talis titulus
ſuper caput eius poneretur · vt per hoc iudei ag-
noſcerent · quoniam nec eciam occidendo facere po
tuerunt · vt eum regem non haberent · Per mor
tis enim patibulum · non amiſit imperium · ſed po
tius corroborauit · ¶ Origenes · Et princeps
quidem ſacerdotum ſecundum litteram legis por
tabat in capite ſuo ſanctificationem domini ſcri
ptam · Verus autem princeps ſacerdotum · &
rex Jheſus in cruce quidem habet ſcriptum ·
Hic eſt Rex Judeorum · Aſcendens autem ad
patrem pro litteris · & pro nomine quo nomina
tur · habet ipſum patrem · ¶ Rabanus · Quia
enim rex ſimul & ſacerdos eſt · cum ſue carnis ho
ſtiam in altari crucis offerret · regis quoq̄ di-
gnitatem titulus pretendit · qui non infra · ſed
ſupra crucem ponitur · quia licet in cruce pro no
bis hominis infirmitate dolebat · ſuper crucem
tamen regis maieſtas fulgebat · quam per cru-
cem non perdidit · ſed potius confirmauit · Se
quitur · Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones
vnus a dextris & alius a ſiniſtris · ¶ Hieronim⁹
Sicut enim pro nobis maledictum crucis · factus
eſt Xp̄c · ſic p̄ oīm ſalute inter noxios q̄ſi noxi⁹

crucifigitur· ¶ Leo· Papa in ſermone de paſ-
ſione do· Duo etiam latrones vnus ad dexteram·
& alius ad ſiniſtram crucifiguntur· vt in ipſa
patibuli ſpecie monſtraretur illa· que in iudicio ip-
ſius omnium hominum eſt facienda diſcretio·
Paſſio igitur chriſti· ſalutis noſtre continet ſa-
cramentum· & de inſtrumento quod iniquitas iu-
deorum parauit ad penam potentia redemptoris
gradum fecit ad gloriam. ¶ Hilarius· Vel ali
ter· Duo latrones leue ac dextere affiguntur· om
nem humani generis vniuerſitatem vocari ad ſa-
cramentum paſſionis domini oſtendentes· Sed
quia per diuerſitatem fidelium ac infidelium fit
omnium ſecundum dexteram ſiniſtramq; diuiſio
vnus ex duobus ad dexteram eius ſitus· fidei iu
ſtificatione ſaluatur· ¶ Remigius· Vel per-
iſtos duos latrones· deſignantur omēs q̄ artioris
vite continentiam apprehendunt· Quicumq; enim
ſola intentione placendi deo hoc faciunt deſignan
tur per illum· qui a dexteris dei crucifixus eſt· Qui
vero pro appetitu humane laudis· vel aliqua mi-
nus digna intentione· deſignantur per illum qui a
ſiniſtris crucifixus eſt· textus

¶ Pretereuntes autem blaſphemabant eum· mo
uentes capita ſua· & dicentes· Vath qui deſtruis
templum dei· & in triduo illud reedificas· ſalua te-
metipſum· Si filius dei es deſcende de cruce· Simi
liter & principes ſacerdotum illudentes eum cum
ſcribis & ſenioribus· dicebant· Alios ſaluos fecit·
ſeipſum non poteſt ſaluum facere· Si rex iſ-
rahel eſt· deſcendat nunc de cruce· & credimus ei
confidit ī deo· liberet eum· ſi vult· Dixit enim quia
filius dei ſum· Idipſum & latrones qui crucifixi
erant cum eo improperabant ei· ¶ Chriſoſtomus·
in homelia· Cum chriſtum denudaſſent & crucifix
iſſent· vltra procedunt· & in cruce videntes affix
um exprobrant ei· Vnde dicitur· Pretereuntes au
tem blaſphemabant eum mouentes capita ſua·
¶ Hieronimus· Blaſphemabant quidem quia
pretergrediebantur viam· & in vero itinere ſcrip
turarum ambulare nolebant· Mouebant capita
autem ſua· quia iam ante mouerant pedes· & non
ſtabant ſupra petram· Ad ipſum autem inſultans·
dicit fatuus populus quod falſi teſtes confinxe-
erant· Vnde ſequitur· Et dicentes· Vach qui
deſtruis templū dei· & in triduo illud reedificas·
¶ Remigius· Vach· interiectio eſt inſultantis
ſiue irridentis· ¶ Hilarius· Quid ergo venie erit
cum poſt triduū reedificatum templum dei in cor-
poris reſurrectione cerneretur· ¶ Chriſoſto-
mus· in homelia· Vt quaſi prioribus ſignis incipi
entes detrahere ſubiungunt· Salua temetipſum·
ſi filius dei es· deſcende de cruce· ¶ Chriſoſtomus·
in ſermone de paſſione· Sed econtrario quia filius
dei eſt· ideo non deſcendit de cruce· Nam ideo venit·
vt crucifigeretur pro nobis· Sequitur· Simi
liter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcri-
bis & ſenioribus· dicebant· Alios ſaluos fecit·
ſeipſum non poteſt ſaluum facere· ¶ Hiero-
nimus· Etiam nolentes ſcribe & pharisei confi-
tentur· ꝙ alios ſaluos fecerit· itaq; veſtra vos
condemnat ſententia· Qui enim alios ſaluos fe-
cit· vtiq; ſi vellet & ſeipſum ſaluare poterat· Se
quitur· Si rex iſrael eſt deſcendat nunc de cru
ce· & credimus ei· ¶ Chriſoſtomus· in ſermo
ne de paſſione domini· Conſidera autem nunc vo
cē filioꝝ diaboli q̄mō imitāt̄ vocē patr̄ nā· Diabo-
lus ei dicebat· Mitte te deorſū ſi filiꝰ dei es & iudei
dicūt· ſi filiꝰ dei es deſcēde de cruce· ¶ Leo· papa·
De q̄ erroris fonte iudei· taliū blaſphemiaꝝ vene-
na potaſtis? Quis vobis magiſter tradidit? que do
ctrina perſuaſit? ꝙ illum regem iſrael· illum dei
filium credere deberetis? qui ſe autem crucifigi nō
ſineret· aut a confixione clauorum liberum cor-
pus excuteret? Non hoc vobis legis miſteria·
aut prophetarum ora cecinerunt· Sed illud vere
legiſtis· Faciem meam non auerti a confuſione
ſputorum· Et iterum· Foderunt manus meas·
& pedes meos· dinumerauerunt· omnia oſſa mea·
Numquid legiſtis· Dominus deſcendit de cruce?
Sed dominus regnauit a ligno· ¶ Rabanus·
Si autem tunc de cruce ſurgeret inſultantibus
cedens· virtutem nobis patientie non demonſtra
ret· ſed expectauit paululum· irriſionem ſuſti-
nuit· qui de cruce ſurgere noluit· de ſepulchro
reſurrexit· ¶ Hieronimus· Fraudulenta au
tem eſt promiſſio· cum addunt· Et credimus ei·
Quid enim plus de cruce adhuc viuentem deſcen
dere· an de ſepulchro mortuum reſurgere? Reſur-
rexit & non credidiſtis· ergo etiā ſi de cruce deſcen
deret non crederetis· Sed mihi videtur hoc demōes
immittere· Statim enim vt crucifixus eſt domi-
nus· ſenſerunt virtutem crucis· & intellexerunt
fractas vires ſuas eſſe & hoc agunt· vt de cruce de
ſcendat· Sed dominus ſciens aduerſariorum in-
ſidias permanet in patibulo· vt diabolum deſtru-
at· Sequitur· Confidit in deo liberet eum ſi vult·
¶ Chriſoſtomus· in homelia· O inquinati
valde· Numquid prophete & iuſti non erant· quia
eos non eripuit a periculis deus? Si autem il-
lorum glorie non obfuit· ꝙ eis pericula indux-
iſtis· multomagis in iſto non oportebat vos ſcan
dalizari per ea que patitur quia ſemper per ea que
dixit· hanc veſtram remouit ſuſpicionem· Sequi
tur· Dixit enim quia filius dei ſum· Per quod
oſtendere volebant· eum pati ob ſeductoris & er
ronei cauſam· & ſicut ſuperbum & vane glori-
antem in his que dicebat· Hic ergo iudei & mili-
tes deſuptus eum deridebant· ſed & deſuper la-
trones cum eo crucifixi· Vnde ſequitur· Idip-
ſum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo·

improperabant ei. ¶ Auguſtinus. de concordantia euangeliſtarum. Poteſt autem putari lucas repugnare ei. quod hic dicitur. qui dicit ꝙ vnus de latronibus blaſphemabat eum. quem alter increpabat. Vbi intelligamus matheum breuiter reſtringentem hunc locum pluralem numerum pro ſingulari poſuiſſe. ſicut in epiſtola ad hebreos legimus pluraliter dictum. Clauſerunt ora leonum. cum ſolus daniel ſignificari intelligitur. Quid autem vſitatius q̄ꝙ vt aliquis dicat. En ruſtici mihi inſultant etiam ſi vnus inſultet. Eſſet autem contrarium ſi matheus dixiſſet ambos latrones conuitiatos domino. Cum vero dictum eſt latrones. nec additum eſt ambo. potuit vſitato locutionis modo per pluralem numerum ſignificari. ¶ Hieronimus. Vel poteſt dici ꝙ primum vterqꝫ ſcilicet blaſphemauerit. deinde ſole fugiente. terra commota. ſaxiſqꝫ diruptis. & ingruentibus tenebris vnus crediderit in iheſum. & priorem negationem ſequenti confeſſione emendauerit. ¶ Chriſoſtomus in homelia. Vt enim non exiſtimes ex quadam conuenientia id geſtum fuiſſe. neqꝫ latronem fuiſſe qui latro videbatur a contumelia. oſtendit tibi quoniam etiam in cruce poſitus latro erat & inimicus & repente transmutatus eſt. ¶ Hilarius. Quod autem latrones ambo conditionem ei paſſionis exprobrant. vniuerſis etiam fidelibus ſcandalum crucis futurum eſſe ſignificat. ¶ Hieronimus. Vel in duobus latronibus vterqꝫ populus. gentilium & iudeorum primo dominum blaſphemauit. poſtea ſignorum multitudine alter exterritus egit penitentiam & vſqꝫ hodie iudeos increpat plaſphemantes. ¶ Origenes. Sed & latro qui ſaluatus eſt. poteſt eſſe miſterium eorum. qui poſt multas iniquitates crediderunt in chriſtum.

¶ A ſexta autem hora tenebre facte ſunt per vniuerſam terram vſqꝫ ad horam nonam. Et circa horam nonam exclamauit iheſus voce magna. dicēs. Heli. heli. lamazabathani. hoc eſt. Deus meus. deus meus vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes & audientes. dixerunt. Heliam vocat iſte. Et continuo occurrens vnus ex eis. acceptam ſpongiam impleuit aceto. & impoſuit arundini & dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine Videamus an veniat helias liberans eum. iheſus autem clamans voce magna. emiſit ſpiritum. ¶ Chriſoſtomus. in ſermone de paſſio. Non poterat ferre creatrura iniuriam creatoris. Vnde ſol retraxit radios ſuos. ne videret impiorū facinora. Et ideo dicitur. A ſexta autem hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terram vſqꝫ ad horam nonam. ¶ Origenes. Ab hoc textu quidam calumniantur euangelicam veritatem. Defectio enim ſolis a ſeculo ſemper fuit in ſuo tempore facta. Sed defectio ſolis que ſecundum conſuetudinem temporum ita currentium fieri ſolet. non in alio tempore fit niſi in conuentu ſolis & lune. quando luna ſubtus currens. ſolis impedit radios. occurrens ei. ¶ In tempore autem quo paſſus eſt chriſtus. manifeſtum eſt quoniam conuentus nō erat lune ad ſolem. quoniam tempus erat paſchale quod conſuetudinis eſt agere quando luna plena eſt. Quidam autem credentium volentes defenſionem aliquam inducere contra hoc. dixerunt. quoniam illa defectio ſolis conuenienter ſecundum cetera prodigia noua. contra conſuetudinem facta eſt. ¶ Dionifius. in epiſtola ad policarpum. Inopinabiliter enim ſoli lunam incidētem videbamus. Non enim erat conuentus temporis & rurſus ipſam a nona hora vſqꝫ ad veſperam ad diametrum ſolis ſupernaturaliter reſtitutam. Eclipſim etiam ipſam ex oriente vidimus inchoatam. & vſqꝫ ad ſolarem terminum venientem. poſtea regredientem. & rurſus non ex eodem & defectum & repungnationem. ſed econtrario ſecundum diametrum factam. ¶ Chriſoſtomus. in homelia. Tribus etiam horis tenebre permanſerunt. cum eclipſis in momento tranſeat. Non enim habet moram. vt ſciunt illi qui conſiderauerunt. ¶ Origenes. Sed aduerſus hoc filij huius ſeculi dicunt. Quomodo hoc factum tam mirabile nemo grecorum aut barbarorum ſcripſit eorum qui notauerunt. ſi quid tale nouum factum eſt aliquando. Et phlegon quidem in chronicis ſuis ſcripſit in principatu tiberij ceſaris factum. ſed non ſignauit in luna plena. Arbitror ergo ſicut cetera ſigna que facta ſunt in paſſione ipſius. ſcilicet velū ſciſſum & terra tremuit & cetera. in hieruſalem tantummodo facta ſunt. Aut ſi latius voluerit quis extendere ad terram iudeam. Sicut in tertio libro regum dixit abdias ad heliam. Viuit deus tuus. ſi eſt gens aut regnum. vbi non miſit dominus meus querere te. oſtendens quoniam ſatis eum in gentibus queſierant circa iudeam. Eſt autem conſequens intelligere quaſdam tenebroſiſſimas nubes & multas & magnas concurriſſe ſuper hieruſalem & terram iudee. & ideo facte ſunt tenebre profunde a ſexta hora vſqꝫ ad nonam. Que enim creature in ſexta die facte fuiſſe intelliguntur. Ante ſextam quidem animalia. In ſexta autem homo. & ideo conueniebat pro ſalute hominis morientem in hora ſexta ſuſpendi. & a ſexta hora propter hoc tenebras fuiſſe factas ſuper omnem terram vſqꝫ ad nonam. Et ſicut moiſe manus extendente in celum facte ſunt tenebre ſuper. egiptios. ſeruos dei tenentes in ſeruitute ſimilr̄ & xp̄o ī ſexta hora manꝰ extēdēte ī cruce ad celū ſup

populum qui clamauerat · Crucifige eum · facte ſu
nt tenebre · & ab omni lumine ſūt priuati. i ſignū
futurarum tenebrarum · que comprehenſure erant
gentem iudeam · Item ſub moiſe facte ſunt tene
bre ſuper omnem terram egipti tribus diebus ·
Omnibus autem filijs iſrahel erat lumen · Sub
chriſto autem facte ſunt tenebre ſuper omnem
iudeam tribus horis. Quoniam propter peccata
ſua priuati ſunt a lumine dei patris & a ſplen-
dore chriſti. & ab illuminatione ſpiritus ſancti ·
Lumen autem fuit ſuper omnem reliquam ter-
ram ꝙ vbiqꝫ illuminat omnem eccleſiam dei in
chriſto · Et ſi vſqꝫ ad horam nonam tenebre fa
cte fuerunt ſuper iudeam · manifeſtum eſt quo-
niam iterum eis lumen refulſit · quia cum pleni-
tudo gencium intrauerit · tunc omnis iſrahel ſal-
uus fiet · ¶ Chriſoſtomus · in homelia · Vel ali
ter · Hoc admirandum erat · ꝙ in omnem terram
tenebre ſunt facte · quod nunquam prius cōtige
rat · In egipto enim ſolum tenebre facte ſunt ·
quādo paſcha perficiendum erat · Que enim tunc
agebantur · horū tipus erāt · Et intuere ꝙ fiunt te
nebre in media die · quando vbiqꝫ terrarum dies
erat · vt omnes qui habitabant terram hoc miracu
lum cognoſcerēt · Hoc autem eſt ſignum quod pe
tentibus promittebat dare · dicens · Gens praua
& adultera · ſignum querit · & ſignum non da
bitur ei · niſi ſignum ione prophete · crucem ſig
nans & reſurrectionem · Etenim multo mirabi-
lius eſt in eo qui crucifixus erat · hoc fieri quam
ambulante eo ſuper terram · Hoc autem ſuffici-
ens erat eos conuertere · non ſolum magnitudine
miraculi · ſed quia hoc geſtum eſt · poſtquam om
nia locuti fuerant que voluerant · & ſacietatem ac
ceperant contumeliarum · Qualiter autem non ad
mirati ſunt vniuerſi · neqꝫ eſtimauerunt eum eſſe
deum · quia ſcilicet hominum genus tunc multa
malicia & deſidia detinebatur · & hoc miraculum
factum confeſtim tranſijt · & non nouerant que eſ-
ſet cauſa eius · quod gerebatur · Et propter hoc
ipſe poſtea loquit᷑ vt oſtendat ſe viuere · & ꝙ ipſe
hoc miraculum fecit · Vnde ſequitur · Et circa ho
ram nonam clamauit iheſus voce magna · dicens ·
Heli Heli lamazabathani · Hoc eſt · Deus meus
deus me⁹ vt quid dereliquiſti me! ¶ Hieronimus ·
Principio viceſimi primi pſalmi vſus eſt · Illud
vero quod ī medio verſiculi reſpice ī me ſupfluum
eſt legit᷑ enī ī hebreo · Deus me⁹ · de⁹ me⁹ · quare
me dereliquiſti! Ergo impij ſunt · qui pſalmū ex
pſona dauid ſiue heſter & mardochei dictum pu
tant cum etiam euangeliſte teſtimonia ex eo ſum
pta ſuper ſaluatore intelligant · vt eſt illud · Di-
uiſerunt ſibi veſtimenta mea · & foderunt ma-
nus meas · ¶ Chriſoſtomus · in homelia · Ideo
autē emiſit ꝓpheticā vocē · vt vſqꝫ ad vltimā horā
teſtimoīm pbibeat veteri teſtamēto & vt videant
qm̄ honorat patrē & nō eſt deo cōtrarius & ideo he
braicam vocem emiſit · vt eis fieret cognita &
manifeſta · ¶ Origenes · Requirendum eſt au
tem · quid eſt ꝙ a deo derelictus eſt chriſtus ·
Et quidam quia non poſſunt exponere · dereli-
qui chriſtum a deo dicunt ꝙ per humilitatem
dictum eſt · Sed manifeſte intelligere poteris
quid ſit quod dicit · faciens comparationem glo
rie illius quam habuit apud patrem ad cōfuſio-
nem quam cōtempnens ſuſtinuit crucem · ¶ Hi-
larius · Per hec autem verba · ingenia conten-
dunt heretica · ꝙ aut defeciſſe omnino deum ver
bum in animam corporis volunt · dum corpus of-
ficio anime viuificat · aut omnino nec fuerit chri-
ſtus homo natus · quia in eo dei verbum modo ſpi
ritus habitauerit prophetalis · q̃ſi iheſus chriſtus
anime ſolum & corporis homo communis · Hoc ha
bet ſui exordium · quo eſſe cepit homo · qui nunc a
dei verbo contracta rurſum protectione deſertus
clamet · Deus meus · quare me dereliquiſti! Vel
certe in anima verbi natura mutata · paterno chri
ſtus in omnibus vſus auxilio · nunc inops eius
morti qꝫ permiſſus ſolitudinem ſuam conque-
ratur · relinquentemqꝫ ſe arguat · Sed inter has
impias infirmaſqꝫ ſentencias eccleſie · fides imbu
ta apoſtolicis doctrinis · non partitur iheſum · chri
ſtum · ne filius dei non & filius hominis intelli-
gatur · Nam querela derelicti morientis infirmi
tas eſt · Promiſſio autem paradiſi viuentis dei
regnum eſt · Habes inconquerente ad mortem re
lictum ſe eſſe · quia homo eſt · Habes eum qui mo-
ritur profitentem ſe inparadiſo regnare · quia de
us eſt · Non ergo mireris verborum humilitatem
& querimonias derelicti · cum formam ſerui ſci-
ens · ſcandalum crucis videas · Gloſa · Dicitur au
tem deus eum deſeruiſſe in morte · quia poteſta
ti perſequentium eum expoſuit · ſubtraxit enim
protectionem · ſed non ſoluit vnionem · ¶ Orige-
nes · Poſtquam autem vidit ſuper omnem terrā
iudeam tenebras · hoc dixit · oſtendere volens · De-
reliquiſti me pater · & talibus eximanitum cala
mitatibus tradidiſti · vt populus qui fuerat apud
te honoratus · recipiat que in me auſus eſt · vt
priuetur a lumine tue proſpectionis · ſed & pro
ſalute gentium dereliquiſti me · Quid autem tam
bonum fecerunt · qui ex gentibus crediderunt ·
vt precioſo ſanguine ſuper terram effuſo pro eis ·
emerem eos a maligno · aut quid tale dignum fa
cturi ſunt homines · pro quibus patior iſta · For
ſitan autem & videns peccata hominum pro qui
bus patiebatur · dixit · quare me dereliquiſti! vt
fierem quaſi qui colligit ſtipulam in meſſe · &
racemos in vindemia · Non autem eſtimes hum
ano more ſaluatorem iſta dixiſſe · propter cala
mitatem que comprehenderat eum in cruce · Si
enim ita acceperis · non audies magnam vocem

eius que oſtendit aliquid eſſe magnum abſconditum. ¶ Rabanus. Vel ſaluator hoc dixit. noſtros circumferens motus. qui in periculis poſiti a deo deſeri nos putamus. Humana enim natura propter peccatum a deo fuerat derelicta. Sed quia filius dei factus eſt noſter aduocatus. quorum ſuſcepit culpam deplorat miſeriam. in quo oſtendit quantum flere debeant qui peccant. quando ſic fleuit qui nunquam peccauit. Sequitur. Quidam autem illic ſtantes & audientes dicebant. Heliam vocat iſte. ¶ Hieronimus. Non omnes. ſed quidā. quos arbitror milites fuiſſe romanos. non intelligentes hebraici ſermonis proprietatem. ſed ex eo quod dixit. Hely. Hely. putabant helyam ab eo inuocatū. Sin autē iudeos qui hoc dixerint. intelligere voluerimus. hoc more ſibi ſolito feciſſe. vt dominum imbecillitatis infament. qui helye auxilium deprecetur. Sequitur. Et continuo currens vnus ex eis acceptam ſpongiam impleuit aceto & impoſuit arundini & dabat ei bibere. ¶ Auguſtinus. in ſermone de paſſione. Hic ergo propinator fontium. potatur aceto. mellis dator. cibatur felle. Flagellatur remiſſio. condemnatur venia. Illuditur maieſtas. ridetur virtus. perfunditur largitor hymbrium ſputis. ¶ Hilarius. Eſt autem acetum vinum quod per vitium. aut incurie aut vaſis aceſcit. Vinum autem eſt honor mortalitatis aut virtus. Cum igitur in adam corruiſſet. ipſe accepit & potauit ex gentibus. In calamo enim & ſpongia vt potaret offertur ex corporibus gentium in ſe ad communionem immortalitatis ea que in nobis erant vitiata. transfudit. ¶ Remigius. Vel aliter iudei acetum erāt degenerantes a vino patriarcharum & prophetarum. habebant fraudulenta corda quaſi ſpongia ꝫ cauernoſis atqꝫ tortuoſis latibulis. Per arūdinem deſignatur ſacra ſcriptura que in hoc facto implebatur. Sicut enim lingua hebrea vel greca dicitur loquela que fit per linguam. ſic & arundo dici poſſet littera vel ſcriptura. que in hoc facto implebatur. que fit per arundinem. ¶ Origenes. Et forſitan quicumqꝫ ſecundum doctrinam eccleſiaſticam ſapiunt. viuunt autem male. dant ei vinum bibere felle permixtum. Qui autem alienas a veritate ſententias applicant chriſto. quaſi eas dicenti. hi ſpongiam implentes aceto. imponunt calamo ſcripture. & offerunt ori eius. Sequitur. Ceteri vero dicebant. Sine. videamus an veniat helyas liberans eum. ¶ Rabanus. Quia enim milites praue ſonum vocis dominice intelligebant. ideo inaniter aduentum helye expectabant. Deum ergo quem ſaluator hebraico ſermone inuocabat. inſeparabiliter ſemper ſecum habebat. ¶ Auguſtinus. in ſermone de paſſione. Cum ergo nil iam chriſto reſtaret ex penis. mors moratur. quia ſuū eſſe ibi nil ſentit. Suſpecta eſt vetuſtati nouitas. Hunc primum huuc ſolum vidit hominem peccati neſcium. noxa liberum. iuris ſui legibus nil debentem. Accedit tamen confederata iudaico mors furori. & deſperata vite inuadit autorem. Vnde ſequitur. Iheſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum. Quare autem diſplicet ſi chriſtus de ſinu patris ad noſtram ſeruitutem venit. vt nos ſue redderet libertati. noſtram mortem ſuſcepit. vt nos eius morte liberemur. quando nos deſpectu mortis mortales iudeos retulit terrenos celeſtibus eſtimauit. Quantum enī diuina virtus operum cōtemplatione lucebat. tantū pati ꝑ ſubiectis pro ſeruis mori inſigne eſt caritatis immenſe. Ergo hec prima cauſa eſt dominice paſſionis. quia ſciri voluit quantum amaret hominem deus. qui plus amari voluit. q̃ timeri. Secunda cauſa eſt. vt ſententiam mortis. quam iuſte declarat. iuſtius aboleret. Quia namqꝫ primus homo adiudicante deo. de reatu incurrerat mortem. & eam tranſmiſit ad poſteros. Venit de celo ſecundus homo peccati neſcius vt mors damnaretur. que rapere iuſſa reos innocentie ipſum inuadere preſumpſit autorem. Nec mirandum eſt ſi pro nobis poſuit quod ſuſcepit a nobis. ſcilicet animam qui propter nos fecit tanta & talia largitus eſt nobis. ¶ Auguſtinus. contra felicianum. Abſit enim a fidelibus iſta ſuſpicio vt ſic chriſtus ſenſerit mortem noſtram. vt quantum in ſe eſt. vita perdat vitam. Nam ſi hoc ita eſſet. quomodo illo triduo potuiſſe dicimus aliquid viuere ſi vite fons dicitur aruiſſe. ſenſit igitur mortem deitas chriſti participatione humana. ſiue humani affectus quem ſponte ſuſceperat. non nature ſue potentiam perdidit. per quam cuncta viuificat. In morte enim noſtra ſine dubio deſtitutum corpus vita animam noſtram non perimit. dum diſcedens anima non vim ſuam perdit. ſed quod viuificauerat hoc dimittit. & quantum in ſe eſt. alterius mortem facit ipſa non recipit. De ſaluatoris nunc anima dicemus. que vt non dicam propter inhabitantem diuinitatem & propter iuſticiam ſingularem. certe propter communem moriendi ſortem corpus illo triduo ſic potuit deſerere. vt ipſa non poſſet penitus interire. Credo enim dei filium mortuum eſſe. non ſecudum penam iniuſticie quam ex toto non habuit. ſecundum legem nature. quam pro humani generis redemptione ſuſcepit. ¶ Damaſcenus. Et ſi tamen mortuus eſt vt homo. & ſancta eius anima ab incontaminato diuiſa eſt corpore. Sed tamen deitas inſeparabilis ab vtriſqꝫ permanſit. ab anima dico & corpore. Et neqꝫ vna ita hypoſtaſis in duas diuiſa eſt. corpus enī & anima. ſicut a principio in verbi hypoſtaſi habuerunt exiſtentiam. etiā in morte.

Neqꝫ enim anima neqꝫ corpus ꝓpriam habuerũt hypoſtaſim pter hypoſtaſim vbi. ¶ Hiero. Diuine autem poteſtatis indicium eſt emittere ſpm̃ & vt ipſe q̃ꝫ dixerat. Nemo poteſt tollere animã meam a me ſed ego pono eam & iterꝝ ſumo eam. Spm̃ em̃ in hoc loco pro anima intelligamus. Sed qd̕ vitale aut ſpiritale corpus faciat ſeu ꝙ ipſius anime ſubſtantia ſpũs ſit iuxta id quod ſcriptũ eſt. Auferes ſpm̃ eorum & deficient. ¶ Chriſoſtom⁹ in homelia. Propter hoc autez & voce magna clamauit. vt oſtendatur quoniam ſecunduz eius poteſtatem id geritur. Per hoc enim ꝙ moriens vocem emiſit magnam. apertiſſime ſe verum deum eſſe oſtendit. quoniam homines cum moriuntur. vix tenuem vocem emittere poſſunt. ¶ Auguſtinus. de con. Euangeliſtarum. Quid autem voce magna dixerit. Lucas declarauit. dixit enim. Et clamans iheſus voce magna ait. pater in manus tuas commendo ſpm̃ meum. ¶ Hilarius. Vel ſpiritum cuz clamore magne vocis emiſit. dolens nõ ſe omnia peccata portare.

¶ Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſqꝫ deorſum. & terra mota eſt. & petre ſciſſe ſunt. & monumenta aperta ſunt. & multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem. & apparuerũt multis. Centurio autem & qui cum eo erant. cuſtodientes iheſum. viſo terremotu & his que fiebant. timuerunt valde. dicentes. Vere filius dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres multe a longe que ſecute fuerant ihm̃ a galilea miniſtrantes ei. Inter quas erat maria magdalene & maria iacobi & ioſeph mater. & mater filiorum ſebedei. ¶ Origenes. Magna facta ſũt ex eo ꝙ magna voce clamauit iheſus. Vnde ſequitur. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſqꝫ deorſum. Auguſtinus. de con. euan. In quo ſatis oſtẽdit tunc eſſe ſciſſum cum emiſit ſpiritum. Si autẽ non addidiſſet. Et ecce. ſimpliciter dixiſſet. Et velum templi ſciſſum eſt. incertum eſſet. vtrum ipſe & marcus hoc recapitulando commemoraſſent. Lucas autem ordinem tenuiſſet. Qui cum dixiſſet ſol obſcuratus eſt. cõtinuo ſubiungendum eſtimauit. Et velum templi ſciſſum eſt. An lucas recapitulaſſet. quod illi ordine poſuiſſent. ¶ Origenes. Duo autem fuiſſe vela intelliguntur. vnum quod velat. ſanctaſanctorꝝ. aliud exterius ſiue tabernaculi ſiue templi. In paſſione ergo domini ſaluatoris. velum quod erat a foris conſciſſum eſt. a ſurſum vſqꝫ deorſum. Ab initio mundi vſqꝫ ad finez conſciſſo velamine. miſteria publicantur. que vſqꝫ ad aduentum domini rationabiliter fuerunt occultata. Cum autem venerit quod perfectum eſt. tunc auferetur etiam ſecundum velum. vt videamus etiam que interius ſunt occultata. ſcilicet veram arcam teſtamenti. & ſicut ipſa ſe habet natura videamus cherubin & alia. ¶ Hilarius. Vel ideo velũ templi ſcindit̃. qꝛ exinde ꝓplus eſt diuiſus in ptes. & veli honor cuz cuſtodia angeli ꝓtegentis aufertur. ¶ Leo papa in ſermone de paſſi. Eſt aũt ad teſtimoniũ venerande paſſionis ſufficiens ſignũ elementorꝝ inordinata turbatõ. Vñ ſeq̃tur. & terra mota ẽ. & petre ſciſſe ſunt. & monumẽta apta ſunt. ¶ Hie. Nulli em̃ dubiũ ẽ q̃d ſiḡficet. iuxta lr̃am magr̃tudo ſignorꝝ vt crucifixũ dñm ſuũ & celũ & terra & om̃ia demõſtrarẽt. ¶ Hila. Mouetur terra qꝛ capax hui⁹ mortui eſſe nõ poterat. petre ſciſſe ſunt. Om̃ia em̃ valida & fortia penetrãs dei v̂bũ & ptas eterne v̂tutis irruperat. Et monumenta apta ſunt. Erãt em̃ mortis clauſtra reſerata. ſeq̃tur. Et multa corpa ſanctorꝝ q̇ dormierãt. ſurrexerũt. Illumiãs em̃ mortis tenebras & ĩferorꝝ obſcura colluſtrãs. mortis ſpolia detrahebat. ¶ Chriſ. in ho. Ipſo q̇de in cruce manẽte eũ irridẽtes dicebãt. Alios ſaluos fecit. ſeipm̃ non pt̃ ſaluũ facẽ. & qd̕ ĩ ſe facẽ noluit. ĩ ſuorꝝ corpib⁹ cuz mlt̃a ſuphabũdãtia demõſtrauit. Si ei q̃driduanũ laſarꝝ exurgẽ magnũ fuit. multomagis eos repẽte q̇ olim dormierãt. apparere viuẽtes qd̕ future reſurrectõis erat ĩdiciũ. Vt aũt ñ putaret̃ eẽ phantaſma qd̕ factuz ẽ. euãgeliſta ſubiũgit. Et exeũtes de monumẽtis poſt reſurrectõez ei⁹ venerunt ĩ ſãctã ciuitatẽ & apparuerũt multis. ¶ Hie. quõ aũt laſar⁹ mortu⁹ reſurrexit. & ſic multa corpa ſãctorũ reſurrexerũt. vt dñm oñderẽt reſurgẽtẽ. & tñ cũ monumẽta apta ſũt. ñ añ reſurrexerũt. ꝙ reſurgeret dñs vt eẽt pmogeit⁹ reſurrectõis ex mortuis ſãctaz aũt ciuitatẽ ĩ q̃ viſi ſũt reſurgẽtes aut hieruſalẽ celeſtẽ ĩtelligam⁹. aut hãc t̃renã q̃ añ ſãcta fuerat ſãcta ei appellabat̃ ciuitas hieruſalẽ. ꝓpt̃ tẽplũ & ſãctaſãctorꝝ. & ob diſtinctõez aliarꝝ vrbiũ In q̇b⁹ idola colebãt̃. Quãdo vo dr̃. apparuerũt multis. oñdit̃ ñ generalis fuiſſe reſurrectõ q̃ oĩb⁹ appareret ſ; ſpecialis ad plurimos. vt hi viderent q̇ cernẽ merebãt̃. ¶ Remi. q̃ret aũt aliq̇s. qd̕ de illis factũ ſit. q̇ reſurgẽte dño ſurrexerũt. credẽdũ q̇ppe eſt q̃m ideo ſurrexerũt. vt teſtes eſſent dñice reſurrectõnis. Quidã aũt dixerũt. ꝙ iterꝝ mortui ſũt. & ĩ cinerẽ cõuerſi. ſicut & lazar⁹ & ceteri q̃s dñs reſuſcitauit. Sed iſtorꝝ dictis nullo mõ eſt fides accomodãda. q̃m maius illis eſſẽt tormẽtũ q̇ ſurrexerũt ſi iterꝝ morituri eſſent. q̃ꝫ ſi nõ reſurgerẽt. Incunctãter g̊ credere debem⁹. qꝛ q̇ reſurgente dño a mortuis ſurrexerunt aſcendẽte eo ad celos & ipſi parit̃ aſcenderunt. Semp aũt hec eadẽ magna cottidie fiũt. Velũ em̃ templi ad reuelandũ q̃ intus hñtur ſcinditur ſanctis. terra etiam mouetur ideſt om̃is caro nouo verbo & nouis rebus ſecundum nouũ teſtamentum. Petre autem ſcinduntur. que miſterium fuerũt ꝓphetarꝝ. vt ĩ ꝓfundis eorꝝ. poſita ſpiritalia miſteria videam⁹. Monumẽta aũt dicũtur corpora peccatricũ aĩarꝝ ideſt mortuarꝝ deo. cũ aũt per grãm dei aĩe huiuſmodi fuerint ſuſcitate.

eſſe arcẽdos a bñdictione · Difficile diuitem intra-
re in regnum celorum ·
xx · De primis nouiſſimos futuros · parabolã ope-
rarioꝝ in vinea conductorum · De petitione filioꝝ
zebedei · & de primis accubitibus cene · De duobꝰ
cecis ſecus viam curatis ·
xxj · De aſino & pullo eius · De ficu arefacta · In
terrogatus ĩ qua ꝑ̃tate hec faceret · Interrogat de
iohannis baptiſmate · ſubiungẽs parabolam duoꝝ
filiorum in vineam miſſorum · Parabolã de vinee
colonis · qui ĩterficiunt ad ſe miſſos ·
xxij · Parabolã de hijs q̃ inuitati ad nuptias · veni
re cõtẽnunt · De denario ceſaris · De muliere q̃ · vij ·
viros habuit · Iheſus temptatus a phariſeis ĩter-
rogat cuiꝰ filius ẽ chriſtus ·
xxiij · Increpãs ſcribas dicit · Veh vob̃ ſcribe &
phariſei · Increpatio ciuitatis hieruſalẽ de occiſio
ne ꝓphetaꝝ & lapidatiõe ·
xxiiij · De ſignis nouiſſimoꝝ dieꝝ · De aduẽtu ſal
uatoris ·
xxv · De · x · v̂ginibꝰ · De talẽtis · De ouibꝰ a dex-
tris & hedis a ſiniſtris ·
xxvj · Iudeoꝝ cõſiliũ de cõp̃hendẽdo ihũ · & c̃ q̃ ĩ ce
na dñi geſta ſũt ·
xxvij · Petro p̃dicit ꝙ tercio eũ abnegaturꝰ eſſet
orõ ihũ ad p̃rẽ · & cetera cũ detraderet᷑ · Paſſio dñi
& ſepultura ·
xxviij · Reſurrectio eiꝰ · Item mãdata · & doctri-
na eius de baptiſmo ·

Dominica ſcđa in aduentu.	
Cū audiſſet iohannes in vinculis.	xj.
In feſto ſancti ſtefphani marti.	
Ecce ego mitto ad vos.	xxiij.
In feſto innocentium.	
Angelus domini apparuit.	ij.
In epiphonia domini.	
Cum natus eſſet iheſus in beth.	ij.
Dominica ſcđa poſt octauā epipho.	
Cum deſcendiſſet iheſus de.	viij.
Dominica tercia.	
Aſcendente iheſu in naui.	viij.
Dominica quarta.	
Simile eſt factū regnum celoꝝ.	xiij
In ſeptuageſima.	
Simile eſt regnum celorum.	xx.
Feria quarta in capite ieiunij.	
Cū ieiunatis nolite fieri ſicut hy.	vj.
Feria quinta.	
Cum introiſſet iheſus capharnaū.	viij.
Feria ſexta.	
Audiſtis qꝛ dictū eſt antiquis.	v.
Dominica prima in. xl.	
Ductus eſt iheſus in deſertum.	iiij.
Feria ſcđa. Cū venerit fili9 ho.	xxv.
Feria tercia.	
Cū intraſſet iheſus hieroſoli.	xxj.
Feria quarta.	
Acceſſerūt ad iheſum ſcri. & pha.	xv.
Feria quinta.	
Egreſſus iheſus. receſſit in partes.	xv.
Dominica ſcđa in. xl.	
Aſſumpſit ihūs pe. ia. & iohan.	xvij.
Feria tercia.	
Locutus ē ihūs ad turbas & ad.	xxiij.
Feria quarta.	
Aſcendens ihūs hieroſoli.	xx.
Feria ſexta.	
Homo quidā erat paterfami.	xxj.
Feria ter. poſt terciā dñicā in. xl.	
Reſpiciens ihūs diſci. ſuos.	xviij.
Feria quarta.	
Acceſſerūt ad ihm̄ ſcri. & . pha.	xv.
Dominica in ramis palmarum.	
Cū appropinqſſet ihūs hieroſo.	xxj.
Scitis qꝛ poſt biduū paſcha fiet.	xxvj.
Sabbato.	
Veſpere autem ſabbati.	xxviij.
Feria ſexta poſt dñicam in paſcha.	
Vndecim diſcipuli.	xxviij.
Dominica quinta poſt penthecoſten.	
Niſi habundauerit iuſticia.	v.
Dominica ſeptima.	
Attendite a falſis prophetis.	vij.
Dominica. xiij.	
Nemo pt̄ duobꝫ dñis ſeruire.	vj.
Dominica. xvij.	
Acceſſerunt ad iheſum.	xxij.

Dominica. xviij.	
Aſcendens iheſus in nauicu.	ix.
Dominica. xix.	
Simile ē regnū celoꝝ homini regi.	xxij.
Dominica. xxij.	
Abeuntes phariſei.	xxij.
Dominica. xxiij.	
Loquente iheſu ad turbas.	ix.
Dominica. xxiiij.	
Cum videritis abomina.	xxiiij.
In feſto ſancti andree.	
Ambulans iheſus iuxta mare.	iiij.
In feſto ſancte agnetis.	
Simile ē regnū celoꝝ theſauro.	xiij
In cōuerſione ſancti pauli apl̄i.	
Ecce nos relinquimus omnia.	xix.
In cathedra ſancti petri.	
Venit iheſus in partes.	xvj.
In feſto ſancti mathie apoſtoli.	
Confitebor tibi pater.	xj.
In feſto ſancti petri apoſtoli.	
Venit iheſus in partes.	xvj.
In feſto ſancti pauli apoſtoli.	
Ecce nos relinquimus omnia.	xix.
In feſto ſanctoꝝ. vij. fratrum.	
Ecce mater.	xij.
In feſto ſancti iacobi apoſtoli.	
Acceſſit ad iheſum mater.	xx.
In natiuitate ſancte marie virgi.	
Liber generationis ihū chriſti.	j.
In octaua apl̄oꝝ petri & pauli.	
Iuſſit ihūs diſci. ſu. aſcē. ī nauicu.	xiiij.
In ſancti mathei apoſtoli.	
Vidit ihūs hominē ſedētē in the.	ix.
In dedicatione ſancti michaelis.	
Acceſſert diſci. ad ihm̄ di. q̇s putas.	xviij.
In vigilia plurimoꝝ apoſtoloꝝ.	
Ecce ego mitto vos ſicut oues.	x.
Ecce nos relinquimus omnia.	xix
In natali vnius martiris.	
Nolite arbitrari qꝛ venerim mit.	x.
Si quis vult poſt me venire.	xvij
Nihil opertū quod nō reueletur.	x.
In natali plurimoꝝ martirū.	
Confitebor tibi pater celi & terre.	xj.
Sedēte ihū ſup montem oliueti.	xxiiij.
Vidēs ihūs turbas aſcen. ī montē.	v.
In vigilia nati. dñi nr̄i ihū xp̄i.	
Cū eſſet deſponſata mater ihū.	j.
In natali confeſſoꝝ pontificum.	
Vos eſtis ſal terre. qđ ſi eua.	v.
Vigilate qꝛ neſcitis qua hora.	xxv.
Homo q̇dā peregre ꝓficiſcens.	xxv.
In natali virginum.	
Simile ē regnū ce. x. v̄ginibꝫ.	xxv.
Simile ē regnū ce. theſauro abſcō.	xiij.
In honore ſancte crucis.	
Aſſumpſit ihūs. xij. diſci. ſecre.	xx.

REuerēdo in xp̄o patri dn̄o ambaldo · Baſilice · xij. Apoſtoloꝝ venerabili p̄ſbitero cardinali · frat̄ thomas de aquino ordinis fratꝝ p̄dicatoꝝ ſe totum · Rex opifex deꝰ ſolo ſue bonitatis intuitu cūta in eē ꝓducens naturalē boni amorē oībꝰ indidit creaturis · vt dū vnaqueq; res bonū ſibi cōnemēs naturalit̄ amat & appetit · quadā cōuerſiōe mirabili · in ſuū recurrē demōſtret̄ autorē · Sed in hoc p̄fert̄ ceteris rationalis natura q̄ ip̄m vniuerſalē bonitatis fontē · p ſapiētiā intueri pōt & p caritatis amorē ſuauit̄ deguſtare · Vn̄ fit vt ſapētie bonū q̄ ad ip̄m fontē bonitatis accedimꝰ · oībꝰ humanis bonis ſcd̄m recte ratōis iudiciū p̄ferat̄ · Hec eſt em̄ q̄ faſtidiū neſcit · ita vt qui eam edit adhuc eſuriat & q̄ eam bibit · ſitire nō ceſſet · Hec eſt que intantū peccato repugnat · vt qui ſcd̄m ip̄am opāt̄ur · nō peccēt · Hec eſt q̄ indeficiētez fructū ſuis miniſtris largit̄ · vt qui eam · elucidāt · vitā poſſideāt ſempiternā · Precellit itaq; voluptates · dulcedine ſecuritate · Sedes & regna vtilitate diuitiaſq; vniuerſas · Huiuſmodi igit̄ delectatꝰ muneribꝰ euangelice ſapiētie a ſeculis in miſterio abſcōdite quā in lucē ꝓduxit dei ſapiētia īcarnata · miſteriū expoſitōis adhibui · ſacroꝝ doctoꝝ ſentētias cōpilādo Ad qd̄ me induxit p̄mitꝰ felicis recordatōis Vrbani pape q̄rti mādatum · Veꝝ quia eo ſūmo pōtifice ex hac vita ſubtracto · tria euāgelia · marci luce & iohānis exponēda reſtabāt · ne opꝰ qd̄ obediētia inceperat negligētia impfectū reliquēt cū multo labore diligēs adhibui ſtudiū · vt q̄tuor euāgelioꝝ expoſitōz cōplerē · eadē ī oībꝰ forma ſuata · in ponēdis ſanctoꝝ autoritatibꝰ & eoꝝ noībꝰ p̄ſcribēdis · Et vt magis ītegra & cōtinua p̄dicta ſanctorū expoſitō redderet̄ q̄ſdā expoſitōes doctoꝝ grecoꝝ in latinū feci trāſferri · ex q̄bꝰ plura expoſitōibꝰ latinoꝝ doctoꝝ īterſerui autoꝝ noībꝰ p̄notatis Veꝝ quia cōgruit · vt de laboꝝ fructibꝰ oblatōes ſacerdotibꝰ offerant̄ · expoſitionis euangelice opꝰ laboris mei fructum apoſtoloꝝ preſbitero cenſui offerendū · In quo veſtra ſuſcipiat autoritas debitū ſciētis īduſtria iudicij cēſurā exerceat · Et ātiq̄ dilectō amoris affectū ī offerētis munē cōp̄hēdat

¶ · Gloſa ·

VOcationē gētiū & cauſā ſalutis eaꝝ eſaias ꝓpheta manifeſto p̄nunciat oraculo dicēs · Deus meꝰ factꝰ eſt fortitudo mea · & dixit · paꝝ ē · vt ſis mihi ſuus ad ſuſcitādas tribꝰ iacob · & feces iſrael cōuertendas · Dedi te in lucē gētiū · vt ſis ſalꝰ mea vſq; ad extremū terre · ¶ Hier · ſup eſaiā in q̄bꝰ v̄bis oñditur xp̄m appellari ſuū inquātū ē formatꝰ ex vtero · Nā an̄ v̄ba iſta p̄mittit̄ · Hec dicit dn̄s formās me ex vtero ſuū ſibi · Fuerat ſiq̄dez volūtas p̄ris · vt peſſimi vinitores miſſuz ſuſcipēt filiū vn̄ & ip̄e xp̄s ad diſcipulos loq̄t̄ · In viā gētiū ne abieritis ſed ita magis ad oues ꝑditas domꝰ iſrael · Quia igitur iſrael nō ē reductꝰ ad deū ꝓptea dei filiꝰ loq̄t̄ iudeis nō credentibꝰ dicēs · Deꝰ meꝰ factꝰ eſt fortitudo mea · q̄ & cōſolatꝰ eſt me ſup adiectōe populi mei · & dixit mihi adſuſcitādas tribꝰ iaco · q̄ ſuo vitio corruerūt · & ad feces ſiue reliq̄as iſrael cōuertēdas · Pro illis em̄ dedi te ī lucē gētiū oīm · vt illumīes vniuerſū mūdū · & ſalutē meā p quā hoīes ſalui fiunt · vſq; ad extrema terre facias ꝑuenire ·

¶ Glo · Ex p̄miſſis igit̄ v̄bis duo poſſumꝰ colligē quoꝝ p̄mū ē · diuina virtꝰ q̄ fuit in xp̄o · ex q̄ efficax fuit ad gētiū illumīatōz q̄r dicit̄ · Deꝰ meꝰ factus ē fortitudo mea · Deꝰ igit̄ erat in xp̄o · mūdū recōcilians ſibi · vt apoſtolus ad corinthios dicit · Vn̄ & euāgeliū p qd̄ credētes ſaluant̄ · virtꝰ dei ē ī ſalutē oī credēti · vt idē apoſtolꝰ ad romanos dic̄ Scd̄m aūt eſt illumīatio gētiū & ſalꝰ mūdi ex diſpoſitōe patris p xp̄m cōpleta · q̄r dicit̄ · Dedi te ī lucē gētiū · Vn̄ pꝰ reſurrectōz ſuā dn̄s vt diſpoſitiōz patris impleret ad p̄dicandū diſcipulos miſit dicēs · Docete oēs gētes · Quoꝝ q̄dā ad p̄dicandū iudeis · q̄dā ad p̄dicādū gētibꝰ miſteriū acceperūt Quia vero euāgeliū oportuit nō ſolū p̄dicari ꝓpter p̄ſentes · ſ; etiā ſcribi ꝓpt̄ futuros eadē diſtinctio ē in ſcriptoribꝰ euāgelij obſeruata · Nā mattheꝰ iudeis euāgeliū ebraico ſmone ſcripſit · Marcus aūt p̄mꝰ euāgeliū ſcripſit in gētibꝰ · ¶ Euſe · in eccleſiaſtica hiſtoria · Cū eī romane vrbi claꝝ v̄bi dei lumē fuiſſet exortū · ſmo veritatis & lucis q̄ p petrū p̄dicabat̄ vniuerſoꝝ mētes placido illuſtrauit auditu · ita vt q̄tidie audiētibꝰ eū nulla vnq̄ ſatietas fieret · Vn̄ neq; eis auditio ſola ſufficiebat · ſ; marcū diſcipulū eius oībꝰ p̄cibꝰ exorāt · vt ea q̄ ille v̄bo p̄dicabat · ad ꝑpetuā eoꝝ cōmonitōz habēdā · ſcripture traderet q̄ domi foriſq; in huiuſmōi meditatiōibꝰ v̄bi ꝑmanerēt · nec p̄us ab obſecrādo deſiſtūt · quā q̄ orauerāt īpetrarēt · Et hec fuit cauſa ſcribēdi euāgeliū ſcd̄m marcū · Petrꝰ vero vt p ſpiritū ſanctū religioſo ſe cōpit furto ſpoliatū delectatꝰ ē fidem eorum p deuotionez que conſiderans · factum q; confirmauit · & in ꝑpetuam legendā ſcripturam eccleſijs tradidit · ¶ Hieronimus · ſuper marcum Principium autem quia a perfectionis etatis chriſti predicatione inchoat · nec laborat in natiuitate infantuli qui loquit̄ de perfectōe filij dei · ¶ Chriſoſtomus · Compendioſam autem ac breuem narrationem facit · In quo magiſtrum imitatus eſt ſcilicet petrum breuitati ſtudentem · ¶ Auguſti · De cōſenſu euange · Vnde mattheus qui regiam Chriſti perſonā narrandam ſuſcepat habuit marcum ſibi tanquam comitem & abbreuiatorem ad

iunctū qui ſua veſtigia quodammodo ſequeretur.
Regū enī̄ eſt nō eſſe ſine comitū obſequio. Sacer=
dos aūt quoniā in ſancta ſāctoꝝ ſolus intrabat ꝓp=
terea lucas cuius circa ſacerdotiū xp̄i erat intentō
nō habuit tanq̄ ſotiū obſequentē. qui ſuam narra=
tionē quodāmodo breuiaret. ¶ Beda. Notandū eſt
etiā ꝙ euāgeliſte ſancti diuerſū narrationis ſue p̄=
mordiū ſinguli diuerſū ſtatuere terminū. Mathe=
us nanq; a natiuitate dominica exordiū ſūmens.
ad tēpus vſq; dominice reſurrectōis ſeriē ſue narra
tionis ꝑ duxit. Marcus ab initio euangelice p̄dica
tionis incipiēs ꝑuenit vſq; ad tempus aſcenſionis
dn̄i & p̄dicationis diſcipuloꝝ eius cunctis gentibꝰ
ꝑ orbez. Lucas a natiuitate p̄curſoris inchoās euā
geliū terminauit in aſcēſione dominica. Johannes
ab eternitate verbi dei p̄ncipiū ſumēs vſq; ad tem
pus dominice reſurrectionis euāgelizando ꝑtingit
¶ Ambro. ſup lucā. Quia igit̄ marcus a potentie
cepit exp̄ſſione diuine recte ſub leonis imagine fi=
gurat̄. ¶ Remigius ſup matheū. Per leonē etiā
ſignat̄ Marcus q̄a ſicut leo terribilē vocē in deſer
to emittit. Hic marcus a voce in deſerto incepit.
dicens. Vox clamantis in deſerto. ¶ Aug. de cō.
euange. Quāuis & de figura alit̄ dici poſſit. Mar=
cus enī̄ qui neq; ſtirpem regiam vt matheus ob
hoc ꝑ leonem ſignificatus neq; ſacerdotalē vt lu=
cas ſignatus ꝑ vitulū. vel cognationē vel cōſecrati
onē narrare voluit. & tn̄ in eis verſatus oſtendit̄
que homo chriſtus opatus eſt ꝑ hoīs figurā in il=
lis quatuor aīalibꝰ ſignatꝰ videt̄. ¶ Theophras.
Vel euāgeliū ſcd̄m marcū aquila inuit a ꝓphetia
enī̄ iohannis incepit. Prophetia vero acute que a
longe ſūt ſpeculat̄ vt aquila. Inicium euange=
lij ihesu xp̄i filij dei. ¶ Hiero. in ꝓlogo. Marcus
euāgeliſta ſacerdotiū in iſrael agens ſcd̄m carnē.
Leuita ad dominū cōuerſus. euāgeliū ī italia ſcrip
ſit. oſtendens in eo quid & generi ſuo deberet xp̄s
Nam initiū euangelij in voce ꝓphetice exclamati=
onis inſtituens. ordinē leuitice electōis oſtēdit. p̄=
dicās iohānē zacharie filiū in voce angeli emiſſum
dicens. Iniciū euangelij ihesu xp̄i. ¶ Hiero. euan
geliū grece dicit̄. latine bona anūtiatio p̄dicatur.
quod ꝓprie ad regnum dei & remiſſionem pertinet
peccatorū. Et enī̄ euangelium ꝑ quod venit redem
tio fideliū & beatitudo ſanctoꝝ. Quatuor aūt euan
gelia vnū ſūt & vnū quatuor. In hebreo ihesus in
greco ſother in latino ſaluator dicit̄. Xp̄us autē
grece. meſſias. Hebraice. Latine vnctꝰ. id eſt rex
& ſacerdos dicit̄. ¶ Beda. Conferendū aūt eſt hoc
euangelij principiū. principio matthei quo ait. Li
ber generationis ihesu xp̄i filij dauid. filij abrahā.
Hic aūt dicit̄ filij dei. Ex vtroq; enī̄ vnus domi=
nus ieſus xp̄us. dei & hominis filius eſt intelligē
dus. Et apte primus euangeliſta filium hominis
eum. ſecundus filiuz dei nominat. vt a minoribus
ad maiora paulatim ſenſus noſter aſſurgeret. ac
per fidem & ſacramenta humanitatis aſſumte. ad
agnitionē diuine eternitatis aſcenderet. Apte etiā
qui humanam erat generationem deſcripturus a
filio hominis cepit. Dauid ſcilicet ſiue abraham.
Apte etiam ijs qui librū ſuuz ab initio euangelice
p̄dicationis inchoabat filiū dei magis appellare vo
luit ihesū xp̄m. quia humane erat nature & ꝓgenie
patriarchaꝝ veritatem carnis ſuſcipe. Et diuine
fuit potentie euangeliuz mūdo p̄dicare. ¶ Hilari.
Super lucam. Non autē ſolo nomine conteſtatus
eſt chriſtum filium dei. ſed etiam ꝓprietate. Nos fi=
li dei ſumus. ſed non talis hic filius. hic enim
verus & proprius eſt filius origine. non adoptio=
ne. veritate. non nuncupatione. natiuitate. non
creatione.

¶ Sicut ſcriptum eſt in eſaia propheta. Ecce mit
to angelū meum ante faciam tuam. qui p̄parabit
viam tuam ante te. Vox clamantis in deſerto. pa
rate viaz dn̄i. rectas facite ſemitas eiꝰ. ¶ Beda.
Scripturus euangelium marcus. congrue primo
ponit teſtimonia prophetarum. vt eo cunctis ſine
ſcrupulo dubietatis ſuſcipienda que ſcriberet inti=
maret. quo hec a prophetis antea p̄dicta eſſe demō
ſtraret. Simulq; vno eodēq; euangelij ſui princi=
pio. & iudeos qui legez ac prophetas ſuſceperant.
ad ſuſcipiendam euangelij gratiam ac ſacramenta
que ipſorum prophete predixerant. inſtituit. Et
gentiles qui ꝑ euangelij p̄conia ad dn̄m venerāt.
ad autoritatē quoq; legis & ꝓphetaꝝ ſuſcipiendaz
venerandamq; prouocat. Vnde dicit. Sicut ſcrip
tum eſt in eſaia propheta. Ecce ego mitto angelū
meū ante faciem tuam. ¶ Hiero. de optimo gene
re interpretandi. Hoc autem non ſcribitur in eſa=
ia. ſed in malachia in nouiſſimo. xij. prophetarū.
¶ Chriſoſto. Poteſt autem dici ꝙ falſitas eſt
ſcriptoris. Vel aliter dicetur ꝙ duas prophetias
in diuerſis locis dictas a duobus ꝓphetis in vnuz
congregās poſuit. In eſaia enī̄ ꝓpheta. poſt ezech
ie deſcribitur hiſtoriam. Vox clamantis in deſer=
to. In malachia vero. Ecce mitto angelum meū.
Scd̄us igit̄ euāgeliſta. duas ꝓphetias poſuit. vt
ab eſaia dictas & ad vnā lectōz hoc referens. Ta=
cēs vero a quo dicat̄. Ecce ego mitto angelū meū
¶ Auguſtinꝰ. De queſtionibus euange. Sciens
enim omnia ad autorez referenda dicta hec ad eſa
iam reuocauit. qui ſenſum iſtum prior intimaue=
rat. Deniq; poſt verba malachie ſtatim ſubiecit.
dicens. Vox clamantis in deſerto. vt iungeret
verba vtriuſq; prophete ad vnum ſenſum perti=
nentia. ſub prioris prophete perſona. ¶ Beda.
Vel aliter intelligendum eſt quia & ſi non hec
verba inueniuntur in eſaia. ſenſus tamen eorum
inuenitur in multis alijs locis. & manifeſtius in
in hoc ꝙ ſubiunxit. Vox clamantis in deſerto.
Nam ꝙ dixit malachias mittendum angeluz an
te faciem domini qui prepararet vias eius. hoc eſt
quod dixit eſaias. vocem clamantis in deſerto au=
diendam. que diceret. Parate viam domini. In

vtraqꝫ autē ſententia ſimiliter paranda via domi-
ni predicatꝰ. Potuit aūt fieri vt animo marci euā
gelium conſcribentis pro malachia eſaias occurre
rit. vt fieri ſolet. qḋ tamē ſine vlla dubitatione emē
daret. ſaltē ab alijs admonitus. q̄ ipſo adhuc in car
ne viuēte legē potuerūt. niſi cogitaret recordationi
ſue que ſancto ſpiritu regebatꝰ. nō fruſtra occur-
riſſe aliud ꝑ alio nomē ꝓphete. Hic enī inſinuantꝰ
quecūqꝫ ꝑ ꝓphetas ſpiritꝰ ſactus dixit. & ſingula
eſſe omniū & omnia ſingulorꝫ. ¶ Hiero. Per ma-
lachiam ergo patris vox ſonat ad filium. qui eſt
facies patris vnde agnitus eſt. ¶ Beda. angelus
aūt vocatꝰ iohannes. nō nature ſotietate. iuxta he-
reſim Origenis. ſed officij dignitate. Angelus enī
Grece. Latine nūcius dicitꝰ quo nomine recte ap-
pellari potuit homo ille. qui fuit miſſus a deo. vt
teſtimoniū ꝑhiberet de lumine. & veniente in car-
ne dominū mūdo nūciaret. cū cōſtet omnes qui ſa-
cerdocio funguntꝰ. ob euangelizandi officiū ange-
los poſſe vocari. Dicente propheta malachia. La-
bia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. & legem req̄-
runt ex ore eius. quia angelus eſt domini exer-
cituum. ¶ Teophi. Precurſor igitꝰ xp̄i angelꝰ
dicitꝰ propter vitam angelicam & reuerentiā ex-
celſam. Quod autem dicitur. Ante faciem tuam.
hoc ſignificat quaſi diceret. iuxta te eſt nuntius
tuus. vn̄ oſtenditꝰ ꝓpinquitas ꝑcurſoris ad xp̄m
Etenī iuxta reges ambulant qui ꝓpinqui ſunt ma
gis. Sequitur. Qui preparabit viam tuam ante te
Per baptiſmū enī preparauit animas iudeorꝫ vt
chriſtū ſuſciperent. ¶ Hiero. Vel via domini qua
ad homines ingreditꝰ penitentia eſt per quā deus
ad nos deſcendit & nos ad illum aſcendimꝰ. Hinc
autē initiū predicationis iohannis fuit penitentiā
agite. ¶ Beda. Sicut autē iohannes angelus po
tuit vocari pro eo ꝙ faciem domini euangelizando
ꝑuenit. ita recte appellari & vox potuit. quia ver
bum dei ſonando preibat. Vnde ſequitꝰ. Vox cla
mantis in deſerto. Conſtat enī ꝙ vnigenitus filiꝰ
verbum patris vocatꝰ. & ex ipſa noſtra locutione
cognoſcimus. quia prius vox ſonat vt verbum
poſtmodū poſſit audiri. ¶ Hiero. Dicitꝰ aūt vox
clamantis. quia clamor ad ſurdos & longe poſitos
ſiue cum indignatione fieri ſolet. que iudaico cer-
tū eſt populo eueniſſe. dum longe eſt a peccatori-
bus ſalus. & aures ſuas obturauerūt ſicut aſpides
ſurde. & indignatōꝫ & iram & tribulationē a xp̄o
audire meruerūt. ¶ Criſ. Per hoc aūt ꝙ dicitꝰ
In deſerto. manifeſte oſtendit ꝓphetia. nō in hie-
ruſalem diuina fieri dogmata. ſed in deſerto. quod
implebatꝰ ad litteram iohanne baptiſta in deſerto
iordanis. verbi dei apparitionē ſalutiferam ꝑdican
te. Oſtendit etiam ſermo ꝓpheticus. ꝑter deſertuꝫ
quod a moyſe oſtenſū fuit. vbi ſemitas faciebat.
aliud eſſe deſertū. in quo ꝑſentem eſſe ſalutem xp̄i
ꝑdicabat. ¶ Hiero. Vel in deſerto fit vox & cla-
mor. quia deſerti erant a ſpiritu dei. ſicut domꝰ va
cans. & ſcopata. deſerti etiā a ꝓpheta. Rege atqꝫ
ſacerdote. ¶ Beda. Quid autem clamaret aperitur
cum ſubditur. Parate viam domini. rectas facite
ſemitas eius. Omnis enī qui fidem rectam & opa
bona ꝑdicat. quid aliud ꝙ venienti domino ad cor
da audientiū viam parat. vt hec ſcilicet corda vis
gratie penetret. Et lumen veritatis illuſtret. Re-
ctas aūt ſemitas facit. dum mūdas in animo cogi-
tatōes ꝑ ſermonē ꝑdicationis format. ¶ Hiero.
Vel aliter. Parate viam domini. hoc eſt penitenti
am agite. & predicate. Rectas facite ſemitas eius
vt via regia icedētes. proximos noſtros vt nos &
noſmetipſos vt proximos diligamus. Qui enī ſe-
metipſum diligit & nō diligit proximū. ad dextrā
declinat. Nā multi bene agūt & bene nō corrigunt
vt fuit hely. Et qui ſemetipſum odiens proximū
diligit. ad ſiniſtram diuertit. Multi enī bene corri-
gunt. ſed nō bene agunt. vt fuerunt ſcribe & phari
ſei. Semitas aūt poſt viam ſequūtꝰ. quia manda
ta moralia pꝰ penitētiā explanantꝰ. ¶ Theophi.
Vel via eſt nouum teſtamentum. Semite vero
vetus q̄ſi attritū. ad viam enī neceſſe erat ꝑpa rari
ſcilicet ad nouum teſtamentum. Veteris autem
teſtamenti ſemitas rectas fieri oportebat.

¶ Fuit iohannes in deſerto baptizās & predicās
baptiſmum penitentie. in remiſſionem peccatoruꝫ
Et egrediebatꝰ ad euꝫ omnis iudee regio. & hiero
ſolimite vniuerſi. & baptizabātꝰ ab illo in iordane
flumine. confitentes peccata ſua. Et erat iohannes
veſtitus pilis cameli & zona pellicea circa lumbos
eius. Et locuſtas & mel ſilueſtre edebat. & predi-
cabat dicens. Venit fortior me poſt me. cuius nō
ſuꝫ dignꝰ ꝓcūbens ſoluē corrigiā calciamētorꝫ eiꝰ
Ego baptizaui vos in aqua. ille vero baptizabit
vos ſpiritu ſancto. ¶ Hiero. Secunduꝫ ꝓmiſſam
Eſaie ꝓphetiam via domini a iohanne paratur ꝑ fi
dem & baptiſmū & penitentiā. recte ſemite fiunt
ꝑ auſtera indicia veſtis cilicine & zone pellicee.
& cibi locuſtini & mellis ſilueſtri & humilime vo-
cis. Vn̄ dicitur. Fuit iohānes in deſerto. Iohānes
enim & ieſus querunt quod in deſerto amiſſum eſt
vbi vicit diabolus ibi vincitur. vbi cecidit homo
ibi exurgit. Iohannes autem gratia dei interpre-
tatur. A gratia autem narratio incipit. Sequitur
enim baptizans. Per baptiſmum enim gratia da-
tur qua peccata gratis dimittuntur. Quod autem
conſummatur per ſponſum. initiatur per paranim-
phum. Vnde cathecumini hoc eſt inſtructi. inci-
piunt per ſacerdotem. & chriſmantur per epiſco-
pum. Et ad hoc deſignandum ſubditur. Et predi-
cans baptiſmum penitentie in remiſſionem pecca-
torum. ¶ Beda. Liquet q̄a iohannes baptiſmum
penitentie non ſolum predicauit. verum etiam qui
buſdam dedit. Sed baptiſmum in remiſſionem
peccatorum dare non potuit. Remiſſio etenim pec
catorum in ſolo baptiſmo chriſti nobis tribuitur.

Dicit ergo p̄dicans baptiſmum penitentie in re-
miſſionem peccatoꝝ. quoniam baptiſmū quod pec
cata ſolueret q̄a dare non poterat. predicabat. vt
ſicut incarnatum verbum patris precurrebat ver-
bo p̄dicationis. ita baptiſmum penitentie. quo pec
cata ſoluunt̄. p̄curreret ſuo baptiſmate quo pec-
cata ſolui nō poſſunt. ¶ Theophi. Vel alit̄ bap-
tiſm⁹ iohānis & ſi nō hr̄et peccatoꝝ remiſſioꝫ. tn̄
homines ad penitentiā inducebat. Huiꝰ ergo bap-
tiſmum penitentie p̄dicabat ſed hec p̄dicatio peni
tentie ducebat in remiſſioneꝫ peccatoꝝ q̄ſi qui pe-
nitentes xp̄m reciperent. remiſſioꝫ reciperent pec-
catoꝝ. ¶ Hieroni. Per iohannem autem ſicut
per amicum ſponſi. inducitur ſponſa ad chriſtum
ſicut p puerū rebecca ad iſaac. Vnde ſequitur. Et
egrediebat̄ ad illuꝫ omnis Ju. re. & Hie. vni. &
bap. ab illo in iorda. flumine. Cōfeſſio em̄ & pulch
ritudo in cōſpectu eius ſcilicet ſponſi. Deſilit enim
ſponſa de camelo cū humiliat ſe. Nunc eccleſia vi-
ſo viro iſaac id eſt ihesu xp̄o. Jordanis autem deſ-
cenſio aliena interpretat̄. vbi peccata abluuntur.
Nos em̄ olim alienati a deo p ſuperbiam. p baptiſ-
mi ſimbolū humilitati erigimur in alta. ¶ Beda.
Exemplum autē hic ſumitur confitendi peccata.
ac meliorem vitam p̄mittendi eis qui baptiſma de
ſiderant. per hoc ꝙ ſubditur. Confitentes peccata
ſua. ¶ Chriſ. Quia vero iohannes penitentiam p̄-
dicabat penitētie ſigna gerebat in veſtitu & cibo.
Vnde ſequit̄. Et erat iohannes veſtitus pilis ca-
meli. ¶ Beda. Pilis inquit veſtitus. nō lana. ali-
ud auſtē veſtis indicium ē. aliud luxurie eſt mol-
lioris. Zona autē pillicea qua accinctus fuit vt
helias. mortificationis indiciuꝫ eſt. Porro quod
ſequit̄. Et locuſtas & mel ſilueſtre edebat. habi-
tatori ſolitudinis congruū eſt vt non delicias cibo
rum. ſed neceſſitatem humane carnis expleret.
¶ Hiero. Veſtis autem iohannis & cibus & po-
tus. totam auſteram vitam p̄dicantiū ſignificat.
& futuras gentes ad gratiā dei que eſt iohannes.
intus & foris eſſe coniungendas. Pilis em̄ cameli
diuites gentiū ſignificant̄. & zona pellicea. paupe
res mūdo mortui. & locuſtis errantibus ſapientes
huius mūdi. qui ſtipulas iudeis aridas relinquen
tes. frumenta miſtica cruribus trahunt. & in calo
re fidei ſaltus in altum dant. Et melle ſilueſtri fi-
deles inſpirati de īculta ſilua ſagināt̄. ¶ Theophi.
Vel alit̄ veſtis de pilis cameloꝝ doloris erat oſtē
ſiuum. innuēte iohanne ꝙ penitentem dolere opoꝛ
tet. Dolorem em̄ ſaccus ſignificat. zona vero pel-
licea mortificationem iudaici ſignificat populi.
Eſca autem iohannis. nō ſolū abſtinentiam notat
ſed etiam eſt indicatiuū intelligibilis eſce. qua tūc
populus veſcebat̄. nō quid altum intelligens. ſed
tamē in alta ſaliēs. iterumq; ſe deprimens. Talis
em̄ eſt locuſta in altū ſaliens & iteruꝫ cadens. Hic
igit̄ & melle quidē veſcebatur populus quod erat
ex apibus natū ſcilicet ex p̄phetis. nō tamen cul-
tum. ſed ſilueſtre. Habebant em̄ ſcripturas hebrei
ſicut mel quoddā. ſed nō bene intelligebāt. ¶ Gre.
xxxi. mora. Vel ipſa ciborū ſpecie deſignauit do-
minū. quem preuenit. quia infructuoſe gentilita-
tis dulcedinem ſumpſit mel ſilueſtre edit. Quia ve
ro iudeoꝝ plebem in ſuo corpore in parte m couerti
in cibo locuſtas accepit. que ſubito ſaltus dantes
p̄tinus ad terram cadūt. Saltus em̄ iudei dabant
cum p̄cepta domini ſe implere p̄mitterent. Sed ad
terram cadebant. cum p praua opera hoc ſe audiſſe
denegarent. Habebant ergo ſaltum p vocem & ca
ſum per actionem. ¶ Beda. Poteſt etiam habitus
& victus iohannis qualitatem interne conuerſati
onis eius exprimere. Nanq; auſterioribꝰ vtebatur
indumentis quia vitam peccantiū nō blandimētis
fouit. ſed vigore aſpere inuectōis increpauit. Zo
nam pelliceam habebat circa lūbos. qui carneꝫ ſu
am crucifixit cum vitijs & cōcupiſcentijs. Locu-
ſtas & mel ſilueſtre edebat quia dulce quiddam ſa
piebat turbis p̄dicatio eius. exiſtimāte populo ne
ipſe eſſet chriſtus. Sed ocius finē ſortita eſt intel
ligentibus eius auditoribꝰ. quia nō ipſe xp̄s. ſed
precurſor & p̄pheta eſſet xp̄i. Jn melle etenim dul
cedo. in locuſtis eſt alacer volatus. Vnde ſequit̄.
Et predicabat dicens. Venit fortior me poſt me.
¶ Gloſa. Hoc dicebat ad remouendū turbe opini
onem. que eū xp̄m eſſe credebat fortiorem autem
xp̄m eſſe prenuntiat. qui remiſſurus erat peccata.
quod ipſe facere non valebat. ¶ Hiero. Quis etiā
fortior ē gr̄a qua abluunt̄ peccata. quā iohānes
ſignificat. illo qui ſepties & ſeptuagies dimittit
peccata. Gratia quidem prior eſt. ſed ſemel dimit-
tit peccata per baptiſmū. miſericordia vero ad mi-
ſeros ab adam vſq; ad xp̄m per. lxxvij. generati-
ones. Et vſq; ad centum. xliiij. milia peruenit.
¶ Chriſ. Ne autem eſtimaret̄ hoc ſecundū cōpa
rationem ſui ad chriſtum dicere ſubiungit. Cuius
non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiā cal
ciamentorum eius. Non eſt autem ideꝫ ſoluere cor
rigiam calciamentoꝝ eius quod hic marcus dicit
& calciamenta portare quod dicit matheus. Et
quidem narrationis ordinem proſequentes euange
liſte. nec in aliquo fallentes. dicunt vtrunq; io-
hannem dixiſſe ſecundum alterum ſenſum. Cōmē-
tantes vero circa hoc. differenter expoſuerūt vnū
quodq;. Corrigiam enim vocat ligamen calciamē-
torum. Ad excellentiam igitur poteſtatis chriſti
& diuinitatis magnitudinem extollendam hoc di-
cit. ac ſi diceret. Neq; in miniſtri ordine deputari
ſufficiens ſum. Magnum enim eſt in his que ſunt
corporis chriſti quaſi procumbendo inferius atten-
dere. & imaginem ſupernorum inferius videre. &
ſoluere vnumquodq; inexplicabilium que ſunt cir
ca miſterium incarnationis. ¶ Hieronimus. Cal-
ciamentum em̄ in extrema parte corporis eſt. Jn
fine em̄ ad iuſticiā eſt ſaluator incarnatus. Vn̄
p p̄phetā dicit̄. Jn idumeā extendā calciamentū

meum· ¶Grego. in homelia· Calciamenta etiā ex
mortuis animalibus fiunt· Incarnatus ergo dñs
veniens quaſi calciatus apparuit· qui in diuinitate
ſua morticina noſtre corruptionis aſſumpſit· Vel
aliť· Mos aput veteres fuit vt ſiquis eam que ſibi
competeret· accipe vxorem nollet ille ei calciamē=
tum ſolueret· qui ad hanc ſponſus iure ꝓpinquita=
tis veniret· Recte ergo ſe indignū eſſe ad ſoluen=
dam corrigiā calciamēti eius denūtiat· ac ſi aperte
dicat· Ego redēptoris veſtigia denudare nō valeo·
quia ſponſi nomen mihi immeritus non vſurpo·
¶Theophi· Intelligiť vero & ſic omnes qui ve=
niebant & a iohanne baptizabanť p penitentiā ſol
uebanť a ligamīe peccatoꝝ in xp̄m credendo· Igi
tur omniū alioꝝ iohannes ſic ſoluebat corrigiam
id eſt vinculū peccatoꝝ· Iheſu vero nō valuit cor
rigiam ſoluere quia non inuenit in eo peccatum·
¶Beda· Hic ergo iohānes dominū nō adhuc ma
nifeſte dominū aut dei filiū ſed tantū vnum ſe for=
tiorem p̄dicat· Non em̄ rudes adhuc auditores tanti
capiebant arcana ſacramenti· ꝙ filius dei eternus
homine aſſumpto ex virgine denuo natus eſſet in
mundum· ſed paulatim per agnitionē glorificate
humilitatis· introducendi erant ad finē diuine eť=
nitatis· Quibus tamen latenter deū hunc eſſe verū
declarans ſubdit· Ego baptizo vos in aqua· Ille
vero baptizabit vos in ſpiritu ſancto· Cui em̄ dubi
um eſt· nullū poſſe aliũ gratiā ſpiritus ſancti ni=
ſi deū dare· ¶Hiero· Quid em̄ intereſt inter aquā
& ſpiritū ſanctū qui ferebať ſuper aquas? Aqua
miſteriū eſt hoīs· Spiritus vero miſteriū dei ē·
¶Beda· Baptizamur autem a domino in ſpiritu
ſancto· non ſolū cū in die baptiſmatis fonte vite in
remiſſionem peccatoꝝ abluimur· Verū etiam quo
tidie p gratiam eiuſdē ſpiritus ad agenda que deo
placent accendimur· Sequitur textus
¶Et factū eſt in diebus illis venit Iheſus a naza
ret galilee & baptizatus eſt a iohanne in iordane·
Et ſtatim aſcendens de aqua· vidit apertos celos
& ſpiritū ſanctū tanꝙ columbam deſcendentem· &
manentē in ipſo· Et vox facta eſt de celis· Tu es
filius meus dilectus· in te complacui· ¶Hiero·
Marcus euangeliſta ſicut ceruus ad fontes aquaꝝ
deſiderans· ſaltus in planis & arduis dat· & velut
apis melliflua flores ſūmatim deguſtat· Vnde a
nazareth venientem iheſum enarrauit dicens· Et
factū eſt ī diebꝫ illis venit iheſus a nazaret galilee
& baptizatus eſt a iohanne in ior· ¶Chriſ· Alte=
rū ſiquidē baptiſma ordinans· ad iohannis venit
baptiſma quod reſpectu ſui babtiſmi incompletū
erat· a iudaico vero baptiſmate alienū· tanꝙ ī am=
boꝝ medio exiſtens· vt p baptiſmi naturam oſtē=
dat quia nō in peccati remiſſionē baptizať· aut q̄ſi
indigens ſpiritꝰ ſancti acceptione· his em̄ ambobꝫ
baptiſma iohannis carebat· Baptizatus eſt autē
vt notus omnibꝫ fieret· & in eū crederent· & adim
plendū omnem iuſtitiā que eſt obſeruatio mādato
rū· Mandatum ſiquidem erat hominibꝫ baptiſmū
ſubire ꝓphete· ¶Beda baptizatus eſt & vt baptiſ
mate ſuo iohannis baptiſma cōprobareť· & vt ior
danis aquam ſanctificans p deſcenſionem colūbe·
ſpiritus ſancti in lauacro credentium monſtraret
aduentū· Vñ ſequiť· Et ſtatim aſcēdens de aqua
vidit apertos celos & ſpiritū ſanctū tanꝙ colūbā
deſcēdentē & manētē in ipſo· Aperiūť aūt celi nō
reſeratōe elemētoꝝ ſ; ſpiritalibꝫ oculis qbꝫ ezechi=
el in principio voluminis ſui eos apertos eſſe com=
memorat· hoc aūt ꝙ apertos celos poſt baptiſma
vidit· noſtri vtiqꝫ gratia factū eſt quibꝫ per laua
crum regenerationis ianua pandiť regni celeſtis
¶Chriſ· Vel vt de celis hoībꝫ ſanctificatio tribu
atur· ac terrena celeſtibus cōiunganť· Spiritus
autem ſanctus ſuper eū deſcendiſſe diciť· nō tanꝙ
tūc p̄mū ad eū acceſſerit· nō em̄ ab eo vnꝙ fuerat
derelictus· ſed vt oſtenderet xp̄m qui a iohanne
p̄dicabať· tanꝙ digito quodam fidei omnibꝫ demō
ſtratum· ¶Beda· Quod etiā in baptiſmū deſcen=
dere viſus eſt ſpiritus ſanctus· ſignū erat conferē=
de nobis in baptiſmo gratie ſpiritalis· ¶Hiero·
Hec eſt autem vnctio chriſti ſecūdum carnē· ſci=
licet ſpiritus ſanctus· de qua diciť· Vnxit te deꝰ
deus tuus oleo leticie p̄ conſortibꝫ tuis· ¶Beda·
Bene autem in ſpecie columbe deſcendit ſpiritus
ſanctus quod multū ſimplex eſt animal· atqꝫ a ma
litia fellis alienū· vt figurate nobis inſinuaret· qꝛ
ſimplicia corda querit· nec habitare dignatur in
mentibꝫ impijs· ¶Hiero· In ſpecie etiā colūbe ſpi
ritus ſanctus deſcendit· quia in cātico de eccleſia ca
niť· Spōſa mea· amica mea· dilecta mea· columba
mea· Spōſa in patriarchis· amica in ꝓphetis· px=
ima in ioſeph· & mea dilecta ī iohanne baptiſta·
Columba in xp̄o & apoſtolis· quibꝫ diciť· Eſtote
prudētes ſicut ſerpētes· & ſimplices ſicut colūbe·
¶Beda· Sedit autē colūba ſup caput iheſu· ne
quis putaret vocem patris ad iohannem factā· nō
ad dominū· Bene autē addidit· manentem in ipſo·
hoc em̄ eſt xp̄o ſpeciale· vt implens eū ſemel ſpiri=
tus ſanctus nunꝙ recedat· Nam fidelibꝫ eius ad ſi
gna virtutū & miracula facienda aliquādo gratia
ſpiritus cōfertur· aliquando tolliť· quibꝫ tamē ad
operationē pietatis & iuſticie· ad amorē dei & px=
imi cōſeruandum· nunꝙ gratia ſpiritus abeſt· Ip
ſum autem qui baptizandus cū alijs ad iohannem
venit· verū eſſe filium dei in ſpiritu ſancto baptiza
re volentē vox patris docuit· Vñ ſequiť· Et vox
facta eſt de celis· Tu es filius meꝰ dilectꝰ· in te cō
placui· Nō aūt p hoc ipſe filiꝰ qđ neſciebat· doceť
ſed nob quid credere debeamꝰ oſtendiť· ¶Aug·
de con· euange· Vnde matheus ait· dictum eſſe·
filius meus dilectus quia oſtendere voluit ad id
valere quod dictū eſt· Hic eſt filiꝰ meꝰ vt illis po
tius qui audiebāt· indicareť ꝙ ipſe filiꝰ eſſet dei·
Si aūt queris· quid horum in illa voce ſonuerit·
quodlibet accipiendū· dūmō intelligas eos qui nō

eandem locutionē retulerunt· eandem retuliſſe ſen-
tentiam· Quod autē deus in filio ſibi placuiſſe vide
at᷑· admonent᷑ ex eo quod dictū eſt· In te cōplacui
¶ Beda· Nos quoqȝ vox eadem docuit p aquā ab-
lutionis ⁊ ſpiritū ſanctificationis dei poſſe filios ef
fici· Miſteriū etiā trinitatis in baptiſmate demō
ſtrat᷑· filius baptizat᷑ ſpiritus deſcendit in ſpecie
colūbe· patris vox filio teſtimoniū perhibentis au
ditur· ¶ Hiero· Moraliter ⁊ nos de volubilitate
mūdi· odore flor mūditie tracti· cū adoleſcentulis
poſt ſponſū currimus· ⁊ baptiſmi ſacramento de
duob fontibus dilectōis dei ⁊ proximi gratia re-
miſſionis abluimur· ⁊ aſcendentes ſpe celeſtia ſe-
creta mūdi cordis oculis intuemur· De hinc ſpiri-
ritū ſanctū ſpiritu contrito ⁊ humiliato cū ſimpli
ci corde deſcendentē ad māſuetos· ⁊ cū caritate nū
q̄ cadente manentē ſuſcipimus· Et vox domini de
celis ad nos a deo dilectos dirigitur· beati pacifici
qm̄ filij dei vocabunt᷑· Et tunc in nobis complacet
pater cū filio ⁊ ſpiritu ſancto ſcilicet quando effi-
cimur vnus ſpiritus cū deo. Textus
¶ Et ſtatī expulit eū ſpirit9 ī deſertū· Et erat ī de
ſerto q̄draginta dieb ⁊ q̄draginta noctib· Et tēp
tabat᷑ a ſathana· Eratq cū beſtijs· ⁊ āgeli miſtra
bant illi· ¶ Chriſ· Quia xp̄us omnia ad doctrinā
noſtram operabat᷑ ⁊ ſuſtinebat· Incepit poſt bap
tiſmū ad heremi habitationem ⁊ pugnauit cōtra
diabolū· vt vnus quiſq baptizatorum temptatio-
nes maiores pacienter ſuſtineat poſt baptiſmum·
nec turbet᷑ tanq̄ preter ſpem hoc contingente· ſed
omnia ſuſtinens maneat triumphator· Et ſi em̄ de
us permittat temptationes fieri mltis alijs modis
ob hoc etiam permittit· vt cognoſcas q homo tēp-
tatus in maiori honore conſtituit᷑· Nō em̄ accedit
diabolus· niſi vbi aliquē in maiori honore viderit
cōſtitutū· Et iō dicit᷑· Et ſtatim expulit eū ſpirit9
in deſertū· Propt᷑ hoc aūt nō oſtēdit eū ſimplicit᷑
euntem in deſertum· ſed expulſum· vt hoc intelli-
gas fieri iuxta diuine diſpoſitionis verbū· p quod
etiā innuit ne homo ſeipſū in tēptationē ingerat·
ſed aliunde in temptationem quaſi expulſos victo
res exiſtere· ¶ Beda· Verū ne cui veniret in du-
bium a quo eū ſpiritu expulſum diceret in deſertū·
occulte lucas pmo poſuit q iheſus plenus ſpiritu
ſācto· regreſſus ē a iordane· ac deinde itulit· Et age
bat᷑ a ſpiritu ī deſertū· ne q̄d cōtra eū valuiſſe ſpi-
rit9 putaret᷑ immūdus· q̄ plen9 ſpiritu ſācto q̄ vole
bat digrediens· que volebat agebat· ¶ Chriſoſt·
Expulit autem eū ſpiritus in deſertū quia em̄ di-
abolū ad tēptandū puocare ponebat· nō ſolū fa-
me· ſed etiam loco occaſionē dedit· Tunc em̄ max
ime diabol9 ſe ingerit cū videt aliquos ſolitarios
permanentes· ¶ Beda· Secedit etiā in deſerto vt
nos doceat relictis mūdi illecebris ⁊ ſotietate pra
uorū· diuinis per omia ſeruire mandatis· Tēptat᷑
ſolus a diabolo· vt nobis inſinuet quia omnes qui
volunt pie viuere in xp̄o· pſecutiones patiuntur·

Vnde ſequit᷑· Et erat in deſerto· xl· diebus ⁊· xl·
noctibus· ⁊ tēptabat᷑ a ſathana· Temptat᷑ autē·
xl· diebus ⁊· xl· noctib vt indicet quia quandiu
hic viuentes domino ſeruim9· ſiue proſpera blan-
diant᷑ quod ad dies ptinet· ſeu aduerſa fiāt· quod
noctis figure congruit· toto tēpore aduerſari9 aſ-
ſit· qui iter noſtrū temptando impedire nō ceſſat·
xl· em̄ dies ⁊ noctes totū huius ſeculi tēpus inſi
nuant· quia quadripartit9 eſt mūdus in quo dño
famulamur· x· vero ſūt pcepta· p quor obſeruan
tiam contra hoſtem certamus decem autē quater
ducta· xl· fiunt· Seq̄t᷑· Eratq cū beſtijs ¶ Chri·
Hoc aūt dicit vt oſtendat quale erat deſertū· In-
uiū em̄ erat hoib ⁊ beſtijs plenū· Sequit᷑· Et an
geli miniſtrabant ei· Poſt tēptationem em̄ ⁊ vi-
ctoriam cōtra diabolū· operatus eſt hominū ſalutē
Et ſicut apoſtolus dicit angeli in miniſteriū mit-
tunt᷑ pter eos qui hereditatē capiunt ſalutis· No
tandūq eſt q vincenti tēptationem aſſiſtūt ange-
li miniſtrantes· ¶ Beda Conſiderandū etiā q xp̄s
inter beſtias commorat᷑ vt homo· ſed miniſterio
vtitur angelico vt de9· Et nos cū in heremo ſancte
cōuerſationis beſtiales hoim mores· impolluta mē
te toleramus· miniſteriū angelor meremur· a qui
bus corpe abſoluti ad eternā beatitudinē transfere-
mur· ¶ Hiero· Vel tūc beſtie pacate nobiſcū ſūt
ſicut in arca animalia mūda cū immundis· cū caro
nō concupiſcit aduerſus ſpiritum· poſt hoc angeli
miniſtri mittunt᷑ nobis· vt reſponſā ⁊ ſolatia cor
dibus vigilantibus dent· Sequit᷑ textus
¶ Poſtq̄ autē traditus eſt iohannes· venit iheſus
in galileam predicās euangeliū regni dei· ⁊ dicēs
quoniam impletū eſt tēpus ⁊ appinquauit regnū
dei· Penitemini ⁊ credite euangelio· ¶ Chriſ·
Marcus euangeliſta matheū in ordine ſequit᷑· ⁊
ideo poſtq̄ dixit angelos miniſtrare· ſubiungit·
Poſtq̄ autem traditus eſt iohannes venit iheſus
in galileam· Poſt temptationes ⁊ angelos mini-
ſtrantes· recedit in galileam inſtruens nos non re-
ſiſtere violentijs malignorum· ¶ Theophi· Et
vt oſtendat nobis q in perſecutionibus decet rece
dere ⁊ non expectare· cum vero inciderimus decet
ſuſtinere· ¶ Chriſ· Receſſit etiā vt ad doctrinas
⁊ ſanationes ſeipſum conſeruaret· priuſq̄ patere
tur· hiſq omnibus adimpletis· fieret obediens vſ
q ad mortem ¶ Beda· Iohāne tradito recte
incipit dominus predicare· Vnde ſequitur· Pre-
dicans euangelium regni dei· Deſinente enim le-
ge conſequenter oritur euangelium· ¶ Hieroni·
Ceſſante vmbra adeſt veritas· Iohanne in carcere
lex in iudea· Iheſus in galilea· Paulus in genti-
bus predicans euangelium regni· Regno em̄ ter-
reno ſuccedit paupertas· paupertati chriſtianorū
regnū tribuit᷑ ſempiternū· Honor aūt terren9 ſpu
me aque vel fumo ſeu ſomno cōparat᷑ ¶ Beda· Ne
mo aūt putet traditōz iohānis in carcerē ſtatī p9
tēptatōz· xl· dier ⁊ ieiuniū dñi factam· Quiſquis

em̄ euangeliū Johannis legerit · inueniet dominū añ traditionem iohannis multa docuiſſe & multa miracula feciſſe. Habes em̄ in euāgelio ipſi⁹. Hoc fecit initium ſignoꝝ iheſus. & poſtea. Nec dum em̄ erat miſſus iohannes in carcere · Fertur autē quia cum legiſſet iohannes · Mathei marci & luce volumina · probauerit quidem textum hiſtorie · & veraces dixiſſe firmauerit · ſed vnius tantū anni in quo & paſſus eſt poſt carcerē iohānis hiſtoriā texuiſſe · Pretermiſſo itaqꝫ anno cuius acta a trib⁹ expoſita fuerāt · ſuperioris tēporis anteq̄ͣ clauderet iohannes in carcere geſta narrauit · cū ergo dixiſſet marcus · quia venit iheſus in galileam · predicans euangeliuꝫ regni ſubiungit · Dicens · q̄m impletū eſt tēpus · & appinquauit regnū dei · ¶ Chri · Sic quidē completo tēpore quando ſcilicet venit plenitudo tēporis · miſitqꝫ deus filium ſuum · conueniens fuit huanū genus vltimā cōſequi dei diſpenſationem · Et ideo dicit ꝙ appinquauit regnū dei · Regnū aūt dei idem eſt ſecūdum ſubſtantiā cū regno celoꝝ · q̄uis differt ratione · Regnum em̄ dei intelligit̄ quo deus regnat · hoc vero eſt in regione viuentiuꝫ · q̄n facie ad faciem deū vinentes · in bonis pmiſſis exiſtent · Siue amorē quis velit ſuſcipere illam regionē · ſiue aliquā aliā conformationē eoꝝ qui imaginem induūt ſupernoꝝ que per celos intelliguntur · Satis enim apparens eſt ꝙ regnum dei neqꝫ loco neqꝫ tēpore concludit̄ ¶ Theophi. Vel completū eſſe dicit dn̄s tēpus legis quaſi diceret vſqꝫ ad tēpus pſens operabat̄ lex · ammodo operabitur regnū dei · quod eſt ſecūdū euangeliū cōuerſatio · que cōuenient aſſimilat̄ regno celoꝝ · Cum em̄ vides aliquē carne indutū ſecūduꝫ euangelium viuere · nūquid nō dices quoniam iſte habet regnū celoꝝ · q̄d nō ē eſca & potus · ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto · Sequit̄ Penitemini · ¶ Hiero · Penitentiā em̄ agit qui vult eterno bono ſcilicet regno dei adherere · Qui em̄ deſiderat nucleum frangit nucem · Amaritudinē radicis dulcedo pomi compenſat periculuꝫ maris ſpes lucri delectat · Doloreꝫ medicine ſpes ſalutis mitigat · Preconia auteꝫ xp̄i illi narrare digne poſſunt · qui ad palmam indulgentie meruerunt peruenire · Et ideo poſtq̄ͣ dixit · penitemini ſubiunxit · Et credite euāgelio · Nam niſi credideritis · nō intelligetis · penitemini igit̄ & credite id eſt renūtiate operib⁹ mortuis · Quid em̄ pdeſt credere ſine bonis operib⁹ nō tñ bonoꝝ operū meritū adducit ad fidem · ſed fides incipit vt bona opa cōſequant̄ · Sequit̄ textꝰ

¶ Et preteriens ſecus mare galilee · vidit ſimonem & andream fratrem eius mittentes retia in mare · Erant enim piſcatores · Et dixit eis iheſus · Venite poſt me · faciam vos fieri piſcatores hominū · Et ꝓtinus relictis retib⁹ ſecuti ſunt eū · Et pgreſſus inde puſillū vidit iacobū zebedei & iohannem fratrē eius · & ipſos in naui componentes retia · & ſtatim vocauit illos · & relicto patre ſuo zebedeo ī naui cū mercenarijs · ſecuti ſūt eū

¶ Gloſa · Poſita pdicatione xp̄i ad turbas · agit eāngeliſta de vocatione diſcipuloꝝ · quos fecit ſue predicationis miniſtros · Vnde ſequit̄ · Et pteriens ſecus mare galilee vidit ſimonem & andream fratrē eius · ¶ Theophi · Sicut iohannes euangeliſta refert · Precurſores erant diſcipuli petrus & andreas · Videntes vero ꝙ iohannes de iheſu teſtimoniū dederat adiuncti ſunt ei · poſt hec dolentes quia iohannes traditus erat · ad arteꝫ ppriam ſunt reuerſi · Vnde ſequitur · Mittentes retia in mare · Erant em̄ piſcatores · Vide aūt eos de laborib⁹ proprijs enutritos & nō ex iniquitate · Tales enim digni erāt xp̄i primi diſcipuli fieri · Vnde ſubdit̄ · Et dixit eis iheſus · Venite poſt me · Nunc ſecūdo illos vocat · Eſt em̄ hec ſecūda vocatio reſpectu illius que legit̄ in iohanne · Ad quid autem vocentur · Oſtendit̄ cū ſubdit̄ · Faciam vos fieri piſcatores hominum · ¶ Remigius · Quia per rete ſancte predicationis · piſces id eſt homines · de profundo pelagi · id eſt infidelitatis ad lucem fidei traxerunt · Admiranda autem eſt iſta piſcatio · Piſces enim cum capiuntur · mox moriuntur · homines cū capti ſūt · verbo pdicatiōis poti⁹ viuificant̄ · ¶ Beda · Piſcatores autem & illiterati mittunt̄ ad predicandum · vt fides credentiū in virtute dei · non in eloquentia atqꝫ in doctrina eſſe putaret̄ · Sequit̄ · Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eum ·

¶ Theophi · Non em̄ oportet interualluꝫ facere ſed ſtatim ſequi dominū · Poſt hos vero piſcatur iacobū & iohannem · quia & hi pauperes exiſtentes · tamen ſenectutē nutriebant paternam · Vnde ſequit̄ · Et pgreſſus inde puſillū · vidit iacobū zebedei · Reliquerunt autem patrem · quia in ſequela xp̄i eos erat impeditur⁹ · Hic & tu cū a parentib⁹ impedieris · relinque eos & accede ad deū · Oſtenditur autem ꝙ zebedeus non credidit · Mater vero apoſtolorum credidit · que ſecuta eſt chriſtū mortuo zebedeo · ¶ Queri autem poteſt quomodo binos vocauerit de nauiculis piſcatores · Primo petrum & andream · Deinde progreſſus paulolum · alios duos · filios zebedei · cum lucas dicat iacobum & iohannem vocatos fuiſſe ad adiuuanduꝫ petrū & andream · Et chriſtum petro tantū dixiſſe · Noli timere ex hoc iam homines eris capiens · ſimul tamē ſubductis ad terram nauibus eos fuiſſe ſecutos · Vnde intelligendum eſt hoc primo eſſe factum · quod lucas inſinuat · Et poſtmodum ad capturam piſcium eos ex more remeaſſe · Vt poſtea fieret · quod marcus hic narrat · Tunc enim ſecuti ſunt dn̄m nō ſubductis ad terrā nauib⁹ taq̄ͣ cura redeūdi ſꝫ taq̄ͣ vocantē ac iubentē vt ſeq̄rent̄ · ¶ Hiero · Miſtice autem hac quadriga piſcatoruꝫ · vehimur ad ethera vt helias · His quatuor angulis conſtruitur prima eccleſia · His quatuor litteris hebraicis tetragramaton nomen domini agnoſcitur a nobis · Quibus ſimili exemplo precipitur · vt audiamus

vocem domini vocantis & obliuiſcamur populum vitiorꝝ. Et domū paterne conuerſationis· que eſt ſtulticia deo & rete aranearꝝ · in quo nos velut cu⸗lices pene lapſos tenebat aer· qui pendet in nihili· nauem priſtine cōuerſationis abominantes. Pellibus enī mortuis tegit̄ adā qui eſt genitor noſter ſcd̄m carnem. Et nunc depoſito vetere homine cū actibus ſuis nouum ſequentes hominem pellibꝫ tegimur ſalomonis· quibꝫ ſponſa gloriat̄ ſe eſſe for⸗moſam factam. Simon aūt obediens. Andreas virilis. Jacobus ſupplātans · Johannes gratia in latino ſonant· Quibꝫ quatuor nominibꝫ ī imaginē dei conuertimur· obedientia vt audiamus· virilitate vt pugnemus· Supplantatione vt pſeueremus · gratia vt conſeruemur· Que quatuor virtutes cardinales dicunt̄. Per prudentiam enim obedim⁹ · Per iuſticiam viriliter agimus· Per tēperantiam ſerpentem calcamus. Per fortitudinē gratiam dei meremur· ¶ Theophi. Sciendū eſt etiā hic quoniam primo vocat̄ actio· Deinde contēplatio· Qui quidem eſt circa petrū· actionem ſignificat. Qui vero circa iohannem. contēplationem· Petrus enim feruidiſſimus & magis ſolicitus alijs· iohannes vero theologus fuit excellentiſſimus. Textus

¶ Et īgrediunt̄ capharnaū· & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſinagogā· docebat eos· Et ſtupebāt ſup doctrina eius. Erat enī docens eos· quaſi poteſta⸗tem habens· & nō ſicut ſcribe· ¶ Hiero· Marcus dicta euangelij in ſeipſo diſponēs. ordinē hiſtorie nō ſecutus. miſteriorꝝ ordinē ſeruat· Vnde ſabbatis primā virtutē narrat· dicens. Et ingrediunt̄ capharnaū· ¶ Theophi· A nazaret recedentes. In die aūt ſabbati quando ſcribe cōgregabant̄ · tūc docens ſinagogam intrauit· Vnde ſequit̄· Et ſtatim ſabbatis igreſſus in ſinagogā docens eos. Et⸗enī lex ad hoc ſabbatis feſtare iubebat. vt lectōi ſtudentes conuenirent in vnū. Docebat autē chri⸗ſtus arguendo nō adulando ſicut phariſei. Vnde ſequitur. Et ſtupebant ſup doctrina eius· Erat enī docens eos quaſi poteſtatē habens & non ſicut ſcribe· Docebat etiā in poteſtate tranſmutās hoīes ad bonū & p penam nō credentibꝫ minabat̄· ¶ Beda· Scribe etiam docebāt populos que ſcripta ſūt in moyſe & ꝓphetis. Iheſus vero quaſi deus & do⸗minus ipſius moyſi libertate volūtatis ſue· vel ea que minus videbant̄ addebat in lege· vel cōmutās predicabat in populo· vt in matheo legimus. Dictum eſt antiquis· ego autem dico vobis· Textꝰ

¶ Et erat in ſinagoga eorꝝ homo in ſpiritu immū⸗do· & exclamauit· dicens. Quid nobis & tibi iheſu nazarene? veniſti pdere nos · Scio quia ſanct⁹ ſis dei· & cōminatus eſt ei iheſus· dicens. Obmuteſce · & exi de homine· & diſcerpens eū ſpiritus immū⸗dus· & exclamans voce magna· exiuit ab eo. Et mirati ſūt omnes· ita vt conquirerent inter ſe di⸗centes · Quid nam eſt hoc? Que doctrina hec noua quia in poteſtate & ſpiritibus immundis imperat & obediunt ei. Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem galilee. Quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarꝝ· cōtra ipm̄· ¶ Beda· mortis autorem primo debuit medicina ſalutis opari· Et ideo dicit̄· Et erat in ſinagoga eorꝝ ho· in ſpiritu immūdo. ¶ Chriſ· Spiritus quidem angelus & aer & anima nūcupat̄ & etiā ſpiritus ſanctus. Ne igit̄ ꝓpter cōmunicantiam nominis in errorem decidamus. Addit immūdo· Immūdus autē dicit̄ ꝓpter impietatem ac elongationem a deo· & quia omnibꝫ immundis & prauis opationibꝫ ſe immiſcet ¶ Aug. x. de ciuitate dei. Cōtra ſupbiā porro demonū quātam virtutem habeat dei humilitas que in forma ſerui apparuit. ipſi demones ita ſciūt vt eidem domino infirmitate carnis induto hoc exprimerent. Sequit̄ enī· Et exclamauit dicens qđ nobis & tibi iheſu naza. Veniſti perdere nos. Clarum eſt in his verbis ꝙ in eis & ſcientia erat· Et charitas nō erat. Penam quippe ſuam formidabāt ab illo· nō in illo iuſticiam diligebant. ¶ Beda. Demones enī dominū in terris cernentes. ſe con⸗tinuo iudicandos cernebāt. ¶ Chriſ. Vel hoc ita dicit quaſi diceret auferens immunditiam · diui⸗namqꝫ imponens cognitionē hominū animabus · nobis locū in hominibus nō das. ¶ Theophi. Exire enī ab homine predicationē ſuam dicebat demo⸗nium· immiſericordes enī exiſtunt demones· malū aliquod pati ſe exiſtimantes cum homines nō moleſtant. Sequit̄· Scioqꝫ ſis ſanctus dei· ¶ Chri. Quaſi diceret. Conſidero aduentū tuū. Non enī fir⸗mam ac certā aduentꝰ dei habebat notitiā. San⸗ctum aūt dicit eum· nō vnum de pluribus· quia & ſanctus erat vnuſquiſqꝫ ꝓphetarū· ſed vnum eum eſſe denuntiat. Per articulum qui in greco ponit̄· vnū oſtendit. per timorem vero omniū dominum recognoſcit· ¶ Aug⁹. Tantū enim eis innotuit quantum voluit· tantum autem voluit quantum oportuit. Sed innotuit non ſicut angelis ſanctis· qui eius ſecundum id ꝙ eſt verbum participata eternitate perfruuntur. Sꝫ ſicut eis terrendis in⸗noteſcendus fuit· ex quo tiranmica poteſtate fue⸗rat liberaturus predeſtinatos · innotuit ergo de⸗monibus· non per id ꝙ eſt vita eterna· ſed per quedam temporalia ſue virtutis effecta· que angelicis ſenſibus in malignorum ſpirituum potiuſqꝫ infirmitati hominum poſſint eſſe conſpicua. ¶ Chriſo. Non autem volebat veritas teſtimonia ſpirituum immundorum· Vnde ſequit̄. Et comminatus eſt ei iheſus· dicens obmuteſce & exi de homine. Vnde dogma ſalutiferum nobis datur · ne credamus demonibus quantumcunqꝫ denuntient veritatem. Sequitur. Et diſcerpens eum ſpiritus immun⸗dus & exclamans voce magna exiuit ab eo. Quia enī homo ille tanqꝫ ſapiēs loquebat̄· ac diſcrete verba pferebat· ne putaret̄ ꝙ nō ex demone ſꝫ ex cor⸗de vba cōponet. vix diſcerpi pmiſit a demōe· vt oſtderet demonē eē q̄ loqbat̄ ¶ Theo. Et vt videtes cer

nerent a quo malo liberabat̄ homo & ꝓpter mira-
culū crederēt. ¶ Beda. Poteſt autē videri contra
rium quomodo diſcerpens. vel ſicut quidam codi-
ces habent conuexans eum exierit. cum nihil ei
nocuerit. ſecundū lucam. Sed & ipſe lucas dicit.
Et cum ꝓieciſſet eum demoniū in medium. exijt ab
eo. nihilq̄ ei nocuit. Vnde intelligit̄ hoc dixiſſe
marcum. conuexans eum ſiue diſcerpens. ꝙ lucas
dicit cum proieciſſet eum in medio & quod ſecutus
ait. Nihilq̄ ei nocuit. hoc intelligat̄ ꝙ illa iactatō
mēbroꝝ atq̄ vexatō nō eū debilitauit. ſicut ſolent
demonia exire etiā quibuſdam membris amputa-
tis atq̄ euulſis. Viſa aūt v̄tute miraculi. nouitatē
¶ Gloſa · Poſtq̄ꝫ euāgeliſta narrauit mortē iohānis · narrat ea que xp̄s cū ſuis diſcipulis poſt mortē iohānis egerit dicens · Et conue · apo · ad ihm̄ renun · ei omnia que ege · & docue ¶ Hierom · Ad locum enim vnde exeunt flumina reuertunt̄ · deo ſemp referūt gratias miſſi · ſup his que acceperāt ¶ Theo · Diſcamus aūt & nos cū in miniſterium aliqđ mittimur · nō elongari · & vltra commiſſum offitiū non efferri · ſed mittentē viſitare & renuntiare ei omnia que egimus · & docuimus · ¶ Beda · Non enim ſolū oportet docere · ſed facere Non ſolū autem que ipſi egerāt · & docuerāt · Apoſtoli dño renuntiant · ſed etiam que iohānes eis in docendo occupatis ſit paſſus · & ſui & iohānis diſcipuli dño renuntiāt · ſic matheus deſcribit · Sequit̄ · At ait illis · Venite ſeorſū i deſertū locū · & requi · pu · ¶ Aug⁹ · đ cō · euāge · Hoc cōtinuo p⁹ iohānis paſſionē factū eē cōmemorat · Vn̄ poſt hec facta ſunt illa que pmo narrata ſūt · qbꝰ motus herodes dixit Hic ē iohānes bap · quē ego decollaui ¶ Theo · In deſertū aūt recedit locū ꝓpt̄ humilitatē · quieſcere aūt facit xp̄s ſuos diſcipulos · vt addiſcāt ꝓpoſiti · q̄ꝫ qui laborant in opere & ſermone · requiē ꝓmerētur · & q̄ꝫ nō debent cōtinue laborare ¶ Beda · Que aūt neceſſitas fuerit cōcedende requiei diſcipulis · oſtendit cū ſubdit · Erant eī qui ve · & redi · multi · & nec ſpatiū māducādi habebāt · vbi magna tpis illi⁹ felicitas đ labore docētiū · ſimul & diſcētiū ſtudio demonſtrat̄ · Seqt̄ · Et aſce · i na · abierūt i deſertū locū ſeorſū · nō diſcipuli ſoli · ſ; aſſumpto dño aſcēdētes in nauim · locū petiere deſertū vt mathe⁹ đmōſtrat · Tēptat aūt fidē turbaꝝ · petendo eñ ſolitudinē · an ſequi curent · explorat · ille ſequēdo & ñ i iumētis aut vehiculis diuerſis · ſ; ꝓprio labore pedum quantā ſalutis ſue curam gerant oñdūt · Seqt̄ · Et viderūt eos abeū · & cog · multi & pedeſ · de oībus ciuitatibus cōcurrerūt illuc & preue · eos · Dum pedeſtres eos puenīſſe dicit̄ · oſtendit̄ · quia nō in aliā maris ſiue iordanis ripam nauigio peruenerūt diſcipuli cū dño · ſed ꝓxima eiuſdē regiōis loca adierūt · quo etiā indigene pedeſtres poterāt preuenire · ¶ Theo · Ita tu chriſtū nō expectans q̄ꝫ ipſe reuocet ſed precurrens eū preuenias · ſeqt̄ Et exiens vi · tur · mul · Iheſus & miſer · eſt ſuper eos · quia erāt ſic oues nō habentes paſtorē pharīſei lupi exiſtentes rapaces · nō paſcebāt populum · ſed deuorabant · propter hoc ad chriſtum verū cōgregant̄ paſtorē · qui tradidit illis cibum ſpiritalem ſcilicet verbi dei · Vnde ſequitur · Et cepit eos docere multa · Videns eñ eos qui miraculorū occaſione eū ſequebāt̄ pre longitudine vie feſſos · eoꝝ miſertus · voluit eoꝝ ſatiſfacere voluntati · docēdo eos · ¶ Beda · Matheus dicit q̄ꝫ curauit languidos eoꝝ · hoc ē eñ veraciter pauperū miſereri · eis veritatis viā docēdo apire · & moleſtias corpales auferre · ¶ Hiero · Miſtice aūt ſeorſū ducit dñs quos elegit · vt inter malos viuentes · mala nō itēdant · vt loth i ſodomis · & iob i t̄ra vn̄ ſeqt̄ · & abdias idomo achab · ¶ Beda · derelicta etiā iudea i deſerto eccleſie pdicatores ſācti q̄ apud iudeos tribulati onū ſarcina pmebāt̄ · de ḡra fidei gētibꝰ collata · requiē nacti ſūt · ¶ Hie · Puſilla tñ ē hic ſāctis requies · lōgus labor · ſed poſtea dr̄ illis · vt requieſcant a laboribꝰ ſuis · ſic aūt i archa noe aīalia que itus erāt foris mittebāt̄ · & q̄ foris erāt · itro erūpebāt · ſic agit̄ i eccleſia · iudas receſſit · latro acceſſit · ſed q̄ꝫ diu recedit̄ a fide · i eccleſia nō eſt reqes ſine merore · Rachel eī plorās filios ſuos noluit cōſolari · ñ ē etiā hoc cōuiuiū i q̄ bibit̄ vinū nouū · cū cātabit̄ cāticū nouū ab hoībꝰ nouis · cū mortale hoc iduerit immortalitatē · ¶ Beda · xp̄m aūt petētē đſerta gētiū multe fideliū caterue relictis mēbꝰ priſce cōuerſatiōis ſeqūt̄ · Sequit̄ textus

¶ Et cū iā hora multa fieret acceſſert diſcipli ei⁹ dicētes · Deſert⁹ ē loc⁹ hic · & iam hora pterūt · dimitte illos · vt euntes in ꝓximas villas & vicos emant ſibi cibos quos māducēt · Et reſpōdēs · ait illis · date eis māducare · & dixerūt ei · Eūtes emamus ducētis denarijs panes · Et dabim⁹ illis māducare · & dicit eis · Quot panes habetis · ite & vidite · Et cū cognouiſſent · dicūt · qnq; & duos piſces · Et precepit illis vt accūbere facerent omnes ſecūdum contubernia ſuper viride fenum · Et diſcubuerunt in partes per centenos & per quinquagenos Et acceptis quinq; panibus & duobus piſcibus intuens in celum · benedixit & fregit panem & dedit diſcipulis ſuis vt ponerent ante eos · & duos piſces diuiſit omnibus · & manducauerunt omēs & ſaturati ſunt · Et ſuſtulerunt reliquias fragmētorum duodecim cophinos plenos · & de piſcibus · Erant autem qui manducauerunt quinq; milia

viroꝝ ¶ Theo. Preponēs dn̄s qđ vtilius eſt. ſ. ci
bū ſermōis dei. deinde etiā corporalē cibum p̄buit
turbe. ad cui⁹ narratiōē euāgeliſta accedit. dicēs.
Et cū iā hora m̄lta fieret acceſſe. diſc. ei⁹ di. deſer.
lo. eſt hic. ¶ Beda. horā multā veſptinū tēpus
dicit. vn̄ lucas dicit. Dies aūt ceperat declinare.
¶ Theo. vide aūt quō diſcipuli xp̄i circa hoīm a:
morē ꝓficiunt. turbaꝝ ei miſerti accedūt ad chri:
ſtū. & ꝓ eis intercedūt. Dn̄s aūt tēptauit eos ſi ei⁹
virtutē tātā eſſe cognouerāt. ꝙ turbas paſcere poſ
ſet. vn̄ ſeq̄tur. Et rn̄dēs ait illis. Date eis man.
¶ Beda. Prouocat etiā apoſtolos hoc dicens ad
fractionē panis. vt illis ſe nō habere teſtātibus.
magnitudo ſigni notior fieret ¶ Theo. Diſcipuli
autē arguebāt eū tanq̄ ignorātem qđ illis eēt ne
ceſſariū ad tantā multitudinē turbaꝝ paſcēdā. vn
de turbati rn̄dēt. Seq̄r ei. Et dixe. ei. Euntes ea
mus de. ducē. pa. & dabi. illis man. ¶ Aug⁹. d cō
cor. euāg. hoc philipp⁹ apud iohānē rn̄det. ſ; mar
cus a diſcip̄lis reſpōſū eē ɔmemorat. volēs itelligi
hoc ex ore ceteroꝝ philippū reſpōdiſſe. q̄q̄ & plu:
ralē numeꝝ ꝓ ſingulari vſitatiſſime ponē potuerit
Seq̄r. Et dicit eis Quot pa. habe. ite & vi. Hoc
a dn̄o factū eē ceteri euāgeliſte p̄termiſert. Seq̄r.
Et cū cog. dicūt q̄nq; & du. piſ. Quod andreas a:
pud iohānē de q̄nq; panib; & duob; piſcib; ſuggeſ
ſerit. hoc ceteri euāgeliſte pluralē numeꝝ pro ſin
gulari ponētes. ex diſcipuloꝝ pſona retulerunt.
Sequit̄. Et p̄ce. illis vt accū. fa. om. ſcđm cōtu.
ſup vi. fe. & diſcu. i ptes p cen. & p q̄nq̄. Quod
autē lucas dicit q̄nquagenos iuſſos eē diſcūbere.
Marcus vero q̄nquagenos & centenos. iō non hic
monet. q2 vnus partē dicit alter totū. Qui enim de
ceteris retulit hoc retulit qđ ille p̄termiſit ¶ The.
Per hoc autem datur intelligi ꝙ ſequeſtratim di
ſcubuerūt p partes & ptes. i greco ei qđ hic dicit̄
ſcđm cōtubernia duplicat̄. ac ſi diceret̄. p cōtuber
nia. Seq̄r. Et acce. quinq; panib; & du. piſcib;
intuens in celū bn̄dixit & fre. pa. & de diſc. ſuis
vt po. an̄ eos. & duos piſces diui. oib; . ¶ Chri.
Decēter aūt i celū aſpexit. q2 i deſerto māna acci
piētes iudei. de deo dicere attēptarūt. Nūquid po:
terit dare panē. Ne vero hoc cōtingat anteq̄ face:
ret. ad patrē retulit qđ erat facturus. ¶ Theo.
Intuet̄ etiā i celū. vt nos inſtrueret a deo petere
eſcā & n̄ a diabolo. ſic̄ faciūt illi. q̄ alienis iniuſte la
borib; nutriūt̄. Ex hoc etiā t̄bis tūc inuit. ꝙ nō
eēt deo cōtrari⁹. ſed deū iuocaret. Dat aūt panē di
ſcip̄lis apponēdū t̄bis. vt tractādo panē nō dubiū
ſed miraculū videat̄. Seq̄r. Et mā. oms & ſa. ſūt
& ſuſtu. reli. frag. xij. cophi. Duodecim cophini
ſupabūdāt frag. vt q̄libet ap̄loꝝ vnum cophinū
ſup humeꝝ apportāte. ieffabile miraculū videat̄.
Supabūdātis ei virtutis erat. n̄ ſolum tot hoīes
paſcere. ſ; & tātā ſupabūdātiā reliq̄re fragmētoꝝ.
Moiſes eni & ſi manna dabat. ſcđm vniuſcuiuſq;
neceſſitatem illud largiebat̄. ſupfluū vero vermi:
bus ſcaturiebat. Helias etiā viduā paſcē𝔰. q̄ntū
ei erat ſuffitiēs tribuebat. iheſus vero tāq̄ dn̄s ſu
pabūdāt̄ operabat̄. ¶ Beda. Miſtice aūt. die decli
nata turbas ſaluator reficit. q2 vel fine ſeculoꝝ ꝓpi
quāte. vel cū ſol iuſtitie ꝓ nob occubuit. a ſpirita
lis inedie ſumus tabe ſaluati prouocat apoſtolus
ad fractionē panis. iſinuās. ꝙ cotidie p eos ieiuna
ſūt corda nr̄a paſcēda eoꝝ. ſ. litteris & exemplis
Per q̄nq; panes. q̄nq; moſaice legis libri. p duos
piſces. pſalmi ſūt & ꝓphete figurati. ¶ Theo. vel
duo piſces ſunt piſcatoꝝ ſermōes. ſ. epiſtole & e:
uāgeliū. ¶ Beda. Quia vero q̄nq; ſūt exterioris
hoīs ſenſus. q̄nq; milia viri dn̄m ſecuti. deſignat
eos. q̄ i ſeculari adhuc habitu poſiti. exterioribus
bn̄ vti nouerūt. ¶ Grego. xv. mor. Uniuerſi cōui
uantiū diſcubitus. diſtinctiones eccleſiaꝝ. q̄ vnā
catholicā faciūt. deſignāt. Iubilei aūt req̄es q̄nq̄ge
narij numeri miſterio cōtinet̄. & q̄nq̄genari⁹ bis
ducit̄ vt ad cētenariū ꝑueniat̄. Quia ergo prius a
malo q̄eſcitur opere. vt poſt aīa pleni⁹ q̄eſcat i co:
gitatiōe. alij q̄nq̄genarij. alij centū diſcūbunt.
¶ Beda. Sup fenū aūt diſcūbētes dominicis paſcū
tur alimētis. q̄ p cōtinētiā calcatis cōcupiſcētijs.
audiēdis implēdiſq; dei verbis opam impēdūt. ſal
uator aūt n̄ noua creat cibaria q2 veniēs i carne nō
alia q̄ p̄dicata ſūt. p̄dicat. ſ; legis & ꝓphetaꝝ ſcri
pta. q̄ grauida ſint miſterijs gratie dmōſtrat. In
tuet̄ i celū vt ibi lucē doceat eſſe q̄rēdā. frangit
& ante turbas ponēda diſtribuit diſcipulis. quia
ſacrāmēta ꝓphetie ſācłis doctorib; q̄ hec toto orbe p̄
dicēt. patefecit. Quod t̄bis ſupeſt a diſcipulis tol
lit̄. quia ſacratiora miſteria que a rudib; capi neq̄
unt. nō negligentur omittenda. ſed ſunt inquiren
da perfectis. Nam per cophinos. xij. apoſtoli &
ſequentes doctores figurantur. foris quidem homi
nibus deſpecti. ſed itus ſalutaris cibi reliquijs cu
mulati. Conſtat ei cophinos opa ſeruilia geri ſo
lere. ¶ Hiero. Vel duodecī cophini pleni fragmē
tis colliguntur. cū ſint ſuper thronos iudicantes
xij. tribus iſrahel. qui ſunt fragmenta abraham.
iſaac. & iacob. q̄n ex iſrahel reliquie ſalui fient.

¶ Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere na:
uim vt precederent eū tranſfretū ad bethſaidā. dū
ip̄e dimitteret populum. Et cum dimiſiſſet eos. a
bijt in montem orare. Et cum ſero eſſet. erat na:
uis inmedio maris. & ipſe ſolus in terra. videns
eos laborantes in remigando. erat eni vēt⁹ ɔtrari⁹
eis. Et circaquartā vigiliā noctis venit ad eos ā:
bulans ſup mare. Et volebatpreterire eos. At illi
vt viderūt eū ambulantem ſuper mare. putauerūt
phantaſma eē. & exclamauerūt. Om̄es enim eū
viderunt & contriſtati ſunt & ſtatim locutus eſt
cū eis. Et dixit eis Cōfidite ego ſū. Nolite timere
Et aſcēdit ad illos in naui. & ceſſauit vēt⁹ & pl⁹
intra ſe ſtupebant. Nō enim intellexerunt de pani
bus. Erat enim cor eorum obcecatum. ¶ Gloſa.

Dominus quidā in miraculo panū q eēt cōditor
rerū oſtendit· nunc aūt ambulando ſup vndas q ha
beret corpus ab omniū peccatorū grauedine liberū
edocuit in placādo ventos· vndarūq rabiem ſedādo
q clementis dñaref mōſtrauit· vnde dicit. Et ſta
tim coe. diſc· ſuos aſc. na. vt pre. eum trāffretū ad
beth· dū ipſe dimit· populū· ¶ Chri. Dimittit q̄
de populū i benedictiōe & aliquib· curationibus·
Coegit aūt diſcipulos qr nō de facili ab eo poterāt
ſeparari. & hoc quidē tñ ꝓpt nimiū affectū quem
ad eū habebāt· tñ qr ſollicitabanf. qualit ad eos
veniret· ¶ Beda. Merito aūt mouet quomō mar=
cus dicat peracto miraculo panū· diſcipulos venis
ſe trāffretum ad bethſaidā· cū videaf lucas dicere
q in locis bethſaide factū fuerit miraculum illud.
niſi forte intelligamus q lucas ait in deſertū locū
qui eſt bethſaida· ñ ipſi? intima ciuitatis· ſed loca
deſerti ad eā ptinentis eſſe deſignata marcus autē
dicit vt precederet eū ad bethſaidam vbi ciuitas
notatur· Sequitur· Et cū di. eos. abijt i montem
orare· ¶ Chri· Quod decet intelligere de xp̄o ſecū
dū q eſt homo· hoc etiā fecit inſtrues nos aſſidu=
os eſſe i oratione. ¶ Theo. Dimiſſa aūt turba aſcē
dit orare· Requiem enim & ſilētiū oratio exigit·
¶ Beda. Nō omis aūt qui orat aſcendit i mōtem.
ſed qui bene orat· qui deū orādo querit. Qui vero de
diuitijs. aut honore ſeculi· aut de inimici morte ob
ſecrat. ipe i infimis iacens viles ad deum preces
mittit· Quare autem dominus dimiſſo populo i mō
tem oraturus abierit· iohānes declarat dicēs· Jhs
ergo cū cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperet
eum· & facerēt eum regē· fugit iterū in mōtē ipſe
ſolus· Seqtur· Et cū ſero eēt· erat nauis i medio
ma· & ipſe ſolus in terra· ¶ Theo· Permiſit aūt
dominus periclitari diſcipulos vt pacientes fierēt·
Vnde nō ſtatim eis aſtitit· ſed per totam noctem
periclitari pmiſit· vt doceret eos patiēter expecta
re· & non a principio ſperare in tribulationib ſub
ſidiū· ſequitur em· Et vidēs eos labo· in remi eāt
ei vētus cōtrarius eis· & circa quartā vigi· noctis
venit ad eos amb· ſup ma. ¶ Chri· Quatuor vi=
gilias noctis dicit ſacra ſcriptura· vnāquāq diui
dens in tres horas· vnde quartam vigiliam dicit·
que eſt poſt horā nonam· ſ. in hora· x· vel poſterio
ri hora· ſeqf. & vo· pte· ¶ Aug? de con· euāge·
Quō aūt hoc intelligere potuerūt· niſi quia i diuer=
ſū ibat· eos volēs pterire tanq alienos a qbus ita
ñ agnoſcebaf· vt phātaſma putaref· ſeqf· At illi
vt vi· eū· am· ſup ma· pu· phan eē. & excla· omēs
ei eū vide. & ꝯturbati ſūt· ¶ Theo. vide autē qm̄
cū xp̄s debebat eorū pericula ꝯpeſcere· tunc maiorē
eis icutit timorē. Sed ſtati p vocē ꝯfortauit eos
Seqf· n· Et ſtati locut? ē cū eis & dixit eis confi
dite ego ſū· no· timere ¶ Chri· Stati aūt in voce
cognouerūt eū & timor ſolut? eſt. ¶ Aug? d cō·
euange· Quō ergo eos volebat preterire· quos pa
uentes ita ꝯfirmat· niſi qr illa voluntas pterēūdi
ad eliciendū illum clamorē valebat cui ſubueniri
oportebat· ¶ Beda. Scripſit autē theodorus ſara
tanus quondā epiſcopus· corporale pondus nō ha
buiſſe dominum ſecundum carnē· ſed abſq pōdere
ſup mare ambulaſſe· ſed fides catholica· pondus
ſecundū carnē habere eū predicat. Ait enim dio=
niſius. Jgnoramus qualiter non infuſis pedib cor
porale pondus habētib· & materiale onus. deam=
bulat in humidam & iſtabilē ſubſtātiā ¶ Theo.
Deinde per introitū in nauiculā dñs ꝯpeſcuit tem
peſtatē. Sequif ei· Et aſcē· ad ill· i na· & ceſſ· vē
tus Magnū quidē miraculū eſt q ambulat dñs ſu
p mare· ſed tēpeſtas & vēti cōtrarietas oppoſita fu
erunt ꝓpter maius miraculū· Apoſtoli ei ex mira
culo quinq panū non intelligētes xp̄i potentiam
Nūc ex maris miraculo plenius cognouerūt· Vñ
ſequif. Et plus intra ſe ſtupebant· Nō ei intelle·
de panibus ¶ Beda· Stupebant quidem carnales
adhuc diſcipuli· virtutū magnitudinē· Nec dū tñ
in eo veritatē diuine maieſtatis cognoſcere vale=
bant· Vñ ſequitur· Erat em̄ cor eoꝝ obcecatum
Miſtice aūt labor diſcipuloꝝ in remigando & ven
tus cōtrarius· labores ſancte eccleſie deſignat· que
inter vndas ſeculi aduerſantes & immundoꝝ fla
tus ſpirituū· ad quietē patrie celeſtis puenire co=
natur· Bene aūt dicitur quia nauis erat in medio
maris. & ipſe ſolus in terra. qr nōnūq eccleſia tā
tis gētiliū pſſuris afflicta eſt· vt redēptor ipi? eā
ꝓrſus deſeruiſſe videretur· Sed videt dñs ſuos la
borātes in mari quia eos ne intribulationibus de=
ficiant· ſue reſpectu pietatis corroborat· & aliqñdo
manifeſto adiutorio liberat· Quarta autem vigilia
venit ad eos diluculo appropinquante· quia homo
mentem cū ad ſupni lumen preſidij erexerit. ade=
rit dñs & tēptationū picula ſopief· ¶ Chriſoſ.
Vel pma vigilia eſt vſq ad diluuiū· Secūda vſq
ad moiſen. Tertia vſq ad aduētum dñi. Jnqrta
venit dñs & diſcipulis locutus eſt· ¶ Beda. ſepe
aūt fideles i tribulatiōe poſitos· ſupna pietas deſe
ruiſſe viſa ē· vt qi laborātes i mari diſcipulos p̄te
rire ihs voluiſſe putaref adhuc aūt heretici putāt
phantaſma fuiſſe dnm. nec verā aſſumpſiſſe carnē
de virgine· ¶ Hiero· Dicit aūt eis· Cōfidite. ego
ſū qr videbim? eū ſicuti eſt. Ceſſauit aūt ventus
& procella iheſu ſedente id eſt regnante in naui
que eſt vniuerſa eccleſia· ¶ Beda· Jn quocumq
etiam corde per gratiam ſui adeſt amoris· mox
vniuerſa vitioꝝ & aduerſantis mundi· ſiue ſpiri=
tuum malignorum bella compreſſa quieſcunt·

¶ Et cum tranſfretaſſent· peruenerunt in terram
genaſereth· & applicuerunt· Cumq egreſſi eſſent
de naui continuo cognouerunt eū· Et pcurrentes
vniuerſam regionem illam· ceperunt in grabatis
illos qui ſe male habebant· circumferre vbi audie
bant eum eſſe· Et quocūq introibat in vicos aut
i villas· aut i ciuitates· i plateis ponebāt infirmos

& deprecabantur eum · vt vel fimbriam veſtimēti
eius tangerēt · Et quotquot tangebant eū · ſalui
fiebant · ¶ Gloſa · Quia euāgeliſta expoſuerat pe
riculū quod diſcipuli in nauigando ſuſtinuerāt · &
quō fuerāt liberati · nunc oñdit · quo nauigando ꝑ⸗
uenerit · dicens · Et cū trāſfr · ꝑue · in terrā gena ·
& applicuerūt · ¶ Theo · Poſt magnū aūt ſpatiū
temporis · ad predictū locū dñs trāſfretauit · Et iō
euangeliſta ſubdit · Cumq; egreſſi eſſent de naui
cōtinuo cognouerunt eū ſcilicz incole · ¶ Beda ·
Cognouerūt aūt eū rumore nō facie vel pro ſigno
rū magnitudīe & vultu plurimis notus erat · Vi
de aūt quāta fides ſit hoīm t̄re genaſaret · vt non
preſentiū tantū ſalute contenti ſint · ſed mittant ad
alias per circuitū ciuitates · quo oēs currāt ad me⸗
dicū · vnde ſeq̄t · Et ꝑcur · vniuer · regi · illam · cepe
rūt in graba · illos qui ſe male habebant circūferre
vbi audi · eū eſſe · ¶ Theo · Nō eñ ad domos inui⸗
tabant eum vt curaret · ſed magis ipi male haben⸗
tes afferebant̄ ad eū · vnde etiam ſeqtur · Et q̄cūq;
introi · in vicos aut in villas · aut in ciui · ī plateis
ponebāt īfirmos & depreca · eū · vt vel fimb · veſti ·
eius tangerēt · Miraculū eñ qđ circa mulierē he⸗
morroiſſam cōtigerat · ad aures mltoꝝ deuenerat ·
& multā fidē eis dabat ex qua ſanabāt̄ · Seq̄t̄ ei ·
Et quotquot tangebāt eū · ſalui fiebāt · ¶ Beda ·
Miſtice aūt fimbriā veſtimēti ei⁹ minimū mādatū
ītellige · qđ q̄cūq; trāſgreſſus fuerit · minimus vo⸗
cabit̄ in regno celoꝝ · vel aſſumptionē carnis per
ꝙ venim⁹ ad v̄bū dei · & illi⁹ poſtea fruimur ma
ieſtate · ¶ Hiero · Quod autem dicitur · Quotquot
tangebant eum · ſalui fiebant · implebitur quando
fugiet dolor & gemitus ·

¶ Capitulum vij

Et conueniunt ad eū phariſei · &
q̄dā de ſcribis venītes ab hieroſo
limis · & cū vidiſſent quoſdā de
diſcipulis ei⁹ cōmunibꝰ manibꝰ ·
id eſt ñ lotis mādure panē · vi
tuperauerūt · phariſei eñ & oēs
iudei · niſi crebro lauent manus · nō manducant ·
tenētes traditiones ſenioꝝ · & a foro niſi baptiſen⸗
tur non cōmedūt · Et talia multa ſunt que tradita
ſūt illis · ſeruare baptiſmata calicū & vrceorum &
eramētoꝝ & lectoꝝ · Et interrogabāt eū phariſei
& ſcribe dicētes · Quare diſcipuli tui non ambulāt
iuxta traditionē ſenioꝝ · ſed cōmunibus manibus
manducāt panem? At ille reſpōdens ait · Bene ꝓ⸗
phetizauit de vobis hipocritis eſaias ſicut ſcriptū
ē · ꝓplus hic labijs me honorat · cor aūt eoꝝ longe ē
a me · Inuanū autē me colunt · docentes doctrinas
& precepta hominū · derelinquentes mandata dei ·
tenētes traditiōes hoīm · baptiſma vrceoꝝ & cali⸗
cum · & alia ſimilia his facitis mlta · Et dicebat il
lis · Bene irritū facitis p̄ceptū dei vt traditiōꝫ ve⸗
ſtrā ſeruetis · Moiſes eī dixit · honora patrē tuum
& matrē tuā · Et q̄ maledixerit pa · vel ma · morte
moriat̄ · vos aūt dicitis · Si dixerit hō pa · & matri ·
Corban · hoc ē donū quodcūq; ex me · tibi ꝓderit ·
& vltra non dimittitis eū quicq̄ facē pa · ſuo aut
matri · reſcindētes v̄bū dei ꝑ traditionē veſtrā quā
traditis · & mlta ſilia huiuſmōi facitis ¶ Beda ·
hoīes terre genaſareth qui minus docti videbāt̄ ·
non ſolū ipi veniūt · ſʒ & ſuos īfirmos adducūt ad
dñm · vt vel fimbriā eius mereantur contingere ·
At vero phariſei & ſcribe qui doctores eſſe populi
debuerant non ad querēdū medelam · ſed ad mouē⸗
das queſtionū pugnas ad dñm concurrūt · Vnde
dicitur · Et conuenerūt ad eum pha · & quidam de
ſcri · ve · ab hiero · & cū vi · q̄ſdā de diſc · ei⁹ ꝯmuni
bꝰ ma · i · ñ lotis mā · pa · vituꝑauert̄ · ¶ Theo · di
ſcipl̄i nāq; dñi īſtructi ea q̄ virtutis tm̄ ſūt opari
ñ lotis maībꝰ ſimplicit̄ comedebāt · phariſei aūt vo
lētes occaſionē īueīre · hoc accepert̄ · & ñ vtiq; vi
tuꝑabāt eos vt legis trāſgreſſores · ſʒ q̄ traditiōes
ſenioꝝ trāſgrediebāt̄ · vñ ſeq̄t̄ · phariſei eī & oēs
iudei niſi crebro lauēt ma · nō mā · te · tradi · ſenioꝝ ·
¶ Beda · Spiritalia eī ꝓphetarū v̄ba carnalit̄ ac
cipiētes · q̄ illi de cordis & operis caſtigatiōe preci
piebāt · dicētes · Lauamini & mūdi eſtote · Et mū
damini q̄ fertis vaſa dñi · iſti de corpore ſolo lauā⸗
do ſeruabāt · Supſtitioſa ḡ eſt hoīm traditio · ſe⸗
mel lotos ob mādurādū panē crebrius lauare · &
a foro niſi baptiſentur · non comedere · Sed neceſ⸗
ſarium eſt eos qui panem de celo deſcēdentem par⸗
ticipare deſiderant · crebro elemoſinis · lachrimis ·
& alijs iuſtitie fructibus ſua opera purgare · Ne⸗
ceſſariū etiam eſt inq̄namēta que ex tempalibꝰ ne
gotioꝝ curis quiſquā cōtraxerit · ſubſequenti bo
narū cogitationū & actuū permūdet inſtātia · fru
ſtra autē iudei lauant manus & a foro baptiſant̄ ·
ꝙdiu cōtēnūt fonte ablui ſaluatoris · inuanū bap
tiſma ſeruāt vaſoꝝ q̄ corpoꝝ ſuoꝝ & cordiū negli⸗
gunt abluere ſordes · Sequit̄ · Et inter · eū pha · &
ſcri · di · Quare diſc · tui nō am · iuxta tra · ſe · ſed cō⸗
munibꝰ manibus mā · pa · ¶ Chri · ſuꝑ matheum
Mira phariſeoꝝ ſcribarūq; ſtulticia · dei filiū argu
ūt q̄re traditiōes hoīm & p̄cepta nō ſeruet · Cōmu
ne aūt hic ꝑ ī mūdo ꝑoīt̄ · ꝓpl⁹ ei iudeoꝝ · partem
dei ſe eſſe iactitans · cōmunes cibos vocat · quibus
oēs vtuntur · ¶ Hieronim⁹ · phariſeoꝝ autem ſuꝑ
fluum latratum furca rationis obtundit · i · moiſi
& eſaie interpretatione · vt nos aduerſantes hereti
cos verbo ſcripture vincamus · Vnde ſequitur ·
At ille reſpondens ait · Bñ prophe · de vob · hypo ·
eſa · ſicut ſcp̄tū eſt · populus hic labijs me honorat
cor autē eorum lōge eſt a me · ¶ Chriſoſto · Quia
enim non de legis tranſgreſſione · ſed ſeniorum di
ſcipulos accuſabāt · iniurioſe ipſos confundit hipo
critas vocans · quaſi cōmendantes cum reuerētia
quadam · id qđ nō conueniebat · Superaddit autē
Eſaie prophete verbum · quaſi de eis dictum ·
Ac ſi diceret · Sicut hij de quibus dicitur q̄ de
um labijs honorant cor autem eorū ab eo lōge ē ·

in vanū pietatē cuſtodire ſe docuit· doctrinas ho
minū honorantes. ita & vos qui dereliquitis id ꝙ
iterius curabile ē · & iuſtitiā colentes accuſatis·
¶ Hiero· Traditio aūt phariſaica ī mēſis & va
ſis abſcindēda eſt & radēda· Sepe eī traditioībus
hoīm mandata dei cedūt· vnde ſeqtur· dereliquen
tes manda· dei te· tra· hoīm· baptiſma vrceorum·
¶ Chri· Vt autem eos arguat tanꝗ dei reuerētiā
nō ſeruātes· ꝓpť traditioꝫ a ſeniorib° factam diui
nis ſcripturis oppoſitā ſubiūgit· Moiſes eī dixit·
honora patrē & ma· tu· & q̄ maledixeīt pa· vł ma·
morte moriať· ¶ Beda· honor ī ſcripturis nō tan
tū in ſalutatione & officijs deferendis· qñtū ī ele
moſina ac munerū collatione ſentiť· honora īquit
apoſtol⁹ viduas q̄ vere vidue ſūt· ¶ Chri· Ta
li aūt exiſtēte diuina lege ac talib° miniſtris trāſ
gredientibus illatis· vos de leui· diuinū trāſgredi
mini p̄ceptū· obſeruātes ſeniorū traditiones· Vñ
ſeqť vos ať di· Si dixerit hō patri & matri· Cor
ban· qđ ē donū qđcūqꝫ ex me tibi ꝓderit· ſupple· lib
erit ab obſeruatiōe p̄miſſi mādati· vñ ſeqť· Et vl
tra nō dimit· eū quicꝗ facere patri ſuo aut matri·
¶ Theo· volentes eñ phariſei que offerebātur co
medere inſtruebāt filios· ꝙ cū peculia aliqua habe
bant· & parētes hec peteret· rñderēt illis Corban·
hoc ē donū qđ a me petis iam obtuli dño· & ita hec
nō exquirerēt· q̄ſi dño oblata· i· ad ſalutē parētū
ꝓficua· & ſic đcipiebāt filios· vt parētes nō hono
rarēt· & ipi oblata deuorarēt· Hoc ergo dñs expro
brat eis· qꝛ ꝓpť lucrū legē diuinā trāſgrediebanť·
vnde ſequiť· Reſcindētes v̄bū dei per traditionē
veſtrā ꝗ traditis· & mł̄ta ſilia huiuſmōi facitis· ſ·
tranſgrediētes p̄cepta dei vt obſeruetis hoīm tra
ditiones· ¶ Chri· vel poteſt dici ꝙ phariſei iuue
nes docebāt· ꝙ ſi q̄s ꝓ iniuria patri aut matri illa
ta· munus offerat deo· erat immunis· q̄ſi deo dans
munera que patri debenť· & hoc dicentes· parētes
honorari nō pmittebant· ¶ Beda· pť aūt & hūc
breuiť habere ſenſū· Munus qđ ex me eſt· tibi ꝓ
derit· Compellitis inq̄t filios· vt dicāt parētibus
ſuis· Quodcūqꝫ donū oblaturus eram deo· in tuos
conſumo cibos· tibiqꝫ prodeſt o pater & mater· q̄ſi
dicāt non ꝓdeſt· vt ſic illi timētes accipent quod
deo videbāt mancipatū· inopē magis vellēt vitam
ducere· quā edere de cōſecratis· ¶ Hiero· Miſtice
ať diſcipulos nō lotis manibus mādūcare futurā
gentiū communionē ſignificat Mūditia & baptiſ
ma phariſaicū ſterile eſt cōmunicatio nō lota apo
ſtolica extendit palmites ſuos vſque ad mare·

¶ Et aduocans iterum turbam dicebat illis Au
dite me omnes & intelligite· Nihil eſt extra ho
minē introiens in eum· quod poſſit eum coin
quinare· Sed que de homine procedunt· illa ſunt
que coinquinant hominem· Siquis habet aures
audiendi audiat· Et cum introiſſet in domum a
turba interrogabant eum diſcipuli eius pabolam
Et ait illis· Sic & vos imprudētes eſtis· non in
telligitis quia oē extrinſecus ītroiēs in hoīem nō
poteſt eum coinquinare· quia non introiuit in cor
eius· ſed in ventrem vadit & ī ſeceſſum exit pur
gans omnes eſcas· Dicebat aūt· quoniā que de ho
mine exeunt· illa coinquināt hominē· Abintus eñ
de corde hominū cogitatiōes male procedūt· adulte
ria· fornicatiōes· homicidia· furta auaritie· neq̄tie·
dolus· impudicitia· oculus malus· blaſphemie· ſup
bia· ſtulticia· Omnia hec mala abintus ꝓcedūt &
coinquināt hoīeꝫ· ¶ Chri· Judeis conſiderātib°
corporalem mūditiā legis & de hac murmurātib°·
dominus cōtrariū vult introducere· Vnde dicitur
Et aduocans iterum tur· di· illis Audite me om·
& intel· Nihil eſt extra ho· intro· in eum· qđ poſ·
eum coinquinare· ſed que de ho· procedunt· illa ſūt
que coinq̄· ho· i· immundū faciūt· Ea eñ que xp̄i
ſunt intra hoīem cōſideranť· ea vero que legis ſūt·
magis cernūť extra hoīem quibus quaſi corpora
libus crux xp̄i finē ī breui dare debebat· ¶ The·
hoc autem dominus dicit volens inſtruere hoīes·
ꝙ obſeruatiōes eſcarū quas lex ꝯmemorat nō opor
tet corporaliť intelligere· & ex hoc intentionem le
gis eis maīfeſtare incepit· ¶ Chri· Subiungit
autē· Siquis habet aures au· au· Nō eñ maīfeſte
apparuerat· q̄ eſſent illa q̄ đ hoīe ꝓcedāt & hoīeꝫ co
inq̄nāt· & ꝓpť hoc v̄bū· Apoſtoli crediderūt ꝙ ali
quod aliud ꝓfundū p̄dictus dñi ſermo inuueret·
Vñ ſequiť· Et cū intro· in domū a tur· inter· eum
diſci· ei⁹ para· Parabolā ať īmaīfeſtū ſermonē vo
cabant· ¶ Theo· dominu⁹ aūt prius increpat· Vñ
ſeqť· Et ait illis· Sic & vos impru· eſtis· ¶ Be
da· Vitioſus enim eſt auditor· qui obſcura mani
feſte aut manifeſte dicta· obſcure vult intelligere
¶ Theo· Deinde dominus maīfeſtat id ꝙ erat oc
cultū dicens· Non intelligitis qꝛ omne ex· intro· ī
homine· nō poteſt eum coinquinare· ¶ Beda· Ju
dei· n· ſe patrē dei iactantes· cōmunes cibos vocāt
quib° omnes hoīes vtunť· vt oſtrea lepores & hu
iuſmodi aīmalia· nec etiā ydolothicū in quantū ci
bus & dei creatura ē· ſed demonū inuocatio hoc fa
cit immundū· Et cauſam ſubdit dicens· Quia non
introijt in cor eius· Anime locus principalis iux
ta platonem in cerebro· ſed iuxta chriſtū in corde
eſt· ¶ Gloſa· Dicitur ergo in cor eius ideſt ī mē
tem que eſt principalis pars anime ex qua tota ho
minis vita dependet· vnde ſecundum eam neceſſe
eſt hominem mundum vel immundum eſtimari·
Et ſic ea que ad mentem non perueniunt non poſ
ſunt homini immunditiā afferre· Cibi ergo quia
ad mentem non perueniunt· ſecundum ſuam natu
ram hominem inquinare non poſſunt· ſed inordi
natus ciborum vſus qui ex īordinatiōe prouenit
mentis ad· hominis immunditiam ptinet· Quod
autem cibi ad mentem non perueniant· oſten
dit per id quod ſubdit· dicens· Sed in ventrem
ſcilicꝫ intro· & in ſeceſ· ex pur· omnes eſcas· Hoc

autem dicit ne intelligatur ꝙ inde ex cibis in corpore maneat. Manet enim quod eſt neceſſariū ad corporis nutrimētū & augmentū. Egreditur autē quod eſt ſupfluū quaſi purgatio quedā interius remanētis nutrimēti. ¶ Aug9. in libro. lxxxiij. queſtionū. Quidā enim ſic accedūt vt etiā mutēt. & mutētur. ſicut & ipe cibus amittens ſpeciem ſuam in corpus noſtrum vertitur. & nos refecti in robur mutamur. Sed & tenuiſſimus humor. cū in venis & alijs arterijs cocta fuerit eſca. & digeſta. per occultos meatus quos greci poros vocant dilabit. & in ſeceſſum vadit. ¶ Beda. Hic ergo cibi non faciunt homines immundos. ſed malitia que operat paſſiones ab interioribꝰ procedentes. Vn̄ ſequit. Dicebat autē. qm̄ que de ho. exe. illa coin. ho. ¶ Chri. Cuius rationē ſignificat cū ſubdit. Abintus em̄ de cor. ho. cogi. ma. procedunt. Et ſic patet ꝙ male cogtationes ad mētē ptinent. que hic cor noīant. ſcd̄m quā homo dicit bonus vel malus. mūdus vel immundus. ¶ Beda. Hinc aūt arguunt q̇ cogitationes a diabolo immitti putant. nō ex ꝓpria naſci voluntate. Diabolus intentor & adiutor malaꝝ cogitationū eē pōt. & autor eē nō pt. ¶ Gloſa. Ex malis aūt cogitatiōibꝰ. vlterius mali actus ꝓcedūt. de q̇bus ſubdit. Adulteria q̄ in violatiōe alieni thori conſiſtunt. Fornicatiōes que ſūt illiciti coitus pſonaꝝ matrimonio ſolutaꝝ homicidia q̇bus ī perſonas ꝓximoꝝ nocumentū infert. Furta. q̇bus res ſubtrahunt. Auaritie. inq̄ntū aliq̄ iniuſte retinēt. Neq̄tie. que conſiſtūt in ꝓximoꝝ calūnijs. dolus in eoꝝ deceptione. Impudicitia q̄ntū ad q̄libet corruptionem mētis vel corpis. ¶ Theo. Oculus malus. i. odiū & adulatio. nam q̇ odit. oculū malū & inmūdū habet ad eū quē odit. & adulator nō recto oculo videns que ſūt ꝓximi. admalū ipm̄ deducit. Blaſphemie id eſt iniurie in deū. Supbia. i. dei cōtemptus. dū ſcilicꝫ q̇s bonū qd̓ opatur non deo. ſed ſue virtuti aſcribit. Stulticia. i. iniuria inꝓximū. ¶ Gloſa. Vel ſtulticia ē cū nō recte de deo ſentit. Cōtrariatur em̄ ſapiē que eſt diuinaꝝ reꝝ cognitio. Seq̄t. Omīa hec ma. ab intus ꝓce. & coin. ho. Hoc em̄ ī culpā homini imputat qd̓ in ſua poteſtate exiſtit. Talia aūt ſūt. que ꝓcedūt ab īteriori. voluntate. per quam homo eſt ſuorum actuum dominus.

¶ Et inde ſurgēs abijt ī fines tyri & ſidonis. Et īgreſſus in domū. neminē voluit ſcire & nō potuit latere. Mulier em̄ ſtatim vt audiuit deeo cuius filia habebat ſpm̄ immūdū intrauit & ꝓcidit ad pedes eius. Erat em̄ mulier gētilis ſyrophenīſſa genere & rogabat eū vt demoniū eijceret de filia eiꝰ. Qui dixit illi. ſine pꝰ ſaturari filios. Nō ē bonū ſumere panē filioꝝ & mittere caibꝰ. At illa rn̄dit & dixit ei. Vtiqꝫ dn̄e. nā & catelli comedūt ſub mēſa de micis pueroꝝ. & ait illi ꝓpt hūc ſmonē vade exijt demoniū d̓ filia tua. Et cū abijſſet domū ſuā. īuenit puellā iacētē ſup lectū & demoniū exijſſe. ¶ Theo. Poſtꝗ̄ de eſcis dn̄s docuerat. vidēs īcredulos eē iudeos. fines ingredit gētiū. Iudeis eī īfidelibꝰ exiſtētibꝰ. ſalus ad gētes cōuertit. Vn̄ dr̄ & inde ſurgēs abijt ī fi ti. & ſi. ¶ Chri. Tyrus & ſidon. loca chananeoꝝ erāt. veīt igit ad eos dn̄s. n̄ tanꝗ̄ ad ꝓpiquos. ſed tanꝗ̄ ad eos q̇bꝰ nihil ē ɔmune ad patres q̇bꝰ ꝓmiſſio facta ē. Et iō ſic venit vt aduētꝰ ſuꝰ. Tirijs & ſidonijs n̄ appareret. vn̄ ſeq̄t. Et igreſ. domū nemi. vo. ſcire. Nōdū em̄ tēpꝰ aduenerat vt cū gētibus habitaret & eos ad fidē adduceret. huiꝰ eī tēpꝰ debitū erat. pꝰ crucē & reſurrectionē. ¶ Theo. vel ideo clā igredit. ne occaſionē iudei ſumerēt ɔtra eū. tanꝗ̄ ad imūdas gētes trāſiſſet. Seq̄t. & n̄ potuit latere. ¶ Aug9. d̓ queſ. euā. Si at voluit & n̄ potuit. īfirmata volūtas eiꝰ eē videt. Impoſſibile ē at vt ſaluatoris volūtas n̄ īpleat. Nec pt velle qd̓ ſic fiēi n̄ deberet. Idēco qd̓ factū ē. hoc voluiſſe dicēdus ē. Aduertēdū ē at ꝙ iſtud ī finibꝰ geſtū ē gētiliū. q̇bꝰ adhuc tēpus p̄dicādi n̄ erat. vltro tn̄ veniētes ad fidē. n̄ ſuſcipe. iniuide erat. Sic ergo factū ē vt ſaluator a diſcipulis ꝓditꝰ n̄ eēt. ab alijs tn̄ q̇ igrediētē domū viderāt proditus eſt. & incepit ſciri ꝙ eſſet ī domo. A ſuis g̊ noluit p̄dicari. req̄ri aūt ſe voluit. & ita factum eſt ¶ Beda. Ingreſſus etiā domū. p̄cepit diſcipulis. ne ſe cuiꝗ̄ in regione ignota quis eēt. aperirēt vt exemplo eiꝰ diſcerēt quibꝰ ſanādi īfirmos gratiā ɔferret. In exhibitiōe miraculoꝝ humani fauoris gloriā. quantum poſſent declinare. nec tn̄ apio virtutis ope ceſſare. qn̄ hoc fieri vel fides bonorū iuſte meret. vel īfidelitas prauorū. neceſſario cogeret. Ipſe eī ſuū illo ītroitū gētili femine & q̇buſcūqꝫ voluit publicauit. ¶ Aug9. de queſ. no. & ve. teſt. deniqꝫ mulier chananea audiēs de illo ītrauit ad eū que niſi p̄us ſubieciſſet ſe deo. iudeorū beneficiū cōſecuta nō eēt. de qua ſeq̄t. Mulier eī ſtatim vt au de eo. cuiꝰ fi. ha. ſpi. imū. intra & ꝓci. ad pedes eiꝰ. ¶ Chri. Per hoc at voluit dn̄s diſcipulis oſtendere. ꝙ etiam gētibus aperuit hoſtiū ſalutis. vn̄ & mulieris genꝰ d̓ſcribit. cū ſubditur Erat eī muli. gen. ſiro. ge. id eſt d̓ ſiria phenicis. ſeq̄t. Et rogauit eū vt demoniū eijceret de filia eius. ¶ Aug9. d̓ queſ. euā. Videt aūt afferre aliꝗ̄ repugnātie queſtiōeꝫ. qꝛ dicit in domo fuiſſe dominū. cū ad illū venit mulier pro filia ſua rogans Sed quoniā matheus. dicit diſcipulos domino ita ſuggeſſiſſe. Dimitte illā quoniam clamat poſt nos nihil aliud videt ſignificare. quam poſt ambulantē dominū mulierē illā deprecatorias voces emiſiſſe. quomodo ergo in domo? niſi quia intelligendū eſt dixiſſe quidem marcum ꝙ intrauerit vbi eſt iheſus. cum eum predixiſſet fuiſſe in domo. Sed quia matheus ait. Non reſpondit ei verbū. Dedit agnoſcere in eo ſilentio. egreſſum fuiſſe iheſum de domo illa. atqꝫ ita cetera contexunt q̄ iā ī nullo diſcordāt. ſeq̄t Qui dixit illi. ſine pꝰ ſaturari filios

Beda. Quaſi diceret futurum eſt. vt etiam vos qui degentibus eſtis ſalutem cõſequamini. ſed prius oportet iudeos. qui merito antique dilectionis filiorum dei ſolent nomine cenſeri. Pane celeſti refici. & ſic tandẽ gentibus vite pabula miniſtrari. Sequitur. Non eſt enim bonum ſumere pa. fi. & mit. ca. Chriſ. Hoc autem verbũ dixit. non q in eo ſit defectus virtutis ad benefaciendũ omnibus. ſed quia beneficium eius diſtributũ iudeis & gentibus cõmunionem inter ſe nõ habentibus. prouocationẽ magis opparet. Theophi. Canes vocat gentiles. tanquam a iudeis ſceleratos reputatos. Panem vero dicit beneficium quod filijs. i. iudeis dominus promiſit. Eſt ergo ſenſus. q nõ decet gentiles beneficij primo eſſe participes. quod iudeis principaliter promiſſum eſt. Ideo autẽ dñs nõ ſtatim exaudit ſed gratiam differt vt etiam oſtendat mulieris fidem conſtantẽ. Et vt diſcamus nõ ſtatim deficẽ cũ oramus. ſed vt inſiſtamus donec recipiamus. Chriſ. Similiter etiã vt iudeis oſtenderet q nõ equaliter eis dabat & alienigenis ſanitatem. & vt patefacta mulieris fide. magis patefieret ĩfidelitas iudeorum. Mulier enim nõ grauiter tulit. ſed vocem domini cũ multa reuerẽtia cõfirmauit. Vnde ſequitur. At illa reſpondit & dixit ei. Vtique domine. Nam & catel. cõ. ſub menſe micis puerorum. Theophi. Quaſi diceret. Iudei panem totũ habent. ſ. deſcendentẽ de celo. & tua etiam beneficia. ego micas poſtulo. ſ. modicam beneficij partẽ. Chri. Quod ergo in ordine canũ ſe reputat reuerentie eſt quaſi dicat pro gratia habeo etiã in numero canũ eſſe. & nõ ab aliena. ſed a propria menſa comedere dominantis. Theophi. Quia ergo mulier ſapientiſſime reſpondebat. obtinuit quod optabat. Vnde ſequitur. Et ait illi. Non dixit. virtus mea te ſaluam fecit. ſed propter hunc ſermonem id eſt propter fidem tuã que hoc ſermone demonſtratur. Vade. exijt demõ. a fili. tua. Sequitur. Et cũ abiſſet ĩ do. ſu. inue. pue. ia. ſu. le. & demo. exiſſe. Beda. Propter humilẽ enim matris fidelemque ſermonem filiã deſeruit demonium. Vbi datur exemplum cathetizandi. & baptizandi infantes. quia videlicet per fidẽ & cõfeſſionẽ parentũ in baptiſmo liberantur a diabolo paruuli. qui nec de ſe ſapere. vel aliquid agere boni poſſunt vel mali. Hier. Miſtice autem mulier gentilis que pro filia rogat. eſt mater noſtra romana eccleſia. nata eius demoniaca. barbarica ẽ occidentalis natio. cuius fides fecit de cane ouem. Micas autem ſpiritalis intellectus. nõ panem infractũ littere ſumere cupit. Theophi. Vnuſquiſque etiam noſtrũ cum peccat. mulier eſt anima eius. Infirmam vero filiam habet hec anima. actus prauos. que filia demoniũ habet. nam actus praui demoniũ ſunt. Peccatores autẽ exiſtentes nũcupantur catuli impleti immũdicijs. Propter quod nõ ſumus digni panem dei recipere aut participes fieri immaculatorum miſteriorum dei. Si vero cognoſcẽtes noſmetipſos. per humilitatẽ eſſe catulos. cõfiteamur peccata noſtra tunc ſanabitur filia ſcilicet operatio praua.

Et iterũ exiens de finibus tiri venit per ſidonem ad mare galilee. inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei ſurdũ & mutũ & deprecabantur eũ vt imponat illi manũ. Et apprehendens eũ de turba ſeorſũ miſit digitos ſuos in auriculas eius. & expuẽs tetigit linguam eius. Et ſuſpiciens in celũ ingemuit & ait. Effeta. quod eſt adapire. Et ſtatim aperte ſunt aures eius. & ſolutũ eſt vinculũ lingue eius. & loquebatur recte. Et precepit eis. ne cui dicerent. Quanto autem eis precipiebat. tanto magis plus predicabant. Et eo amplius admirabantur dicẽtes. Bene omĩa fecit. & ſurdos fecit audire & mutos loqui.

Theophi. In gentiliũ locis moram dominus facere nõ volebat. ne occaſionem iudeis daret. vt tranſgreſſorem legis eum eſtimarent. q ſe gentibus admiſcebat. & ideo confeſtim reuertitur. Vnde dicitur. Et iterũ ex. de fi. Ty. ve. per ſido. & ad ma. gali. inter me. fi. decapoleos. Beda. Decapolis eſt regio. x. vrbium trans iordanem ad orientem cõtra galileã. Quod ergo dicitur q dominus venit ad mare galilee inter medios fines decapoleos nõ ipſos fines decapolis ĩtraſſe ſignificat. Neque enim mare nauigaſſe dicitur. ſed potius ad mare vſque veniſſe atque ad ipſũ peruiſſe locũ. qui medios fines decapolis longe trans mare poſitos reſpiciebat. Sequitur. Et addu. ei. ſur. & mu. & depca. eũ vt impo. illi manũ. Theo. Quod recte poſt demoniace liberationem ponitur ex demonio enim talis paſſio erat. Sequitur. Et appre. eũ de tur. ſeor. miſit digi. ſu. in auri. eius. Chriſ. Seorſũ a turba oblatũ ſurdũ & mutum apprehendit. vt diuina miracula non faceret manifeſte. Inſtruens nos vanam gloriam eijcere & tumorem nihil enim eſt ex quo aliquis miracula operetur. ſicut ſi humilitatẽ colat. & modeſtiam ſequatur. Miſit vero digitos in auriculã potens verbo ſanare. vt oſtenderet q diuina virtute dicatũ erat corpus diuinitati vnitũ. & operatio eius. Quia enim propter tranſgreſſionem ade. natura humana multam incurrerat paſſionem ac membrorum & ſenſuum leſionem. veniens chriſtus in ſeipſo perfectionem demonſtrauit humane nature & propter hoc digitis aures aperuit & ſputo loquelam dedit. Vnde ſequitur. Et expu. te. lin. eius. Theophi. Vt ſcilicet oſtenderet q omnia membra ſacri corporis eius diuina exiſtunt & ſancta. ſicut & ſputum quod vinculum lingue diſſoluit. Etenim omne ſputum ſuperfluitas eſt. ſed in domino omnia diuina fuerunt. Sequitur. Et ſuſpitiens in celum ingemuit. & ait. Effeta quod eſt adaperire. Beda. Suſpexit quidem in celum vt inde mutis loquelam. inde auditum ſurdis. inde cũctis infirmãtibus medelã docẽt eſſe querendã. Ingemuit autem. non quia ipſi opus eẽt cũ gemitu aliquid petẽ a patre. qui cũcta petẽtibus donat cũ patre. ſed vt nobis gemẽdi daret exempla. cũ vel pro nris vel pro nrorum erratibus proximorum ſuperne pietatis preſidia inuocamus.

¶ Chris. Simul etiam ingemuit· nostram causam suspiciens in seipso· & nature misertus humane· videns miseriam in quã humanum genus inciderat. ¶ Beda. Quod aũt ait. Effeta .i. adapire. ad aures ꝓprie ptinet. aures eñ ad audiendum apiẽdẽ. Lingua vero vt loqui posset a retinaculis erat sue tarditatis soluenda. Vnde sequit᷑. Et statim aper. sũt au. ei⁹. & solu. ẽ vin. lin. eius & loque. recte. Vbi vtraq; natura vnius & eiusdem Xpi manifeste distincta est. Suspiciẽs quidẽ in celũ. q̃si hõ deũ deprecaturus igemuit. sed mox vno sermone quasi potens diuina maiestate curauit. Sequitur Et pcepit eis ne cui dicerent. ¶ Hier. Per qδ nõ in virtutib⁹ gloriandum esse docuit. sed in cruce & humiliatione. ¶ Chris. Precepit etiam miraculum occultare· ne ante tempus accenderet iudeos ad homicidium· p inuidiam ppetrandũ. ¶ Hier. Ciuitas aũt in monte posita. vndiq; circumspecta abscondi nõ potest· & humilitas semp p̃cedit gloriam. Vnde sequit᷑· Quanto aũt eis p̃cipiebat. tãto magis plus p̃dicabant. ¶ Theophi. Docemur aũt ex hoc cũ alicui bñficia elargimur· minĩe applausus & laudes petẽ. Cũ vero accipimus bñficia bñfactores p̃dicare & laudare ꝗuis nolit. ¶ Aug. de con. euange. Si aũt sciebat eos sicut ille qui notas habebat & p̃sentes & futuras hominũ voluntates. tanto magis p̃dicaturos q̃nto magis ne p̃dicarent. eis p̃cipiebat. vt quid hoc p̃cipiebat. nisi pigris volebat ostendere. q̃nto gaudiosius q̃nto feruentius eum predicare debeant· quibus iubet vt p̃dicent. quando illi qui prohibebantur tacere non poterant. ¶ Glo. ex p̃dicatione autem saluatoꝝ a xp̃o. crescebat admiratio turbarum & confessio beneficiorum xp̃i. Vnde sequit᷑ Et eo ampli⁹ admira. di. Bene oĩa fecit. hoc scilicꝫ surdos fecit audire & mutos loqui. ¶ Hier. Mistice autem Tirus interpretatur angustia. & significat iudeam Cui dñs dicit. Coangustatum est stratum a qua transfert se ad gentes alias. Sidon venatio interpretat᷑ Fera autẽ indomita nostra natio est. & mare. quod fluctuosa volubilitas est. inter medios autem fines decapoleos. quod interpretatur decalogi mandata. Saluator ad saluandas gentes venit. Genus autem humanũ p multa membra. q̃si vn⁹ homo varia peste absũptus enumerat᷑ in ꝓtoplasto. Cecat᷑ dũ male vidit. Surdus fit cũ audit. Obmutescit cum loquit᷑. Deprecant᷑ autem eũ vt imponat illi manũ. quia incarnatũ fore dominum multi iusti & patriarche cupiebant & optabant. ¶ Beda. Vel surdus & mutus est. qui nec aures audiendi verba dei habet. nec os aperit ꝓ loquendis. quales necesse est. vt hĩ qui loqui iam & audire diuina eloquia didicerunt· domino sanandos offerant. ¶ Hiero. Seorsũ autẽ semp a turbulentis cogitationibus. & actibus inordinatis. sermonibus incompositisq; educit᷑. qui sanari meretur. Digiti autem qui in aures mittunt᷑. verba vel dona spiritus sunt. De quo dicit᷑. Digit⁹ dei est hic. Sputũ aũt diuina sapientia est que soluit vinculũ labioꝝ humani generis. vt dicat. Credo in deũ patrẽ omnipo. & reliqua. Suspiciens aũt in celuꝫ ingemuit. i. gemere nos docuit & i celũ thezauros cordis nostri erigere. quia p gemitũ cõpunctionis intime. friuola leticia carnis purgat᷑. a pte sũt aũt aures ad hymnos & cantica & psalmos. Soluit linguam vt eructet verbũ bonũ quod nõ possunt nec verbera cohibere.

¶ Capitulum. viij

In illis dieb⁹ iterũ cũ turba multa esset cũ ihesu. nec haberent qδ manducarent. cõuocatis discipulis. ait illis. Misereoꝛ sup turbã q̃m ã ecce iam triduo sustinẽt me nec habent quod manducent. & si dimisero eos ieiunos in domuꝫ suam deficient in via. Quidam autẽ ex eis delonge venerũt. & respõderũt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panib⁹ in solitudine? Et interrogabat eos Quot panes habetis. Qui dixerũt septẽ. Et p̃cepit turbe discũbere sup terrã. Et accipiẽs septẽ panes gratias agẽs. fregit & dabat discipulis suis vt apponerent. & apposuerũt turbe. Et habebat pisciculos paucos & ipsos bñdixit. & iussit apponi. & mãducauerũt. & saturati sũt. Et sustulerũt qδ superat de fragmẽtis septẽ sportas. Erãt aũt qui mãducauerãt q̃si quatuoꝛ milia. Et dimisit eos ¶ Theo. Postq̃ dñs supi⁹ miraculũ de multiplicatione panũ ppetrasset. nunc iterũ occasione habita cõgruẽti. adducit simile miraculũ opari. Vnde dicit᷑ in illis dieb⁹ iterũ cũ turba multa esset cũ ihesu. nec haberẽt qδ mãdu. con. disci. ait ill'. Misereoꝛ su. tur. q̃m ecce iam triduo susti. me. nec ha. qδ man. Nõ eñ semp circa alimenta miracula faciebat. ne ꝓpt cibũ ipm sequerent᷑. Et nũc igit᷑ hoc miraculũ nõ fecisset nisi quia videbat turb̃ piculũ imminẽ. Vñ sequitur. Et si dimi. eos ie. in do. su. defi. in uia. Quidam eñ ex eis delon. ve. ¶ Beda. Quare triduo sustinent δ longe venientes matheus plenius dicit sic. Et ascendens in montẽ sedebat & accesserũt ad eũ turbe multe. habentes multos infirmos & proiecerunt eos ad pedes eius. & curauit eos. ¶ Theophi. Discipuli adhuc nõ itelligebant nec virtuti eius ꝓpt p̃ora miracula credebãt. Vnde sequit᷑. Et respõderũt ei disci. sui. Vnde istos poteq̄s hic satu. pa. in soli. Ipse autem domin⁹ nõ eos vituperat. ex hoc instruẽs nos q̃ nõ debemus ignoratib⁹ & nõ intelligẽtib⁹ grauit᷑ irasci. ꝫ eoꝝ ignoratie cõpati. Vnde sequit᷑. Et inter. eos Quot pa. ha. Qui dix. vij. ¶ Remigi. super matheũ. Nõ iõ interrogauit q̃ ignoraret quot haberet. ꝫ vt dũ illi rñdent. vij. quo pauciores ẽent. eo magis miraculũ diffamaret᷑. & noti⁹ fiet. Seq̄t᷑. Et p̃ce. turbis. sup terrã. In supioꝛi refectõe sup fenũ discubuisse dicũt᷑. Hic vo sup terrã. Seq̄t᷑. Et acci. vij.

pa· gratias agens fregit. In eo ꝙ gratias egit· no=
bis reliquit exēplum vt de omnibꝫ donis nobis ce
litus collatis illi gratias referamus· Et notandum
quia dominꝰ panes nō dedit turbe· ſed diſcipulis·
diſcipuli autem dederunt turbis. Sequit̃ em̃· Et
dabat diſci. ſu· vt appo· & appo· turbe· Nō ſolū pa=
nes· ſed & piſciculos benedicens iuſſit apponi. Se
quit̃ em̃· Et habe· piſc· pau· & ipſos benedixit· &
iuſſit apponi· Et mādu. · & ſatu· ſūt· ¶ Beda· In
hac ergo lectione conſideranda eſt in vno eodemq̃
redemptore noſtro diſtincta operatio diuinitatis
& humanitatis. Atq̃ euticetis error qui vnam tā
tū in xp̃o operationem dogmatizare preſumit. ꝓcul
a chriſtianis finibꝫ expellendus. Quis em̃ nō vide=
at hoc ꝙ ſup turbam miſeret̃ dominus· affectū eē
& compaſſionem humane fragilitatis· Quod autē
ſeptem panibꝫ & piſciculis paucis· quatuor milia
hominum ſaciant· diuine opus eſſe virtutis. Se=
quit̃ · Et ſuſtu. quod ſupe· de fra· ſeptem ſportas.
¶ Theophi· Turbe comedentes & ſaturate non
ſecū tollunt panū reliquias ſed ipſas diſcipuli ſu=
ſtulerunt. ſicut & ſupius cophinos. Inquo ſecun=
dū hiſtoriam diſcimꝰ· qm̃ oportet nos hijs que ſuf
ficiunt eſſe contētos. & nō querere vltra. Idem nu
merus manducantiū deſcribit̃. cū dicit̃· Erant au
tē q̃ mandu· q̃ſi quatuor milia· & dimi. eos· Vbi
conſiderandū eſt · ꝙ xp̃us neminem ieiunū dimit
tit· omnes em̃ vult ſua gratia enutriri· ¶ Beda·
Hoc vero typice inter hanc refectionem· & illam
quinq̃ panū ac duoꝝ piſtiū diſtat · ꝙ ibi littera
veteris inſtrumenti ſpiritali gratia plena ſignifica
ta eſt· hic aūt veritas & gratia noui teſtamēti fide
libus miniſtranda mōſtrata eſt· Turba autem tri
duo dominū ſuſtinet· ꝓpter ſanationem infirmorū
vt matheus narrat. cū electi in fide ſancte trinita=
tis ꝓ peccatis pſeuerāti inſtantia ſupplicant. Vel
quia ad dominū ſe ope locutōe atq̃ cogitatione cō=
uertūt· ¶ Theophi. Vel p eos qui p triduū expe
ctant· ſignificat baptizatos· Baptiſmus em̃ illu=
minatio dicitur & trina ſubmerſione perficitur ·
¶ Grego. Non vult aūt eos ieiunos dimittere ne
deficiant in via· Oportet em̃ ꝙ in p̃dicatione ver=
bū conſolationis accipiant· ne a veritatis pabulo
ieiuni remanentes in huius vite labore ſuccūbant
¶ Ambro. ſup lucam· Bonꝰ quidā dominus ſtu=
dia exigit· vires miniſtrat· nō vult ieiunos dimit
tere ne deficiāt in via· hoc eſt vel ī iſtius curſu vi
te· vel anteꝗ̃ ad caput vie puemant· ſ· patrem. &
intelligant ꝙ ex patre xp̃s eſt · ne forte cū accepe
rint ꝙ natus ex virgine eſt· incipiant nō dei vir=
tutem. ſed hominis eſtimare· diuidit ergo eſcas do
minus iheſus. & ille quidem vult dare omnibꝫ· ne=
gat nemini· diſpenſator eſt omnium· Sed cum ille
panes frangat & det diſcipulis· ſi tu manꝰ tuas nō
extendas vt accipias tibi eſcas· deficies in via. nec
poteris in eū culpam referre qui miſeret̃ & diuidit
¶ Beda· Qui vero poſt carnis flagitia· poſt fur=
ta· violentias & homicidia· ad penitentiam redeūt
ad dominū & longinquo veniūt. Quanto em̃ quiſq̃
plus in prauo opere errauit. tanto ab omnipotente
deo longius receſſit· Et credētes de gentibꝫ delō=
ge venerunt ad xp̃m · Iudei vero de prope. q̃ legis
& ꝓphetaꝝ erant litteris edocti ex illo. Supra au
tem in refectione quinq̃ panum turba ſup fenū vi
ride diſcūbebant· hic autē ſup terram· quia p ſcrip
turam legis deſideria carnis comprimere iubemur·
In nouo autem teſtamento ipſam quoq̃ terrā ac
facultates tēporales relinquē p̃cipimur· ¶ Theo.
Septem autē panes ſūt ſpiritales ſermones· nam
ſeptenarius numerus ſpiritus ſancti ſignificatiuꝰ
eſt. qui pficit omnia · In ſeptenario em̃ numero
dierum noſtra vita pficitur· ¶ Hiero. Vel ſeptē
panes· dona ſunt ſpiritus ſancti· fragmenta pa=
nū miſtici intellectus ſūt huius ſeptimane. ¶ Be
da· Quod em̃ dominus panes fregit · aptionem ſi=
gnificat ſacramentorum· Quod gratias egit oſten=
dit. q̃ntum de ſalute humani generis congaudeat ·
Quod panes diſcipulis dedit vt turbe apponerent·
ſignificat. quia ſpiritalis dona ſcientie tribuit apo
ſtolis · & per eorum miniſterium voluit eccleſie
ſue vite cibaria diſtribui· ¶ Hiero· Piſciculi bn̄=
dicti· libri ſunt noui teſtamenti· qm̃ piſcis aſſi ptē
dominus reſurgens poſtulat· vel in piſciculis ſan
ctos accipimꝰ quoꝝ ſcriptura noui teſtamenti. fi
dem vitam & paſſiōes continet· qui turbulētis hu
ius ſeculi fluctibus erepti · refectionem nobis
internam exemplo ſuo prebuerunt· ¶ Beda Quod
aūt turb̃ ſaturatis ſupauerat· Apoſtoli tollūt· q̃a
altiora perfectionis precepta que turba nequit at=
tingē· ad illos ptinēt q̃ generalē populi dei cōuerſa=
tiōē trāſcēdūt· & tn̄ turba ſaturata eē memorat̃ · q̃a
& ſi ſua relinq̃re neq̃ant neq̃ explē · q̃d de v̄ginibꝫ
dicit̃ · tn̄ audiēdo mādata legis dei· ad vitā puenī=
unt eternā· ¶ Hier· Septē aūt ſporte· vij. · Ec=
cleſie· Quatuor milia annꝰ eſt noui teſtamēti· cū
q̃tuor tēporibꝫ· Bene etiā q̃tuor milia ſūt· vt ī ipo
numero docerēt euāgelicis ſe paſtos eē cibarijs ·
¶ Theo· Vel quatuor milia ſūt · i· q̃tuor v̄tutibꝫ
pfecti· & ꝓpt̃ hoc veluti fortiores plura comedētes·
pauciora reliquerunt· In iſto enim miraculo. vij·
ſporte remanent · In miraculo autem quinq̃ pa=
nū· xij· cophini· q̃ q̃nq̃ milia erant· i· q̃nq̃ ſenſibꝫ
ſeruiētes· & ꝓpt̃ hoc nō potuerūt comedē· ſ; paucis
cōtēti· multe ſupabūdāt reliquie fragmētoꝝ· textus
¶ Et ſtatim aſcendēs nauim cū diſcipulis ſuis ve=
nit partes dalmanitha· Et exierūt pharisei· & ce=
perūt conquirere cū eo · querentes ab illo ſignū de
celo temptātes eū· Et igemiſcens ſpū · ait· Quid
generatio iſta ſignum querit· Amē dico vobis. Si
dabitur generationi iſti ſignum· Et dimittens eos
aſcendit iterum nauim · & abijt tranſfretum · Et
obliti ſunt panem ſumere· & niſi vnū panem nō ha
bebāt ſecū ī naui· Et p̃cipiebat eis· dicēs. Videte
& cauete a fermēto phariſeoꝝ· & a fermēto herodis

Et cogitabãt ad alterutrũ dicẽtes. q̄ panes nõ ha-
bem⁹. Quo cognito ihesus ait illis. Quid cogitatis
quia panes nõ habetis? non dum cognoſcitis nec
ĩtelligitis adhuc cecatũ habetis cor veſtrũ. oculos
habentes nõ videtis. & aures habentes nõ auditis
marcus hic dicit· Erat autē paſcha & azima poſt biduū· q2 & paſche dies ī azimis panib9 ē celebrari pceptus· Et nos q̄ſi paſcha ppetuū facientes· ſemp ex hoc mundo tranſire precipimur· ¶ Hie· A principibus autem egreſſa eſt iniquitas ī babilone· qui templum & vaſa & ſe purificare ſcd̄m legez ad eſum agni debuerant· Vnde ſequitur· Et querebant ſummi ſacerdotes & ſcribe quomodo eū dolo tenerent & occiderent· Occiſo autem capite· totum corpus inmerue efficitur· vnde miſeri faciūt ꝙ caput moriatur. Vitant autez diem feſtum qui euenit illis· Non enim eſt feſtiuitas hijs qui vitā & miſericordiam perdiderunt· Vnde ſequitur· Dicebant autem· Non in die feſto· ne forte tumultus fieret populi· ¶ Beda· Non quidem metuentes ſeditionem vt ſimplex ſermo demonſtrat· ſed cauentes ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur· ¶ Theo· Ipſe tamen chriſtus tempus ſibi conſtituerat paſſionis· voluit enim in paſchate crucifigi· quia ipſe verum erat paſcha· textus

¶ Et cum eſſet bethanie in domo ſimonis leproſi & recumberet· venit mulier habens alabaſtrum vnguenti· nardi ſpicati precioſi· & fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. Erant autem quidā indigne ferentes intra ſemetipſos dicentes· Vt quid perdicio iſta vnguenti facta eſt? Poterat em̄ vnguentum iſtud venundari pluſq̄ tricentis denarijs & dari pauperibus· & fremebant in eam. Iheſus autem dixit· Sinite eam· Quid illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt in me· ſemp em̄ pauperes habetis vobiſcum. & cum volueritis· poteſtis illis benefacere· me autem non ſemper habebitis· Quod habuit· hoc fecit· Preuenit vngere corpus meum in ſepulturam· Amen dico vobis· Vbicumq; predicatum fuerit euangelium iſtud in vniuerſo mundo· & quod fecit hec narrabitur in memoriam eius. ¶ Beda· Paſſurus dominus pro toto mundo & vniuerſas natōnes ſuo ſanguine redempturus· moratur in bethania ideſt in domo obedientie. Vnde dicitur· Et cum eſſet be. in do. ſi. leproſi & recum· venit mulier ¶ Hieronimus· Hinnulus enī ceruoꝝ ſemper ad lectū ſuū redit· ideſt filius patri obediēs vſq; ad mortem· a nobis obedientiam petit· ¶ Beda· Dicit aūt ſimonis leproſi· non ꝙ illo tempore permaneret· ſed ꝙ antea leproſus· poſtea a ſaluatore mundatus eſt· nomine priſtino permanente· vt virtus curantis appareat ¶ Theo· Quamuis autem quatuor euangeliſte vnguentum mulieris commemorent· non eſt tamē vna· ſed due· vna quidem que deſcribitur a iohanne que ſoror eſt lazari· que ſcilicet ante ſex dies paſche vnxit pedes iheſu· alia vero que a reliquis tribus euangeliſtis deſcribitur· Adhuc autem ſi attendas· inuenies has tres eſſe· A iohanne enim vna deſcribitur· altera vero a luca· a duobus vero reliquis altera· Que enim a luca deſcribitur· meretrix eſſe dicitur in medio predicationis tempore ad iheſum veniſſe· Hec vero que a matheo & marco deſcribitur· dicitur in tempore paſſionis veniſſe non confitentem ſe peccatricem· ¶ Aug9· de cō· euā· Ego aūt nihil aliud intelligēdū arbitror· niſi ꝙ nō aliā q̄ de fuiſſe mulierē· q̄ peccatrix tūc acceſſit ad pedes ihū· ſ; eādē mariā bis hoc feciſſe· ſemel ſcilicet quod lucas narrauit· cū pmo accedens cū humilitate & lachrimis· meruit peccatoꝝ remiſſionem. Nam & hoc iohannes commemorauit cum de lazaro reſuſcitando cepiſſet loqui· anteq̄ veniret in bethaniam· dicens· Maria autez erat que vnxit dominum vngēto & exterſit pedes eius capillis ſuis· cuius frater lazarus infirmabatur· Quod aūt ī bethania rurſus fecit· aliud eſt· quod ad luce narrationē non pertinet· ſed pariter narratur a reliquis tribus· Quod ergo matheus & marcus caput domini vnguento illo perfuſum dicunt· Iohannes aūt pedes· accipiamus non ſolū caput· ſed etiā pedes domini perfudiſſe mulierem· niſi forte quomiā marcus fracto alabaſtro pfuſum caput cōmemorat· tam quiſq̄ calumnioſus eſt· vt in vaſe fracto neget aliquid remanere potuiſſe vn̄ etiam pedes domini perfunderet· Sed religioſius contendet aliquis· non ita fractum eſſe vt totū effunderet· vl' pus accipiat pfuſos pedes anteq̄ illd̄ fractū eēt· vt ī integro remaneret vn̄ etiā caput pfunderet· ¶ Beda· Eſt aūt alabaſtrū gen9 marmoris candidi· varijs coloribꝰ intercincti· qd̄ ad vaſa vnguentaria cauare ſolent· eo ꝙ optime ſeruare ea incorrupta dicat'. Nard9 vō ē frutex aromaticus grādi vt aiūt & craſſa radice· ſed breui ac nig fragiliq;· Quāuis aūt pinguis ſit· tn̄ redolet vt cipſſus aſpero ſapore· folio paruo deſoq; cui9 cacumia ī ariſtas ſe ſpargūt· Ideoq; gemina dote pigmētarij nardi ſpicas ac folia celebrāt· Et hoc ē qd̄ ait mac9· vnguēti nardi ſpicati pcioſi· q2 videlicz vnguētū illud qd̄ attulit maria dn̄o· nō ſolū de radice cōfectū ē nardi· verꝫ etiā quo pcioſi9 eſſet· ſpicaꝝ q̄s folioꝝ eius adiectione odoris ac virtutis illi9 erat accumulata gcia. ¶ Theo· Vel ſic ī greco dr̄· Nardi piſtici· i· fidelis· eo ꝙ vnguētū nardi erat abſq; dolo cū fide cōfectū· ¶ Aug9· de cō· euā· Pōt aūt videri cōtrariū· ꝙ mathe9 & mar· poſtea q̄ dixerūt paſcha & biduū· deinde cōmemorauerūt ꝙ erat ihūs ī bethania· vbi de illo pcioſo vnguēto dr̄ Iohānes aūt an̄ ſex dies paſche dicit ihm veniſſe in bethaniā· de eodē vnguēto narratur9· Sꝫ q̄ ita mouēt· nō itelligūt matheū & marcū illd̄ qd̄ ī bethania de vnguēto factū erat· n̄ poſt illā pdicatōnē de biduo· ſ; adhuc cū ſex dies eēnt an̄ paſcha· recapitulādo poſuiſſe ¶ Hiero· Miſtice aūt ſimō leproſus mūdū ifidelē pmo· & poſtea fidelē ſignificat· Mulier aūt cū alabaſtro eccīaſticā fidē· q̄ dicit nardus mea dedit odorē ſuū· piſtica nardis dī· i· miſtica & pcioſa· Dom9 ipleta odoē celū & t'ra ē· fractū alabaſtꝝ· cānale deſideriū ē· qd̄ frāgit' ad caput ex q̄ oē corp9 cōpaginatū ē· recūbēte ipo· i· hūiliāte ſe· vt

eum tangeret fides peccatricis · q̃ de pedibꝰ aſcendit ad caput · & ad pedes a capite deſcendit per fidē id eſt ad chriſtū & ad membra eius · Sequit̃ · Erat autem quidam indigne ferentes intra ſemetipſos dicentes · vt quid perditio iſta? Per ſinodochen dr̃ vnus pro multis & multa pro vno · Perditus eñ iudas · de ſalute perditionem inuenit · & ī vite fructifera mortis laqueus naſcitur · Sub pretextu autem auaritie miſterium fidei loquitur · Etenim noſtra fides · trecentis emitur denarijs in decē ſenſibus interiorībꝰ ſcilicet & exteriorībꝰ ſcilicet per corpus & animam & ſpiritū triplicatis · ¶ Beda · Quod autem dicit · Et fremuerunt ī eam · nequaq̃ debemus de diligentibꝰ chriſtū apoſtolis dictum credere · ſed de iuda potius ſub numero plurali · ¶ Theophi · Vel conuenienter videtur innui q̄ diſcipuli plures mulierem arguerunt · eo q̄ ſepe chriſtū audierant de elemoſina docentem · Iudas vero nō eadem intentione indigne tulit · ſed ꝓpter amorem pecunie & turpe lucrū · Vnde & iohānes ipm̄ ſolū cōmemorat tanq̄ fraudulenta ītentione mulierem arguentem · Dicit autem · Et fre · in eam id eſt moleſti erant ei exprobrantes & iniurias inferentes · Arguit autem dominus diſcipulos eo q̄ deſiderium impediunt mulieris · Vnde ſequitur · Ihesus autem dixit · Sinite eam · quid illi moleſti eſtis? Poſtq̄ enim munus obtulerat · illam per obprobria peruertebant · ¶ Origenes · Doluerūt eñ de perditione vnguenti · quod poterat venundari multo precio & dari pauperibꝰ · tamen nō debebat fieri hoc · q2 conueniens erat · vt ſuper caput chriſti funderetur ſancta & decenti infuſione · Vnde ſeq̄t Bonū opus operata eſt in me · Vſq; adeo autem efficax eſt laus huiꝰ operis boni · vt exhortet̃ nos omnes · odoriferis & precioſis operibꝰ implere dñi caput · vt de nobis dicatur · q2 bonū opus fecimꝰ ſup caput chriſti · q2 ſemp quidem habemus q̄diu in hac vita ſumus paupes nobiſcū · & opus habētes cura eoꝝ · qui profecerunt in verbo & diuites facti ſunt in ſapientia dei · Non aūt poſſunt ſufficere vt ſemp diebꝰ & noctibꝰ habeant ſecū filiū dei id eſt verbū & ſapientiā dei · Sequit̃ · n · Semp eñ paupes habebitis vobiſcū & cū volueritis poteſtis illis benefacere · Me autem non ſemp habebitis · ¶ Beda · Mihi quidē videt̃ ī hoc loco de preſentia corporali locutus · q̄ nequaq̄ cū eis ita futurus ſit poſt reſurrectionē · quō tunc in omni cōuictu & familiaritate · ¶ Hieroni · Dicit etiā · Bonum opus opata eſt in me · quia qui credit in deū · reputat̃ ei ad iuſticiā · Aliud ē eñ credere ei · & aliud credere in eū id eſt totū ejcere te in illū · Sequit̃ · Quod habuit id eſt q̄d potuit · hoc fecit · Preuenit vngere corpus meū in ſepulturā · ¶ Beda · Quaſi · d · Vos putatis pditōnē eſſe vnguenti · officiū ſepulture eſt · ¶ Theo · Preuenit eñ q̄ſi a deo ducta vngere corpus meū ī ſignū ſepulture future ī quo proditorē cōfundit · ac ſi ei diceret · Qua cōſcientia mulierem confundis · que in ſepulturam corpus meum vngit teipm̄ vero non cōfundis · qui me in mortē trades? Prophetizat aūt dñs cōſequenter duas prophetias · ſcȝ q̄ euangeliū eius predicabitur in vniuerſo mundo · & q̄ opus mulieris laudabit̃ · Vñ ſeq̄tur Amen dico vobis · vbicūq; p̄dicatū fu · ¶ Beda · Notandū aūt q̄ ſicut maria gloriā adepta ē in toto orbe de obſequio q̄d domino exhibuit · ita ecōuerſo ille qui obſequio eius detrahere non timuit · longe lateq; īfamatus eſt · Sȝ dñꝰ bonū laude digna remunerās futuras impij cōtumelias tacēdo p̄terijt ·

¶ Et iudas ſcariothes vnꝰ de duodecim · abijt ad ſummos ſacerdotes vt ꝓderet eū illis · Qui audiētes gauiſi ſunt · & ꝓmiſerūt ei pecuniā ſe daturos & q̄rebat quō illū oportune traderet · ¶ Beda · Infelix iudas damnū q̄d ex effuſione vnguēti feciſſe credebat · vult magiſtri p̄cio cōpenſare · Vnde dr̃ · Et iu · ſca · vnus de du · abijt ad ſum · ſa · vt ꝓderet eū illis · ¶ Chriſ · in ſer · de paſſi · Quid mihi eius patriā dicis? vtinā ipm̄ q̄s neſcire licuiſſet · Sed alter erat diſcipulus qui iudas iacobi zelotes vocabat̃ · & ne appellatōne cognominis fiat cōfuſio pſonarū · ꝓpterea hunc ab illo ſeparauit · Nō aūt dixit iudas pditor · vt doceat detractiones neſcire · & accuſationes declinare · Quod aūt dicit · vnus de · xij · auget de teſtabilitatem ꝓditoris · Nā & alij diſcipuli erant · qui fuerant numero · lxx · ſed illi non ītimi · nō tanta cōfidentia ſotiati ſunt · Iſti aūt · xij · fuerunt cōprobati · hec erat caterua legalis de qua ꝓditor malignus exiuit · ¶ Hiero · Vnus tamen erat de · xij · numero · non vnus merito · vnꝰ corpore · non vnus animo · Abijt autem ad principes poſtq̄ exijt & intrauit in eū ſathanas · Vnūq̄d q̄s animal ad ſimile ſibi iungitur · ¶ Beda · Quod aūt dixit · Abijt · oſtendit eū nō a principibꝰ inuitatū · non vlla neceſſitate conſtrictū · ſed ſponte propria ſcelerate mentis iniſſe cōſiliū · ¶ Theo · Dicit aūt vt ꝓderet eū illis · id eſt vt annunciaret illis · qñ ſolus exiſteret · Timebant aūt in eū irruere quando docebat ꝓpter turbā · ¶ Hieroni · Promittit aūt ſe tradere vt mgr̄ eius diabolus añ dicebat · tibi dabo p̄tatem hanc vniuerſam · Seq̄t̃ · Qui audiētes gauiſi ſunt · & ꝓmi ei pe · ſe da · Promittūt quidē pecuniā · & amittūt vitā quā ipſe recipit cū vitam amittit · ¶ Chriſ · in ſer · de paſſi · O demētiā imo cupiditatē pditoris · Cuncta eñ mala cupiditas ꝓcreauit · Nā cupiditas captas aīas retinet & oībꝰ modꝭ alligatas ꝯſtringit · & reꝝ obliuionē īponit · & alienatoēꝫ mētis oñdit · Ab hac iudas captiuus cupiditatis īſania · ꝯuerſatōis mēſe · diſcipulatus · admonitōis · ſuaſiōis · oblitus ē · Nā ſeq̄t̃ · Et q̄rebat quō eū oportune tradet · ¶ Hie · Sȝ oportunitas doli nūq̄ inuenit̃ vt ñ videcet̃ h aut illic ¶ Beda · Multi hodie ſcelꝰ iude · q̄ dñm ac mgr̄m deūq̄ ſuū pecunia · vēdiderit · velut immane & nephariū exhorrent · nec tñ cauent · nā cum pro muneribus

caritatis & veritatis iura ſpernūt · deū qui eſt cari
tas & veritas ꝑdūt. Sequit̄ textꝰ

¶ Et pmo die azimoꝝ qñ paſcha imolabāt. dicūt
ei diſcipuli · Quouis eam? & parem? tibi vt mā-
duces paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis.
& dicit eis. Ite in ciuitatē. & occurret vobis hō la
genam aque baiulās. Sequimini eum & quocūq̄
introierit · dicite dño dom?. qz magiſter dicit Vbi
eſt refectio mea · vbi paſcha cum diſcipulis meis
manducē? Et ipſe vobis demōſtrabit cenaculū gran
de ſtratū · illic parate nobis. Et abierūt diſcipuli ei
us & venerūt in ciuitatē. & inuenerūt ſicut dixerat
illis · & parauerūt paſcha ¶ Chriſoſtom? in ſmo
ne de paſ. Quādo iudas de tradicōne tractabat. alij
diſcipuli ſūt de ꝑparacōne paſche ſolliciti · Vnde
dicit̄. Et pmo die aziōꝝ qñ paſcha · im. di. ei diſci
puli · Quouis eamus. & parem? tibi com. paſcha?
¶ Beda. Primū diem azimoꝝ. xiiij. diem pmi mē
ſis appellat. quando fermēto abiecto imolare. id eſt
agnum occidere ſolebāt ad veſperā · qđ exponens
apoſtolus ait · Paſcha noſtꝝ immolat? eſt xp̄s.
qui licet die ſequenti id eſt · xv. luna ſit crucifixus
attamen nocte qua agnus immolabat̄ · & corpis
ſanguiniſq̄ ſui tradēs miſteria celebrāda & a iude
is tentus ac ligatus · ipſius immolatōnis · hoc eſt
paſſionis ſue ſacrauit exordiū. ¶ Hieronimus · azi
ma vero q̄ cū amaritudine id eſt lactucis agreſtibꝰ
māducāt̄ · redemtō nr̄a eſt · amaritudo vero paſſio
dñi · ¶ Theo · Ex hoc autē ꝙ dicūt diſcipuli · Quo
uis eamus manifeſte videt̄. ꝙ xp̄s hoſpiciū aliqđ
nō habebat ſ; neq̄ diſcpuli ꝓpas domos. Si eñ ha
buiſſent · duxiſſent eū ad illas ¶ Hiero · Dicūt etiā
Quouis eamus? vt cū volūtate dei dirigam? greſ
ſus noſtros. Domin? aūt indicat cū q̄ māducat pa
ſcha. & more ſuo mittit duos · qđ ſup ex poſuim?.
Vnde ſequit̄ · Et mittit duos ex diſcipulis ſuis &
di. eis. Ite i ciui · ¶ Theo · Mittit qđē ex diſci. ſu.
petꝝ ſcilicet & iohāmē vt lucas dicit ad ignotum
hominē · innuēs ex hoc ꝙ poſſet nō pati · Nā q̄ mē
tem ignoti nouit vt ipſos recipet. qđ nō oparet̄ in
alijs? · Dat etiā eis ſignū vt domū ſcilicet inueni-
rēt · cū ſubdit. Et occurret vobis hō la. aq̄ baiulās
¶ Auguſtin? de cō. euā. Marc? lagenā dicit q̄m
lucas amphorā. ille vaſis genus. iſte modū ſignifi
cauit · vterq̄ veritatē ſentēcie cuſtodiuit. ¶ Beda
Indiciū aūt pſencie diuinitatis ē. ꝙ cū diſcipulis
loquēs qđ alibi futuꝝ ſit nouit · Vnde ſequit̄ · Et
abi. diſci. eius & ve. in ciui. & inue. ſicut dix. illis
& pa. paſc. ¶ Criſoſtom? . i ſ. de paſſi · Nō illud
qđ noſtrū. ſ; interim iudeoꝝ illud autē qđ noſtꝝ ē
nō ſolū cōſtituit. ſ; ipſe fact? ē paſcha. Sed & cur
illud māducauit · qz fact? ē ſub lege vt eos q̄ ſub
lege erāt redimeret & ipſi legi reqē daret & vt nemo
dicat ꝙ ideo eā euacuauerit. qz eā implere vt mo-
leſtā & arduā nō valuit. ipſe p? eā compleuit · &
ſic fecit eā requieſcere ¶ Hiero. Miſtice aūt ciui-
tas eccleſia ē q̄ muro fidei cingit̄. hō occurrens. po
pulus primitiuus eſt. amphora aque. lex littere.
¶ Beda. Vel aqua · lauacrū grece · lagena fragili
tatē deſignat eoꝝ per quos eadē erat gracia mūdo
monſtrāda ¶ Theo. Lagenā aque portat q̄ bapti-
zatus eſt · q̄ aūt baptiſma baiulat · venit ad requiē
ſecūdū racōnem viuens. & ſicut in domo reqe potit̄
vñ ſubdit. Sequimini eū · ¶ Hiero · Qui ſcilicet
ducit in altū vbi ē refectio xp̄i domin? dom? petr?
apoſtol? eſt. cui domin? domū ſuā credidit · vt ſit
vna fides ſub vno paſtore. Cenaculū grāde eccleſia
magna eſt. in qua narrat̄ nomē domini ſtrata va
rietate vtutū & linguaꝝ. ¶ Beda. Vel cenaculū
magnū ſpiritalit̄ lex eſt. q̄ de anguſtijs littere e-
grediēs & ſublimi loco. i. in alto ſolario recipit ſal
uatorē. Cōſulte autē ſiue aquebaiuli ſiue domini do
m? ſūt ṗt miſſa vocabula · vt omnibꝰ veꝝ paſcha
celebrare volētibꝰ. hoc eſt xp̄i ſacm̄tis imbui · eūq̄
ſue mētis hoſpitō ſuſcipere qrētibꝰ. facultas danda
ſignet̄ ¶ Theo · Vel domin? dom? intellectus eſt
qui oſtēdit cenaculū grande. id eſt altitudinē itel
ligēciaꝝ · Quod etſi altū ſit · tamē nihil habet vane
glorie & tumoris. ſed ſternitur & planū fit humi
litate. Ibi autē id eſt in tali mēte paſcha xp̄o pat̄ ·
a petro ſcilicet & iohāme id eſt ab actione & con
templacione. Sequitur textus

¶ Veſpere aūt facto venit cū duodecim. Et diſcū
bētibꝰ eis & māducantibꝰ · ait iheſus · Amen dico
vobis quia vn? ex vobis me tradet qui manducat
mecū · At illi ceperūt contriſtari & dicere ei ſigilla
tim · Nūqđ ego? Et ait illis. vn? ex duodecim qui
intingit mecū manū in catino · Et filius qđē hoīs
vadit ſicut ſcriptuꝝ ē de eo. ve autem homini illi p
quē filius hominis tradet̄ · Bonū erat ei ſi nō eſſet
natus hō ille. ¶ Beda. Dominus qui de ſua paſſio
ne ꝑdixerat · etiam de ꝑditore ꝑdicit. dans locū pe
nitencie · vt cū intellexiſſet ſciri cogitacōnes ſuas.
peniteret eū facti ſui. Vnde dicit̄ Veſpere autē fa
cto venit cū xij. & diſcū. eis & mā. ait iheſus Am
en dico vobis quia vn? ex vobis me tradet. qui mā
ducat mecū ¶ Chriſ. in ſer. de paſſi. Vbi patet ꝙ
non aperte eū omnibꝰ publicabat ne impudētōrem
eū faceret. nec etiā penit? ſilentō pteribat. ne cela-
ri arbitratus · audacter ad ꝑditionem ꝑpararet ·
¶ Theo · Sed quomō diſcūbētes cenabant · cum
lex preciperet ꝙ ſtantes erecti deberent paſcha
comedere · Probabile autem eſt · prius eos adim
pleſſe paſcha legale. deinde diſcubuiſſe. incipien-
te eo proprium tradere paſcha ¶ Hieronimus
Veſpera autem diei veſperam indicat mundi ·
Circa vndecimam namq̄ horam veniunt noui-
ſſimi · qui primi denarium eterne vite accipiūt
Omnes igitur diſcipuli tanguntur a domino. vt
fiat harmonia cithare · omnes nerui bene ſuſpē
ſi conſona voce reſpondent · Nam ſequitur · At
illi ceperūt contriſtari · & dicere ei ſigillatim ·
Nunquid ego · Vn? autem remiſſus & pecunie

amore madefactus. dixit. Nunquid ego ſũ rabi? ſi
cut in matheo legitur. Theophilus. Ceperũt au
tem alii diſcipuli contriſtari propter domini verbũ
Nam et ſi extra hanc exiſteret paſſionem. magis
tamẽ credũt illi qui omniũ novit corda quam ſibi
Sequitur. Qui ait illis unus ex duodecim qui intin
git mecũ manum in catino. Beda. Judas ſcilicet
qui ceteris contriſtatis et retrahentibus manum. cũ
magiſtro manum mittit in catinum. Et qui prius
dixerat. Unus ex vobis me tradet. perſeverat proditor
in malo. manifeſtius arguit. et tamen nomen propriũ
non deſignat. Hieronimus. dicit autem. unus
de duodecim quaſi ab eis ſeparatus. Separat enim ſeor
ſũ lupus ovem quam capit. Ovis que de ovili
egreditur. lupi morſibus patet. Judas autem nec
primo nec ſecũdo correptus a proditione retrahit pedẽ
Unde pena predicitur. ut quem pudor non vicerat.
corrigant denunciata ſupplicia. Et hoc eſt quod ſub
ditur. Et fi. quidẽ ho. va. ſicut ſcriptum eſt de eo.
Theophilus. Per hoc quod dicitur vadit. oſtendi
tur quod mors xpi. fuit voluntaria et non neceſſaria.
Hieronimus. Sed quia multi bonũ ut iudas faci
unt. ſed omnino illis non proficit. recte ſubditur. Ve
autem homini illi per quem fi. ho. tradetur. Beda.
Sed et hodie et quotidie in ſempiternum ve illi homini.
qui ad menſam domini malignus accedit. Etenim
ille in exemplũ iude filiũ hominis tradit. non quidẽ
iudeis peccatoribus. ſed tamen peccatoribus membris ſuis.
Sequitur. Bonum erat ei ſi non eſſet natus homo ille
Hieronimus. Scilicet intimo latens utero matris
no. melius ei eſt non eſſe quam ad tormenta eſſe.
Theophi. Quantũ enim ex fine. melius fuiſſet
ei quod eſſet. ſi non proditor exiſteret. Nam deus fecit ip
ſũ ad opera bona. ſed poſtquam ad tantam devenit maliciã.
melius fuiſſet ei ſi natus non fuiſſet. Textus

Et manducantibus illis. accepit iheſus panem.
et benedicens fregit. et dedit eis. et ait. Sumite.
hoc eſt corpus meũ. Et accepto calice gracias agens
dedit eis. et biberũt ex illo omnes. et ait illis. hic
eſt ſanguis meus novi teſtamẽti qui pro multis effũ
detur. Amen dico vobis quia iam nõ bibam de genimine
vitis uſque in diem illũ cũ illud bibam novũ in reg
no dei. Beda. Finitis paſce veteris ſolemniis tranſiit
ad novũ. ut ſcilicet pro carne agni ac ſanguine. ſui cor
poris ſanguiniſque ſacramentum ſubſtitueret. Unde
dicitur. Et man. illis acce. iheſus panẽ. ut ſcilicet
ipſũ ſe eſſe monſtraret. cui iuravit dominus. Tu
es ſacerdos in eternũ ſecũdum ordinẽ melchiſedech.
Sequitur. Et bene. fre. Theophil. Id eſt gracias
agẽs fregit. quod et nos facimus orationes ſuperadden
tes. Beda. Frangit etiam ipſe panem quem diſci
pulis porrigit. ut oſtendat corporis ſui fractionem
non abſque ſua ſponte vel procuratione futurã. que
etiam benedixit. quia naturã humanã quam paſſu
rus aſſumpſit. ipſe una cũ patre et ſpiritu ſancto.
gracia divine virtutis implevit. Benedixit panem
ac fregit. quia hominem aſſumptũ ita morti ſubdere

dignatus eſt. ut ei divine immortalitatis ineſſe po
tenciam demonſtraret. Ideoque velocius eum a mor
te reſuſcitandũ eſſe doceret. Sequitur. Et dedit eis. et
ait. Sumite. hoc eſt corpus meũ. Theophilus.
Hoc ſcilicet quod nũc do. et quod nũc ſumitis. Non autẽ
panis figura tantũ corporis xpi eſt. ſed in propriũ xpi
corpus tranſmutatur. Nam dominus ait. Panis quem
ego dabo caro mea eſt. Sed tamẽ caro xpi nõ vide
tur propter nram infirmitatẽ. panis enim et vinũ de noſtra
conſuetudine eſt. Si vero carnẽ et ſanguinẽ cerne
remus. ſumere non ſuſtineremus. Propter hoc do
minus noſtre infirmitati condeſcendens. ſpecies panis
et vini conſervat. ſed panem et vinũ in veritatem
convertit carnis et ſanguinis. Chriſoſto. in ſer. de
paſſi. Et nũc etiam ille preſto eſt xps. qui illam
ornavit menſam. ipſe iſtam quoque conſecrat. Non enim homo
eſt qui propoſita corpus criſti facit et ſanguinem
ſed ille qui pro nobis crucifixus eſt xps. ſacerdotis
ore verba proferũtur et dei virtute conſecrantur et gracia
hoc verbo quod dicit Hoc eſt corpus meũ. propoſita con
ſecratur et ſicut illa vox que dicit. Creſcite et mul
tiplicamini et implete terrã ſemel quidẽ dicta eſt.
ſed omni tempore ſentit effectũ ad generationẽ ope
rante natura. ita et vox iſta ſemel quidẽ dicta eſt.
ſed per omnes menſas eccleſie uſque in hodiernũ diẽ
et uſque ad eius adventũ preſtat ſacrificio firmitatem.
Hieronimus. Miſtice autem in pane tranſfigurat
dominus corpus ſuũ. quod eſt eccleſia preſens. que ac
cipitur in fide. benedicitur in numero. frangitur in
paſſionibus. datur in exemplis. ſumitur in doctrinis
formatur in ſanguinem ſuũ in calice vino et aqua
commixtũ. ut alio purgemur a culpis. alio redima
mur a penis. Sanguine namque agni ſervantur domus
a percuſſione angeli. et aqua maris rubri extinguũt ini
mici que ſũt miſteria eccleſie xpi. Unde ſequitur.
Et acci. ca. gracias agens de. eis. Gracia enim et nõ
meritis ſalvati ſumus a deo. Gregorius. ii. mo
ra. Cum appropinquaret etiam paſſioni accepto pane
gracias egiſſe perhibetur. gracias itaque egit qui fla
gella aliene iniquitatis ſuſcepit. Et qui nil percuſſi
one dignum exhibuit humiliter in paſſione benedi
cit. ut hinc oſtendat quid unuſquiſque in flagello
culpe facere debeat. ſi ipſe equanimiter flagella
culpe portat aliene. Ut hinc etiam oſtendat quid
in correctione faciat ſubditus. ſi in flagello po
ſitus patri gracias egit equalis. Beda. Quia et
nos in chriſto et in nobis xpm manere oportet.
vinum dominici calicis aqua miſcetur. Atteſtan
te enim iohanne aque populi ſunt. et neque aquã
ſolam neque ſolum vinum cuique licet offerre. ne
talis oblatio. caput a membris ſecernendum eſſe
ſignificet. Et vel criſtum ſine noſtre redemptio
nis amore pati potuiſſe. vel nos ſine illius paſ
ſione ſalvari ac pati poſſe offerri contingat. Se
quitur. Et biberunt ex illo omnes. Hieroni
mus. Ebrietas felix. ſacietas ſalutaris. que quã
to copioſius ſumitur. tanto ſobrietatem mentis

donare dignatur ¶ Theoph il· Quidam autem di
cūt iudam miſteriorum non fuiſſe participem. ſed
ꝙ exiuerit anteꝙ̃ domin⁹ miſteria largiretur· Alij
etiam dicunt ꝙ illi tradidit de illo miſterio. ¶ Cri
ſoſtomus in ſer· de pa. Criſtus enim ſanguinē ei
qui eū vēdidit offerebat· vt haberet remiſſionem
peccatorū ſi tamē impi⁹ exiſtere noluiſſet· ¶ Hie
ronim⁹· Bibit ergo iudas· ſed non ſaturatus· nec
ſitim extinguit ignis eterni ·quia in igne ſummit
miſteria xp̄i· cuius ſacrificiū non emundat · Sed
eos cogitatō iſipiens perducit adculpas. qui ſe ſce
noſis crudelitatis fetoribꝫ miſcuerūt ¶ Chriſoſto-
mus· in ſer· de paſſi· Nullus ergo ſit iudas in domi
ni mēſa· hoc ſacrificiū cibꝫ ſpiritalis eſt· Nam ſicut
corpalis cibꝫ cum ventrē inuenerit aduerſis humo
ribꝫ occupari· āplius ledit. ita ē & iſte ſpiritalis
cibus· ſi aliquem reperit malignitate pollutum·
magis eum perdit non ſua natura · ſed accipi-
entis vicio Pura igitur ſit mens in omnibꝫ· pu
ra cogitatō quia & ſacrificiū purum eſt· Sequi-
tur· Et ait illis. hic eſt ſan· meus noui teſtamenti
¶ Beda· hoc ad diſtinctionē recipit veteris teſta-
menti· qd hircorū & uitulorū eſt ſanguine dedica-
tū· dn̄te inter aſpergentē legiſlatorem. hic eſt ſang
uis teſtamenti qd mandauit ad nos deus· Sequit
Qui pro mul. effundetur· ¶ Hieroīmus· Non. n.
omnes emundat. Sequit· Amen dico vobis ꝙ iā
non bi. ex hoc geni· ui· uſqꝫ in diem illū cū illud bi
no· in regno dei. ¶ Theo· Quaſi· d· Non bibam de
vino vſqꝫ ad reſurrectionē. regnum enim reſurre-
ctionē vocat· quaſi tunc regnauerit contra mortē.
Poſt reſurrectionem vero bibit cum diſcipulis &
comedit· oſtendens ꝙ idem ipſe eſſet. qui paſſus eſt
Nouum autem bibit illud. id eſt nouo quodam mo
do & alieno· Non enim corpus habebat paſſibile in
dig ns cibo· ſed immortale & incorruptibile· Intel
ligendum eſt autem & ſic· Vitis eſt ipſe domin⁹.
genimen vitis miſteria & intellectus occult⁹· quē
ipſe generat· qui docet hominem ſcientiam· In reg
no autem dei · ideſt in futuro ſeculo bibet cum ſuis
diſcipulis miſteria & ſapienciā· noua quedā nos
docens & reuelans q̃ nunc occultat· ¶ Beda· Vel
aliter· Vitem ſiue vineam domini appellatam eſſe
ſinagogam eſaias teſtat᷑. dicēs· Vinea domini ſa
baoth domus iſrahel eſt. Iturus ergo dominus ad
paſſionem· ait· Iam non bibam de ge· ui· Ac ſi ap
te dicat· nō vltra carnalibꝫ ſinagoge cerimonijs de
lectabor· in quibꝫ etiam iſta paſchalis agni ſacra.
locum tenuere p̃cipuū· Aderit enim tempus mee
reſurrectioīs· aderit dies illa cū ī regno dei poſitus
ideſt gloria vite immortalis ſublimatus. de ſa-
lute eiuſdē populi fonte g̃cie ſpiritalis regnanti vo
biſcū gaudio perfundar· ¶ Hieroninus. Conſide
randū autem ꝙ hic domin⁹ mutat tantū ſacrifici
um· ſed nō mutat temp⁹· vt nos nūꝙ̃ cenā domini
ante quartādecimā lunā faciam⁹· qui facit in xiiij
reſurrectionē· ī xj· lu na cenā domini faciet· qd nū

quam in veteri teſtamēto nec in nouo factū eſt

¶ Et ymno dicto exierūt in montem oliuaꝝ · Et
ait illis ihesus · Omnes ſcandalizabimini in me in
nocte iſta· quia ſcriptū eſt· Percuciam paſtorem
& diſpergent᷑ oues gregis · Sed poſtꝙ̃ ſurrexero
p̃cedam vos in galileā. Petrus autē ait ei· Et ſi
omnes ſcandalizati fuerint· ſed non ego· Et ait illi
ihesus· Amen dico tibi. in nocte hac p̄us ꝙ̃ gallus
bis vocē dederit · ter me es negatur⁹ · At ille am-
pli⁹ loquebatur. Et ſi oportuerit me ſimul commo
ri tecū non te negabo Similit᷑ autē omēs dicebāt·
¶ Hilarius. Sicut g̃cias egerunt anteꝙ̃ biberēt·
ita etiā g̃cias agūt & poſtꝙ̃ biberūt · Vnde dici
tur· Et ymno dicto exi· in mon. oli. vt ſcilicet ad-
diſcas & ante cibū & poſt cibum graciarū reddere
actiones. ¶ Hieronim⁹. Hymnum enim dicit lau
dē domini vt eſt ī pſalmo· Edent pau. & ſa. & lau·
do· qui req. eum. Et adorauerūt & manducauerūt
omnes pingues terre· ¶ Theo . Simul etiam &
hic oſtendit qd amplectibile erat ſibi ꝑ nobis mo
ri · quia cū tradēdus erat· deū laudare dignatus ē.
Docet etiam nos cum in anguſtias incidim⁹ ꝑt
multorum ſalutem non contriſtari . ſed deo g̃cias
agere qui in noſtra tribulatione operatur multoꝝ
ſalutem· ¶ Beda Poteſt etiā ymnus ille intelligi
quem domin⁹ ſecūdū iohannē patri gracias agēs
decantabat· In quo & pro ſeipō & pro diſcipulis
& pro eis qui ꝑ verbū ipſoꝝ credituri erāt· eleua-
tis ſurſū oculis precabatur · ¶ Theophilus· Exi-
uit autem in montem vt ad eū ſolitarium exiſtētē
exeūtes· ipſū caperēt abſqꝫ tumultu· Si enim ac
ceſſiſſent cū in ciuitate manebat· forte fuiſſet multi
tudo populi conturbata. & tunc manifeſte occaſio-
nem inimici captantes ·viderent᷑ iuſte interficere
tanꝙ̃ populū concitantē· ¶ Beda . Pulchre etiā
domin⁹ diſcipulos ſac̄mentis imbutos in montem
educit oliuaꝝ· vt tipice deſignet nos per acceptō-
nem ſac̄mentorū· ad alciora v̂tutū dona & chriſma-
ta ſancti ſpiritus quibꝫ in corde perungamur· aſcē-
dere debere ¶ Hieronimus· In monte etiam oliue
ti ihesus tenetur. vnde ad celos aſcēdit vt nos ſcia
mus quia inde aſcēdim⁹ ad celos ·vnde vigilam⁹
& oramus & ligamur nec repugnam⁹ in terra·
¶ Beda · Predicit autem dominus diſcipulis q̄d
paſſuri ſūt vt cū paſſi fuerint. nō deſperēt ſalutem.
ſed agentes penitenciam liberentur . Vnde ſequi
tur Et ait illis ihesus · omnes ſcandaliſabimini in
me in nocte iſta · ¶ Hieronimus· Omnes quidē
cadunt . ſed non omnes iacent . Nunquid enim q̃
dormit nō adiciet vt reſurgat: Carnale eſt cadere
ſed diabolicū ē iacere · ¶ Theophilus . Permiſit
autem eos dominus cadere . vt non in ſeipſis con-
fidant· & ne videretur hoc quod predixerat ex quo
dam argumento apparenti predixiſſe · īducit teſti
monium zacharie prophete· Vnde ſequitur· percu
ciam paſtorem & diſpergentur oues gregis ¶ He

da · Hoc alijs verbis i zacharia ꝓpheta scritpum est & ex persona prophete ad dominum dicitur · percute pastorem & dispergentur oues · ꝓpheta enim postulat passionem domini · pater rn̄det · pcu ciam pastorē · pcibꝰ inferioꝝ · filiꝰ a patre mittitꝰ · & pcutitur idest incarnatꝰ & patitur · ¶ Theophi lus · Dicit autem pater percuciam pastorē · quia ipsū percuti dimisit · Oues discipulos dicit quasi innocētes & quasi absq; malicia · Vltimo cōsolatō nem īducit dicens · Sed postq̄ resurrexero · pcedā vos in galileam · ¶ Hieronimus · In quo vera ꝓ mittitur resurrectio · vt spes non extinguatur · pe trus autem ait ei · Et si omnes scan · fu · sed nō ego Ecce auis sine penis in altū volare nititur · sed cor pus agguat animam vt timore humane mortis · ti mor dn̄i superet · ¶ Beda · Et petrus ergo de ardorē fidei ꝓmittebat · & saluator quasi deus futura noue rat · Vnde sequitur · Et ait illi ihesus · Amen dico tibi in nocte hac priusq̄ gallus bis vo · de · ter me es negaturus · ¶ Augustinus · de cō · euan · Cum om nes euangeliste dicāt predixisse dn̄m · q eū petrꝰ esset negaturus anteq̄ gallꝰ cantaret · Marcus hoc solum narrauit expssiꝰ · Vnde nōnullis videtꝰ nō cōgruere ceteris quia parꝝ attendūt · Tota eīm pe tri negatō trina est · que si tota post pmū gallicātū incipet · falsū dixisse viderentꝰ tres alij euangeliste q scilicet anteq̄ gallus cantaret · ter eum esset ne gaturꝰ · Rursus si totam trinam negatōnem ante peregisset q̄ cantare gallꝰ incipet superfluo dixis set marcus ex psona domini · Priusq̄ gallus bis vocem dederit · ter me negaturus es · Sed quia āte pmū gallicantū cepta est illa trina negatō · atten derūt illi tres non quādo eam completurus esset pe trus · sed quāta futura esset · idest trina · & quando ceptura · idest āte gallicantū · quāq̄ i animo eius & ante pmū gallicantū tota concepta est · Marcꝰ au tem de ipsaꝝ vocū interuallo planius elocutus est ·

¶ Theophilus · Quod sic intelligitꝰ · petrus semel negauit · deinde gallꝰ cantauit · Negāte vero eo dua bus alijs negatōnibꝰ · tūc gallꝰ secūdo vocē emisit · ¶ Hieronimus · Gallꝰ lucis nuncius quis est nisi spiritus sanctus · cuiꝰ voce in ꝓphecia & in aposto lis nos de trina negatōne excitamur · ad amarissi mos post lapsū fletus · qui male cogitauimꝰ de deo & male locuti sumꝰ ad pximos · & male fecimꝰ ad nosmetipsos · Beda · Fides at apostoli petri & ar dēs affectꝰ ad dn̄m cōseqn̄tꝰ ondit · Seqtꝰ · Et ille ā pli · loq · Et si opor · me si · cōmo · tibi · te nō negabo ·

¶ Theo · Feruorē ec̄ itrepiduꝫ & alij dis · onderūt · Nā seqtur · Simlr aūt & oēs dicebāt · sed tamen resistebant veritati quam cristus predixerat ·

¶ Et veniūt i prediū · cui nomen getbsemani · Et ait discipulis suis · sedete hic donec orem · & assūmit petrū & iacobū & iohannem secū · Et cepit pauere & tedere · & ait illis · Tristis est anima mea vsq; ad mortē · Sustinete hic & vigilate · Cum at pcessis set paululū pcidit sup terram · & orabat · vt si fieri posset · transiret ab eo hora · Et dixit · Aba pater omnia possibilia tibi sūt · transfer calicē hunc a me sed non quod ego volo · sed quod tu · Et venit & in venit eos dormiētes · Et ait petro · Simon dormis · Non potuisti vna hora vigilare mecū · Vigilate & orate · vt non intretis in temptatōnem · Spiritus quidē pmtus est · caro autem infirma · Et iterum abiens · orauit eūdē sermonem dicens · & reuersus denuo · inuenit eos dormientes · Erāt enim oculi eo rum aggrauati · & ignorabāt quid responderent ei Et venit tertiō & ait illis · dormite iā & requiescite sufficit · venit hora · ecce tradetur filius hominis in manus peccatoꝝ · Surgite eamus · Ecce qui me tradet prope ē · ¶ Glosa · Postq̄ dominus scandalū discipuloꝝ pdixerat · nūc euangelista narrat de ora tōne ipsius · in qua ꝓ discipulis creditꝰ orasse · & pmo describēs locū oratōnis dicit · Et veniūt i pre dium cui nomen geth · ¶ Beda · Monstratur vsq; hodie locus gethsemani · in quo dominus orauit ad radices montis oliueti · interptatur autem gethse mani vallis pinguiū siue pinguedinū · Cum aūt dominus in monte orat · nos docet sublimia tātum orando inquiri debere · At cū in valle pinguedinis orat insinuat nobis humilitatem semp in oratōnibꝰ & interne pinguedinē dilectōnis esse seruādā · Ipse eciam per vallem humilitatis & pinguedinē cari tatis ꝓ nobꝰ mortē subijt · ¶ Hiero · in valle eciā pinguedinum thauri pingues obsederūt eum · Se quitur · Et ait discipulis suis · Sedete hic donec orem · Separantur in oratōne qui separantur in passione · quia ille orat · illi dormiūt · pinguedine cordis oppressi · ¶ Theophilus · Singulariter eciā erat consuetudo illi semper orare · formam nobis tradens vt silencium & solitudinem in oratōnibus requiramus · Sequitur · Et assumit petrum & ia cobum & iohannem secum · Illos tres tm̄ assumit qui glorie eius in monte thabor inspectores extite rant · vt qui gloriosa viderant · viderent & tristia · et addiscerent q verus erat homo · in hoc q̄ trista tur · Vnde sequitur · Et cepit pauere & tedere · qz enim totum assumpserat hominē · assumpsit & na turales ꝓprietates hominis · pauere & tedere & con tristari naturaliter · Nā hoīes naturalitꝰ inuiti ten dunt ad mortem Vnde sequitur · Et ait illis · Tri stis est anima mea vsq; ad mortem · ¶ Beda · Quasi deus in corpore cōstitutꝰ fragilitateꝫ carnis expo nit · vt eorū qui sacramētū incarnatōnis obiurgāt excluderetur impietas · Nā qui corpꝰ suscepit oīa debuit suscipe q corpis sūt · vt esuriret · sitiret · āge retur · cōtristaretꝰ · Diuinitas eīm p hos cōmutari nescit affectꝰ · ¶ Theo · Quidā at hoc sic intellexe rūt · q · d · Tristor · n̄ q mori debeo · s q israhelite ꝓpiq mei me crucifixuri sūt · ac p hoc a regꝰ dei dn̄t excludi · ¶ Hiero · In hoc eciā pauē & tristari doce mur ante iudicium mortis · quod non possumus per nos dicere · sed per illum · Venit princeps mū di huius & in me non habet quicq̄ · Sequitꝰ susti ·

hic & vigilate. ¶ Beda. Non a ſomno dormitõis prohibet. cuius tempus nõ erat imminente diſcri mine. ſed a ſomno infidelitatis. & torpore mentis. Paululum aũt procedens ruit in faciem ſuam. & humilitatem mentis habitu carnis oſtendit. Vñ ſequitur. Et cum proceſ. pau. proci. ſuper terram. & orauit vt ſi fieri poſſit trãſi. ab eo hora ¶ Aug⁹ de cõ. euan. Non dixit ſi facere poſſet. ſed ſi fieri poſſet. fieri eñ poteſt quod ille voluerit. Sic itaqꝫ dictum eſt Si fieri poteſt ac ſi diceret. ſi vellet. Ac ne quis putaret eum patris minuiſſe poteſta tem. manifeſtauit quo intellectu accipiendum ſit quod dictum eſt. Nam ſequitur. Abba pater. oĩa tibi poſſibilia ſunt. In quo ſatis oſtendit nõ ex im poſſibilitate ſed ex voluntate patris dictũ eſſe. ſi fieri poteſt. Quod aũt marcus nõ ſolum pater. ſed abba pater eũ dixiſſe cõmemorat. hoc eſt abba he braice quod latine pater. Et fortaſſe dñs ꝓpter ali qd̕ ſacramentum vtrũqꝫ dixit. volens oſtendere ſe illã triſtis pſonam iam ſui corporis. i. eccleſie ſu ſcepiſſe. cui factus eſt angularis lapis venienti ad eũ pãtim ex hebreis ad quos ptinet ꝙ ait abba. partim ex gentibus ad quos ptinet ꝙ ait pater. ¶ Beda. Orat aũt tranſire calicez. vt oñdat vere ꝙ homo erat. Vñ ſubdit. Transfer calicem hunc a me. Reminiſcens aũt & ꝓpter quid miſſus eſt. perficit diſpẽſationẽ ad quã miſſus eſt. & clamat. Sed non quod ego volo. ſed qd̕ tu. Quaſi. d. Si moritur mors me non moriente ſcd̕m carnẽ. tranſeat calix. Verũ qꝛ non aliter hoc fiet. non quod ego volo. ſed qd̕ tu. Multi adhuc ꝯtriſtant̕ futura morte. ſ; habeant rectũ cor. vitent mortẽ quã pñt ſ; ſi nõ pñt. dicant id qd̕ ꝓpter nos domin⁹ dixit. ¶ Hiero. Ex quo etiã vſqꝫ infinem non ceſſat nos docere. patrib⁹ obedire & voluntatẽ eoꝝ voluntati nr̃e ꝑponere. Seq̃t̕ Et venit & inuenit eos dor. Sicut eñ dormiũt mente. ſic & corpore. Poſt ora tionẽ autẽ dominus veniens & videns diſcipulos dormientes petrũ ſolum increpat. Vnde ſequitur Et ait petro. Simon dormis? non po. vna hora vi gi. mecũ. Quaſi diceret. Qui vna hora nõ potuiſti mecũ vigilare. quomodo mortẽ ſpernis? tu qui rñ des mori mecũ. Sequitur Vigilate & orate vt nõ intre. in temp. ſcꝫ negandi me. ¶ Beda. Non ait orate ne temptemini. qꝛ impoſſibile eſt humanam animã nõ temptari. ſed ne intretis in temptatõnẽ. hoc eſt ne vos temptatio ſuperet. ¶ Hieroni. In temptatõnẽ aũt intrare dicit̕ qui orare negligit. Sequitur. Spiritus quidẽ promptus ẽ. caro aũt infirma. ¶ Theo. Quaſi. d. ſpũs quidẽ veſter ꝓm ptus ẽ ad me non negandũ. & ꝓpterea hoc ꝓmitti tis. ſed caro veſtra intantum infirmata eſt ꝙ niſi dñs p oratõnẽ virtutẽ carni dederit. in temptatõez intrabitis. ¶ Beda. Temerarios hic repmit qui quicquid crediderint. putant ſe cõſequi poſſe. ſed q̃ntum ex mentis ardore cõfidimus. tantũ ex fra gilitate carnis timeamus. Facit etiã hic locus ad

uerſus eos qui dicunt vnam in domino operationẽ & vnam voluntatem fuiſſe. Duas enim volũtates oſtendit. humanam ſcꝫ que propter infirmitatem carnis recuſat paſſionem. Et diuinam que prom ptiſſima eſt. Sequit̕. Et iterũ abi. ora. eundem ſermonem dicens. ¶ Theo. Vt ſcilicet p ſecun dariam orationẽ ꝙ verus homo eſſet. affirmaret. Sequit̕. Et reuerſus denuo inue. eos dor. tamẽ nõ vehementer redarguit. Erant eñ oculi eoꝝ gra uati. ſcꝫ ſomno. Et igno. quid rñderent ei. p hoc infirmitatem humanam addiſcas. ne ſcꝫ grauati ſomno. ꝓmittamus ea que nobis nõ poſſibilia ſũt. Ideo tercio abijt ad orandũ ratione ꝑdicta. Vnde ſequitur. Et venit tercio. & ait illis. Dormi. iã & requi. Non turbatur contra illos cũ poſt redargu tionem peius fecerint. ſed ironice dicit illis. Dor. iam & requi. qꝛ iã ſciebat ꝙ ꝓditor appropinq̃bat Et ꝙ ironice dixerit. apparet p hoc ꝙ ſubditur. Sufficit. venit hora. ecce tra. fi. ho. in ma. pec. Hoc dicebat deridens ſomnũ eoꝝ. Quaſi. d. nunc temp⁹ eſt vt dormiatis. qñ inimicus appropinq̃t. Deinde ſubiungit. Surgite eamus. ecce qui me tradet ꝓpe eſt. Non vt fugerent. hoc dixit. ſed vt inimicis obuiarẽt. ¶ Aug⁹. de con. euan. Vel aliter. Per hoc ꝙ dixiſſet Dor. iã & requi. adiũ git. Sufficit. & deinde infert. venit hora ecce tra. fi. ho. Vtiqꝫ ĩtelligendũ eſt poſt illud dor. & req̃. ſiluiſſe dominũ aliquantũ. vt hoc fieret. qd̕ pmiſe rat. & tunc intuliſſe. venit hora. Et ideo interponit Sufficit ſcꝫ ꝙ requieuiſtis. ¶ Hiero. Trina aũt diſcipuloꝝ dormitio tres mortuos quos dñs ſuſci tauit ſignificat. Prim⁹ in domo. Secundus ad ſe pulchrũ. Terci⁹ de ſepulchro. Trina aũt domini vigilia docet nos orãdo & de ꝑteritis & de futuris & de pñtib⁹ veniam rogare. Sequit̕ textus

¶ Et adhuc eo loq̃nte. venit iudas ſcharioth vn⁹ de. xij. Et cũ eo turba multa cũ gladijs & lignis. miſſi a ſummis ſacerdotib⁹ & ſcribis & ſenioꝛib⁹. Dederat aũt traditor eis ſignũ. dicens. Quemcũqꝫ oſculatus fuero ipẽ eſt tenete eũ & ducite caute. Et cũ veniſſet. ſtatim accedens ad eũ. ait. Rabbi. Et oſculatus eſt eũ. At illi manus iniecerũt ĩ eũ. & tenuerũt eũ. vn⁹ aũt de circumſtantib⁹ educẽs gladiũ. percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis & ampu tauit illi auriculam. Et rñdens ihesus. ait illis. Tanq̃ ad latronem exiſtis cum gladijs & lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in tẽ plo docens. & non me tenuiſtis. ſed vt imple antur ſcripture. Tunc diſcipuli relinquentes eum omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſe q̃bat̕ illũ. amict⁹ ſindone ſup nudo. & tenuerũt eũ At ille relicta ſindone. nud⁹ ꝓfugit ab eis. ¶ Be da. Poſtq̃ tercio dominus orauerat. & apoſtoloꝝ timorem ſequente penitentia impetrauerat corri gendum. ſecurus de paſſione ſua. pergit ad per ſecutores. de quorum aduentu euangeliſta dicit. Et adhuc eo loquente venit iudas ſcarioth vnus

de · xij · ¶ Theo · Hoc non fruſtra ponitur · ſed ad maiorẽ proditoris redargutõnẽ ꝙ cū de ꝑmo choro diſcipuloꝝ exiſteret · contra dominū in rabiem verſus eſt · Sequit᷑ · Et cū eo turba mul · cū gla · & lignis miſſi a ſum · ſa · & ſcri · & ſenio · ¶ Hiero · Incūbit em̄ virtuti ſeculi · qui deſperat de adiutorio dei · ¶ Beda · Adhuc tamen habet aliquid iudas de verecundia diſcipuli · cū eū nō palā tradidit ꝑſecutoribꝫ · ſed per ſignū oſculi · Vnde ſeq̄tur Dederat aūt tra · eis ſignū dicēs · Quemcūqꝫ oſcu · fu · ip̄e eſt te · eum · ¶ Theo · Vide eius inſenſibilitatē quō credebat in oſculo chriſtū decipere · vt q̄i amic⁹ eſtimaret᷑ · Si aūt amicus eras o iuda cui⁹ gratia cum inimicis acceſſiſti? Sed omnis ꝑuitas ſine ꝓuidentia ē · Sequit᷑ · Et cū ve · ſtatim ac · ad eū ait · Rabbi · & oſcu · eſt eum · ¶ Hieroni · Dat iudas ſignū oſculi · cū veneno doli · ſic chaim obtulit ſacrificiū ſubdolū & reprobatū · ¶ Beda · Inuidēs aūt & ſcelerata ꝯfidentia · magiſtrū vocat · & oſculū īfert ei quem tradit · Suſcipit aūt dn̄s oſculū traditoris · non quo ſimulare nos doceat · ſed ne ꝓditionē fugere videatur · ſimul & illud pſalmi cōplens · Cū hijs qui oderunt pacem eram pacificus · Sequit᷑ · At illi ma · inie · in eū · & tenuerūt eum · ¶ Hiero · Hic adeſt ioſeph venditus a fratribꝫ & ferrū ꝑtranſiuit animā eius · Sequit᷑ · Vnus aūt de circum · edu · gla · percuſ · ſer · ſum · ſa · & am · illi auri · ¶ Beda · Petrus hoc fecit vt iohānes declarat · eodem mentis ardore quo cetera faciebat · Sciebat em̄ quō phinees puniendo ſacrilegos · mercedē iuſticie & ſacerdotij pennis accepit · ¶ Theo · Tacet aūt nomē eius marcus · vt nō videret᷑ ſuū laudare magiſtrū q̄ſi zelantem ꝓ chriſto · Innuit aūt petrus ex hoc ꝙ inobedientes erant & increduli ſpernētes ſcripturas · Nā ſi habuiſſent aures audiētes ſcripturas · nō crucifixiſſent dn̄m glorie Amputauit autem auriculam ſerui ſummi ſacerdotis · Nā ſummi ſacerdotes · ꝑmo ꝑteribāt ſcripturas · quaſi ſerui non audientes facti · Sequitur Et reſpondens iheſus ait illis · Tanq̄ꝫ ad latro · exi · cū gla · & lignis · ¶ Beda · Quaſi · d · Stultum eſt cū gladijs & fuſtibꝫ q̄rere eū · qui vltro ſe veſtris tradit manibꝫ · & in nocte quaſi latitantem ꝑ proditorē īueſtigare · qui q̄tidie ī tēplo doceat · ¶ Theo · Iſtd̕ aꝫ diuinitatē ei⁹ oñdit · Quādo ei ī tēplo docebat · ñ valuert̄ ip̄m cape q̄uis ī maībꝫ eoꝝ eſſet · qꝛ nondū tēpus aduenerat paſſionis · Quando aūt ip̄e voluit · tūc tradidit ſeip̄m · vt adimplerent᷑ ſcripture · qꝛ tanq̄ꝫ agnus ad occiſionē ductus eſt · nō clamans neqꝫ vociferans · ſed voluntarie patiens · Sequit᷑ · Tunc diſci · ei⁹ re · eū omnes fugierūt · ¶ Beda · In hoc implet᷑ ſermo · quē dn̄s dixerat · ꝙ omnes diſcipuli ſcandalizarentur in illo in ipſa nocte · Sequit᷑ · Adoleſcens aūt quidā ſequebat᷑ illū amic · ſin · ſup nudo · ſubaudit᷑ corꝑe · quia nō aliud indumēti q̄ꝫ ſolū habebat ſindonem · Sequitur · Et tenuerunt eū · At ille re · ſin · nu · ꝓfu · ab eis · quoꝝ ſcilicet preſentiam deteſtabat᷑ & facta · non a domino · Cui⁹ amorem & abſens corꝑefixum ſeruauit in mente · ¶ Hiero · Sicut etiam ioſeph relicto pallio nudus de manibꝫ impudice femine aufugit · qui vult effugere manus iniquoꝝ relinquens mente que mundi ſunt · fugiat poſt iheſum · ¶ Theo · Probabile aūt videtur · ꝙ hic adoleſcens erat de illa domo in qua paſcha comederant · Quidam vero dicunt hunc adoleſcentē fuiſſe iacobum fratrem domini qui dicebat᷑ iuſtus · qui ab apoſtolis poſt chriſti aſcenſionem cathedram hieroſolimoꝝ accepit · ¶ Grego · iiij · moꝝ · Vel hoc de iohanne dicitur · qui etſi poſt vt verba redemptoris audiret · ad crucem redijt · ꝑus tamen territus fugit · Nam & illum eo tempore fuiſſe adoleſcentem longa poſt hoc in carne vita eius inditō eſt · Potuit em̄ fieri vt ad horam tenentium manibꝫ elapſus · mox reſumpto indumento redierit · & ſub dubia lucis nocte · ſe turbis ducentiū iheſum quaſi vn⁹ de ip̄is immiſcuerit · donec ad atriū pontificis (cui erat notus) perueniret · vt ip̄e ī ſuo euangelio cōmemorat · Sicut aūt petrus qui culpam negatõnis penitentie lachrimis abluit · recuꝑationem oſtendit eoꝝ qui ī martirio labuntur · ita ceteri diſcipuli qui articulum comp̄henſionis fugiēdo ꝓuenerūt · cautelā fugiēdi docēt eos · q̇ ſe minus idoneos ad tolerāda ſupplitia ſentiūt ·

¶ Et adduxerunt iheſum ad ſummū ſacerdotem · & conuenerunt in vnū omnes ſacerdotes & ſcribe & ſeniores · Petrus autem a longe ſecutus eſt eū vſqꝫ intro in atrium ſummi ſacerdotis & ſedebant cū miniſtris & calefaciebat ſe ad ignem · Summi vero ſacerdotes & omne concilium · querebant aduerſus iheſum teſtimoniū vt eum morti traderēt · nec inueniebant · Multi enim falſum teſtimonium dicebāt aduerſus eum · & conuenientia teſtimonia non erant · Et quidam ſurgentes · falſum teſtimoniū ferebant aduerſus eum dicentes · quoniam nos audiuimus eum dicentem · Ego diſſoluam tēplū hoc manufactum · & per triduum aliud non manufactum edificabo · & non erat conueniens teſtimonium illorum · ¶ Gloſa · Narrauerat euangeliſta ſuperius · quomodo dominus a miniſtris ſacerdotū fuerat captus · nunc narrare incipit quomodo in domo principis ſacerdotū morti adiudicatus fuit · Vnde dicit᷑ · Et addux · iheſum ad ſummū ſacer · ¶ Beda · Summum ſacerdotem ſignificat caypham · qui ſicut iohannes ſcribit erat pontifex anni illius · de quo teſtatur ioſephus · ꝙ pontificatum ſibi emerit a principe romano · Sequitur · Et conuenerunt in vnum omnes ſacerdotes & ſcribe & ſeniores · ¶ Hieronimus · Tunc facta eſt congregatio thaurorum in vaccis populorum · Sequitur · Petrus aūt a longe ſequebat᷑ eū vſqꝫ itro īatriū ſummi ſacerdotis · Timor enim retrahit · ſed caritas trahit · ¶ Beda · Merito aūt a longe ſequebatur qui iam erat proxime negaturus · Neqꝫ

enim negare poſſet. ſi chriſto proximus adheſiſſet. Sequitur. Et ſede. cum miniſtris & cale. ſe ad igne. ¶ Hiero. In atrio cū miniſtris calefacit ſe ad ignē. Atriū ſacerdotis eſt ſecularis circuitus. miniſtri demonia ſunt. cū quibꝰ qui manet. flere peccata non pt. Ignis deſideriū carnale. ¶ Beda. Eſt eñ ignis caritas. de quo dicit. Ignē veni mittere ī terram. qui ſup credentes deſcendens. varijs linguis eos laudare dominū docuit. Eſt & ignis cupiditatis de quo dicit. Omnes adulterantes velut clibanus corda eoꝝ. Hic ignis in atrio cayphe inſtinctu maligni ſpiritus accenſus. ad negandū. ad blaſphemandū dñm pfidoꝝ linguas armabat. Quod eñ intus in domo maligna ſinodus gerebat. hec ignis in atrio inter frigora noctis accenſus figurabat. Quoniā eñ habundat iniquitas. refrigeſcit caritas multoꝝ. hoc frigore torpens ad horaꝫ petrus. qſi pmus prunis miniſtroꝝ cayphe calefieri cupiebat. qr temporalis cōmodi ſolatiū perfidoꝝ ſotietate querebat. Sequit. Summi vero ſacer. & omne cō. que. aduerſus ihe. te. vt eū mor. traderent. ¶ Theo. Lege pcipiente vnus exiſtēt ſummus ſacerdos. tunc multi erant ſubſtituti & deſtituti annis ſingulis p principem romanoꝝ. Sūmos ergo ſacerdotes dicit illos. qui determinatū eis tempus complentes iam cōpleuerāt. a ſacerdotio deſtituti erant. Figuram aūt iudicij quod in pindiciū agebant operant. teſtimonia qrentes vt videāt iheſum iuſte dānare & pdere ¶ Hiero. Sed mentita eſt iniquitas ſibi. vt regina aduerſus ioſeph. & ſacerdotes aduerſus ſuſannam. Sed ignis ſine materia deficit. Vnde ſequit. Nec inueniebant. Multi eñ fal. teſti. di. aduerſus eum. & cōue. teſti. non erant. Quod eñ variat. incertum habetur. Sequitur. Et quidam ſur. fal. teſti. ferebāt. Moris eſt hereticoꝝ. vmbram de veritate trahere. Non ille dixit. quod illi dicunt. ſed ſimile verbū de templo corporis ſui. qđ poſt biduū reſuſcitauit. ¶ Theo. Non eñ dominus dixerat. ego diſſoluam illud. ſed ſoluite. Neqꝫ manufactū dixit ſed ſimpliciter templū. ¶ Hiero. Dixit etiā. ſuſcitabo viuū animal ſignificans & ſpirans tēplū. Falſus teſtis eſt. qui in eo ſenſu dicta intelligit. quo non dicuntur. Sequitur textus

rum · Vnde ſequitur · Et multi in natiuitate eius
gaudebūt · admonetur hoc loco ſanctorum genera-
tione letari · admonentur parentes gratias agere.
Nō enim mediocre munus eſt dei · dare liberos · pro
pagatores generis · ſucceſſionis heredes · Textus
¶ Erit enim magnus coram dn̄o · & vinū & ſicerā
nō bibet & ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vte
ro matris ſue & mltos filioꝝ iſrael ↄuertet ad domi
nū deū ipſoꝝ · & ipſe precedet ante illum in ſpiritu
& virtute helie · vt cōuertat corda patrum ī filios ·
& incredulos ad prudentiā iuſtorū parare domino
plebē perfectā · ¶ Ambro · Poſt letitiā plurimorū
magnitudo virtutis promittit̄ · cū dicit̄ · Erit enim
magnus coram domino · Nō corporis ſed anime ma
gnitudinem declarauit · Eſt coram domino magni-
tudo anime magnitudo virtutis · ¶ Theophilus ·
Multi nanqꝫ magni dicuntur · ſed coram hominibꝰ ·
non coram deo · ſicut hipocrite · Ita autē & paren-
tes iohannis iuſti corā domino dicti ſunt · ¶ Am-
broſius · Denicꝫ non fines alicuius propagauit im
perij · nō triumphos bellici certaminis reportauit ·
ſed quod eſt amplius · predicans in deſerto · delici-
as hominum corporiſqꝫ laſciuiā magna animi vir-
tute depreſſit · Vnde ſequitur · Et vinum & ſicerā
nō bibet · ¶ Beda · Sicera interpretatur ebrietas ·
quo vocabulo hebrei om̄e quod iebriare poteſt po-
culū ſiue de pomis ſiue de frugibus ſeu de qualibet
alia materia confectū ſignificāt · Propriū vero in
lege nazareorū erat · vino & ſicera tēpore obſecra-
tionis abſtinere · Vnde iohānes ceteriqꝫ tales vt
ſemper nazarei id ē ſancti manere poſſint · ſemper
his abſtinere ſatagunt · non enim decet vino ī quo
eſt luxuria · inebriari cū qui muſto ſpiritus ſancti
deſiderat impleri · Vnde recte cui vini ebrietas tol
litur · ſpiritus gratia cumulatur · Sequitur autem
Et ſpiritu ſancto replebit̄ adhuc ex utero matris
ſue · ¶ Ambroſiꝰ · Cui ſpiritus ſanctꝰ infunditur ·
magnarū eſt plenitudo virtutū · Siquidē ſanctus
iohānes anq̄ naſceret̄ · matris adhuc in vtero po-
ſitus ſpūs accepti gratiā deſignauit · cū in vtero pa
rentis exiliens dn̄i euāgelizauit aduentum · Alius
eſt ſpiritus vite huius · Alius gratie · Ille naſcēdo
ſumit exordiū · moriendo defectū · iſte nō etatibus
cohercet̄ · non obitu extinguitur · nō aluo matris
excludit̄ · ¶ Grecus · Quod autem erit opus iohā-
nis · quid ve per ſpiritum ſanctum peraget · oſten-
dit ſubdens · Et multos filiorum iſrael cōuertet ad
dominū deum ipſorum · ¶ Orige · Iohannes quidē
plurimos conuertit · Domini autē opus eſt vt om-
nes ad deum patrem conuertat · ¶ Beda · Cū aūt
iohannes qui chriſto teſtimonium perhibens · ī eiꝰ
fide populos baptizabat · dicit̄ filios iſrael ad domi
nū deum ipſoꝝ cōuertiſſe · patet chriſtū dominū deū
eſſe iſrael · Vn̄ deſināt arriani xp̄m dn̄m deū eſſe ne
gare · Erubeſcant fotiniani xp̄o ex virgine princi-
pium dare · Ceſſent manichei · aliū populi iſrael at-
qꝫ aliū chriſtianoꝝ deū credere · ¶ Ambro · Nō at̄
egemꝰ teſtimonio · ꝙ plurimorū ſanctus iohānes
corda conuertit · in quo nobis prophetice ſcripture
& euāgelice ſuffragant̄ · Vox eīn clamātis ī deſer
to · Parate viā dn̄o · Non enim de ſe · ſed de dn̄o p̄di
cabat prenūtius xp̄i · Et ideo ſequit̄ · Et ipſe pre-
cedet ante illū in ſpiritu & virtute helie · bn̄ p̄cedet
ante illū · qui prenūtius natus & p̄nūtius mortuꝰ
eſt · Bene etiā iūgitur · In ſpiritu & virtute helie ·
¶ Orige · Non dicit in anima helie · ſed in ſpiritu &
virtute · Spiritus enim qui fuerat in helia venit in
iohāne · & ſimiliter virtus eius · ¶ Ambro · Nunq̄
eīn ſine virtute ſpiritus vel ſine ſpiritu virtus · Et
ideo in ſpiritu & virtute · quia ſāctus helias & vir
tutem habuit magnā & gratiā · Virtutē vt ad fidē
animos populoꝝ a p̄fidia retorqueret · Virtutē ab
ſtinētie · atqꝫ patientie · & ſpiritū ꝓphetandi · In de-
ſerto helias · In deſerto iohānes · Ille achab regis
grāz n̄ queſiuit · Hic ſpreuit herodis · Ille iordanē
diuiſit · hic ad lauacrū ſalutare cōuertit · Ille prio-
ris hic ſequētis dn̄ici p̄curſor aduentus · ¶ Beda ·
Quod autē de helia per malachiā p̄dictū eſt · hoc p
angelū de iohāne dicit̄ cū ſubditur · Vt cōuertat
corda patrū ī filios · ſpiritualē antiquoꝝ ſanctorum
ſcientiā populis p̄dicando infundēs · Et incredulos
ad prudentiā iuſtoꝝ · Que eſt non de legis operibꝰ
iuſtitiā p̄ſūere · ſed ex fide ſalutē q̄rere · ¶ Grecꝰ ·
Vel aliter · parentes iohānis & apoſtoloꝝ iudei fu
erūt · ſed tn̄ cōtra euāgeliū ex ſup̄bia & infidelitate
ſeuiebāt · itaqꝫ tanq̄ benigni filij iohānes prius &
apoſtoli cōſequent̄ eis veritatē mōſtrabāt · ī ꝓpriā
iuſtitiā & prudentiā eos attrahentes · Sic etiā he
lias reliq̄as hebreoꝝ cōuertit ad apoſtoloꝝ verita-
tem · ¶ Beda · Quia vero zachariā pro plebe ſuplicā
tem dixerat exauditū · ſubiūgit · Parare dn̄o plebē
perfectā · in quo docet · quo ordine plebs eadē ſalua
ri & perfici debeat · ad p̄dicationē ſcʒ iohānis peni-
tendo & credendo in chriſtū · ¶ Theophi · Vel ali
ter · Iohānes plebē parauit · nō incredulā · ſed per-
fectā id ē p̄paratā ad ſuſcipiendū chriſtū · ¶ Ori-
genes · Sacr̄mentum autē iohānis vſqꝫ nūc explet̄
ī mūdo · Quicūqꝫ eī crediturꝰ eſt ī ihm̄ chriſtū · an-
tea ſpūs & v̄tus iohānis ad animā illius venit · &
p̄parat dn̄o populum perfectum · Textus
¶ Et dixit zacharias ad angelū · Vnde hec ſciam?
Ego enim ſum ſenex · & vxor mea proceſſit in die-
bus ſuis · Et reſpondēs angelus dixit ei · Ego ſum
gabriel · qui aſto ante deū · & ſū miſſus loqui ad te ·
& hec tibi euāgelizare · Et ecce eris tacēs & nō po
teris loqui vſqꝫ in diem quo hec fient · pro eo ꝙ nō
credidiſti verbis meis · que implebuntur tempore
ſuo · Et erat plebs expectans zachariā · & miraban
tur · ꝙ tardaret ipē ī tēplo · Egreſſꝰ at̄ n̄ poterat lo
q̄ ad illos · Et ↄgnouert̄ · ꝙ viſiōē vidiſſʒ ī tēplo · &
ipē erat īnuēs illis & p̄manſit · mutꝰ · Chri · Habito

reſpectu zacharias ad propriā etatē · quin etiā con
iugis ſterilitate conſpecta · diffiſus eſt · Unde di-
citur · Et dixit zacharias ad angelū · Un̄ hoc ſciā?
q̄ſi dicat · quō hoc fiet? Et cauſā dubitationis ſub-
dit · Ego ei ſū ſenex · & vxor mea ꝓceſſit in diebus
ſuis · q̄ſi diceret · etas intempeſta · natura inepta · ego
generās debilis · terra ſterilis · Nō autem cenſetur
propter hoc dignus eſſe venia ſacerdos · dū ſeriem
rerū expoſtulat · qn̄cunqꝫ enim deus aliquē indicat
oportet in fide ſuſcipe · Nam ſup huiuſmōi diſcepta
re cōtumacis eſt anime · Unde ſequitur · Et reſpō-
dens angelus dixit ei · Ego ſū gabriel · qui aſto an-
te deū · ¶ Beda · Quaſi diceret · Si hō talia ſigna
ꝓmitteret · impune ſignū flagitare liceret · at cū an
gelus ꝓmittat iā dubitare non decet · Sequit̄ · Et
miſſus ſū loq̄ ad te & hec tibi euāgelizare · ¶ Chri
ſoſtō9 · Ut cum audias me a deo miſſum fore · nihil
humanū eſtimes ex his que tibi dicunt̄ · Neqꝫ em̄
ex me loquor · ſed mittētis relata denūtio · hec ē em̄
nūtij bonitas vt nihil ex ſe referat · ¶ Beda · Ubi
notandum eſt · ꝙ angelus ſe & ante deū ſtare & ad
euāgelizandū zacharie miſſū eſſe teſtatur · ¶ Gre.
ī hom · Quia & cū ad nos veniūt āgeli · ſic exterius
īplent miſteriū vt tn̄ nūq̄ꝫ interi9 deſint percōtem
platioꝫ · Quia & circumſcriptus eſt angelicus ſpiri
tus · ſummus tamen ſpiritus qui deus eſt · circum-
ſcriptus nō eſt · Angeli itaqꝫ etiam miſſi ante ipm
ſunt · quia quomodolibet miſſi veniant · intra ipſū
currunt · ¶ Beda · Dat autem ei ſignum · quod ro-
gatur · vt qđ diſcredēdo locut9 ē · iā tacēdo credere
diſcat · Unde ſequit̄ · Et ecce eris tacens · & nō po-
teris loqui · ¶ Chriſoſtomus · Ut a vi generatiua
ad organa vocalia vincula transferant̄ · Nec intui-
tu ſacerdotij ei parcit̄ · Sed ob hoc plectebatur am
pli9 quia circa fidē ceteris p̄eſſe debebat · ¶ Theo-
philus · Sed quia verbum qđ iugi animo habetur
poteſt etiā ſurdū ſignificare · quia bene talis eris
ſurdus & non poteris loqui · Conuenienter em̄ hec
duo paſſus eſt · tanq̄ꝫ em̄ inobediēs ſurditatem īcur
rit · & tāq̄ꝫ ꝯtradictor taciturnitatē · ¶ Chriſ · Dicit
autem · Et ecce · quaſi diceret in hoc inſtanti · Sed
cōſidera miſerationē domī in hoc ꝙ ſequit̄ · Uſqꝫ in
diem quo hec fient q̄ſi diceret · Cum per euentus re
rum qđ dico oſtendo · & noueris te iure punitum
tunc te de pena eripiam · Et cauſam pene oſtendit ·
cū ſubditur · Pro eo ꝙ non credidiſti verbis meis
que implebuntur in tempore ſuo · non attendēs vir-
tutem eius qui miſit me · cui ego aſiſto · Si autem
is qui erga natiuitatē mortalem incredulus erat ·
punitur · qualiter qui celeſtem & ineffabilem calū
niatur · vitabit vltionem; ¶ Grecus · Dum autem
hec intrinſecus agerentur · dilatio temporis admi-
rari cogebat expectantem forinſecus multitudinē ·
Unde ſequitur · Et erat plebs expectans zachari-
am & mirabantur ꝙ tardaret ipſe in templo · Cūqꝫ
per diuerſa vagaretur ſuſpitio · quilibet dictabat
ad libitum donec zacharias egrediens docuit ſilen
do qđ latendo perpeſſus ē · Unde ſequit̄ · Egreſſus
autem non poterat loqui ad illos · & cognouerunt
ꝙ viſionem vidiſſet in templo · ¶ Theophilus · In
nuebat autem populo zacharias forte cauſam taci-
turnitatis interroganti · quā loqui non valens · per
nutū declarabat · Unde ſequit̄ · Et ipſe erat innuēs
illis & permanſit mutus · ¶ Ambro · Eſt autē mu
tus quidē ſine verbo corporales actus indicare mo
liens · nec exprimens eius voluntatem · Textus
¶ Et factū eſt vt impleti ſunt dies offitij eius
abijt in domū ſuā · Poſt hos autē dies concepit he
liſabeth vxor eius · & occultabat ſe menſibus quin
qꝫ dicens · Quia ſic fecit mihi domin9 in diebus qui
bus reſpexit auferre obprobriū meū īter homines
¶ Beda · Uicis ſue tempore pontifices templi tm̄
offitijs mancipati nō ſolū a cōplexu vxorū · ſed ab
ipſo quoqꝫ domorū ſuarū abſtinebant ingreſſu · Un̄
dicitur · Et factum eſt vt impleti ſunt dies offitij
eius · abijt in domum ſuam · Quia em̄ tunc ſacerdo-
talis ex ſtirpe aaron ſucceſſio querebatur · neceſſa-
rio tempus ſubſtituende ſoboli procurabatur · At
quia nunc nō carnalis ſucceſſio ſed profectio ſpiri-
talis inquiritur · ſacerdotib9 vt ſemper altari que-
ant aſſiſtere · ſemper caſtitas obſeruanda precipi-
tur · Sequitur · Poſt hos autem dies cōcepit heli
ſabeth vxor eius · poſt dies ſcꝫ offitij zacharie con
pletos · Geſta ſunt autem hec menſe ſeptēbri · viij ·
kalendas octobr · qn̄ oportebat iudeos ieiuniū ſce-
nophegie celebrare imminente eq̄noctio in quo in
cipit nox eē maior q̄ꝫ dies · quia chriſtū oportet cre
ſcere · Iohannē autē minui · Nec fruſtra tūc dies ie
iuniorū erant · quia per iohannē erat hominibus af
flictio penitētie p̄dicanda · Sequit̄ · Et occultabat
ſe menſibus quiqꝫ · ¶ Ambro · Que cauſa occultati
onis niſi pudor? Sunt em̄ q̄dam tēpore p̄ſcripta cō-
iugio · qn̄ dare operam ꝓcreandis liberis ſit decorū ·
dum anni vigent · dū ſuſcipiendorū liberorū ſpes
eſt · at vbi & matura eui ſenect9 ſucceſſerit & etas
eſt regendis liberis habilior q̄ꝫ creandis · pudor eſt
legitimis licet fetus geſtare inditia & grauari alie
ne etatis onere · & tumeſcere aluum non ſui tempo
ris fructu · Pudebat ergo propter etatem · Unde ī
telligi poteſt cauſa qꝛ iam nō cōueniebāt īter ſe cō
cubitu coniugali · Neqꝫ enim ea que ſenilē nō erube
ſceret coitū · erubeſceret partū · Hec tamē erubeſcit
onus parētis · q̄ꝫ diu neſcit miſteriū religionis · Sꝫ
que occultabat ſe quia cōceperat filiū · iactare ſe ce
pit quia generabat prophetā · ¶ Orige · Et ideo di
cit · Menſib9 quiqꝫ id eſt donec maria conciperet · &
fetus eius exultans cū gaudio ꝓphetaret · ¶ Am
broſius · Et q̄ꝫuis part9 ſui erubeſceret etatem · rur
ſus caruiſſe ſe gaudebat obprobrio dicēs · Quia ſic
fecit mihi dn̄s · ¶ Chriſ · Scꝫ ſoluit ſterilitatē do
nū ſup̄ naturā ꝯceſſit · Et petra īfructuoſa ſpicas
virētes p̄duxit · abſtulit dedec9 dū genitricē fecit ·
Un̄ ſeq̄t̄ · In die · q̄ · re · auf · ob · meū īter hō · ¶ Am
bro · Pudor ei ē femīs nuptiaꝝ p̄mia n̄ habē · quib9

hec ſola ē cauſa nubendi. ¶ Chriſ. Dupliciter igitur gaudꝫ dñs & a nota ſterilitatis ipſaꝫ eripuit dñs & qm̄ illuſtrē partū enixa ē. Nō ei vt ī ceteris gignentiū ſolꝰ cōcubitꝰ īterueīt. ſ; grā celeſtis huiꝰ ortꝰ fuit exordiū. ¶ Beda. Miſtice aūt p zachariā ſacerdotiū iudeoꝝ. p heliſabeth poteſt lex ipſa deſignari. q̄ ſacdotū doctrīs exercitata ſpiritales deo filios gignē debebat. ſed nō valebat. quia neminē ad perfectionem adduxit lex. Erāt ambo iuſti. quia bona eſt lex & ſacerdotium pro illo tēpore ſanctū. Ambo proceſſerant in diebus ſuis. quia aduenīēte xp̄o iam incuruantur ad ſenium. Ingrediť zacharias tēplum. quia ſacerdotum eſt intrare ī ſanctuariū miſterioꝝ celeſtiū. Foris orat multitudo quia miſtica penetrare nequit. Dū altari thimiama imponit. naſcituꝝ iohānem agnoſcit. qꝛ dum doctores flāma diuine lectionis ardent. gratiam dei per iheſum prodituram reperiūt. & hoc per āgelum quia lex per angelos ordinata eſt. ¶ Ambroſiꝰ. In vno autē vox totius plebis obmutuit. quia in vno totꝰ ad deū loquebať populus. traſiuit enim ad nos dei verbum. & in nobis non tacet. Mutus eſt qui non intelligit legē. Cur enim tibi magis videať mutꝰ eſſe qui ſonū ꝙ̄ qui miſteriū neſcit. Innuenti ſimilis eſt populus iudeorū. qui actuū ſuorū preſtare nō poteſt rationem. ¶ Beda. Et tñ heliſabeth concipit iohānem quia interiora legis ſacramētis xp̄i abundant. Conceptum quinqꝫ menſibus occultat. quia moiſes quinqꝫ libris miſteria xp̄i deſignat. Seu quia chriſti diſpenſatio in quīqꝫ mūdi etatibus per ſanctorū dicta vel facta figurať. textꝰ

¶ In mēſe aūt ſexto. miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat ioſeph de domo dauid. & nomē v̄ginis maria. ¶ Beda. Quia xp̄i incarnatio vel ſexta etate ſeculi futura vel ad impletionem legis erat profutura. recte ſexto menſe cōcepti iohannis miſſus ad mariam angelus naſciturū nūtiat ſaluatorē. Vnde diciť. In menſe aūt ſexto. Menſem ſextū. martiū intellige cuius. xxv. die domīꝰ noſter & cōceptꝰ tradiť. & paſſus. ſicut & . xxv. die menſis decembris natus. Qꝛ ſi vel hoc die vt nonnulli arbitrantur. equinoctium vernale. vel illo ſolſtitium brumale fieri credamus. conuenit cum lucis incremēto cōcipi vel naſci eū qui illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū. At ſi quis ante dñice natiuitatis & cōceptionis tpꝰs cōſiderat lucē vel creſcere vel tenebras ſuperare conuicerit. diciꝰ & nos quia iohānes ante faciē aduētus eius regnū celoꝝ euangelizabat. ¶ Baſilius. Adeūt aūt nos celeſtes ſpiritus nō q̄ſi ex ſeipſis. ſed ex eo ꝙ diuine ſapiētie decorē cōſpiciunt. Vnde ſequiť. Miſſus eſt angelus gabriel a deo. ¶ Grego. in home. Ad mariam enī virginē non quilibet angelꝰ. ſed gabriel archāgelꝰ mittiť. ad hoc quippe miniſteriū ſummū angelū venire dignū fuerat. qui ſummū omniū nuntiabat. Qui idcirco priuato nomīe cenſeť. vt ſignetur per vocabolū in operatione quid valeat. Gabriel enī dei fortitudo nominatur. p dei ergo fortitudinē nuntiandꝰ erat. qui virtutū domīꝰ & potens in prelio ad debellandas poteſtates aereas veniebat. ¶ Gloſa. Additur autē & locus quo mittiť. cū ſubdiť. In ciuitatem galilee cui nomen nazaret. Nazareus enī id ē ſanctꝰ ſanctorū nuntiabať venturus. ¶ Beda. in home. Aptum aūt humane reſtaurationis p̄ncipiū vt angelꝰ a deo mittereť ad virginē partu conſecrandū diuino. quia p̄ma pditionis humane fuit cauſa cū ſ'pēs a diabulo mittebať ad mulierē ſpiritu ſupbie decipiendam. Vnde ſeqitur. Ad virginē. ¶ Auguſtinꝰ. de ſancta v̄ginitate. Illū enī ſolum virginitas decenter parere potuit. qui in ſua natiuitate parem habere nō potuit. Oportebat ei caput nr̄m ꝓpter inſigne miraculū ſcđm corpꝰ naſci de virgine. qđ ſignificaret membra ſua de virgine etiam ſecundum ſpiritum naſcitura. ¶ Hieronimus. ī ſermōe aſſumptionis. Et bene angelus ad virginem mittitur. quia ſemper eſt angelis cognata virginitas. Profecto. in carne preter carnem viuere non terrena vita eſt. ſed celeſtis. ¶ Chriſ. Non aūt angelus poſt partū annūtiat v̄gini ne nimiū exiñ turbareť. Et ideo añ cōceptionē illā alloqť. nō ī ſōnis. ī o viſibiliter aſſiſtit. Nā q̄ſi magnā valde relatioꝫ accipiēs. egebat añ rei euentū viſiōe ſollēni. ¶ Ambro. Bene aūt vtrūqꝫ poſuit ſcptura. vt & deſpōſata eēt & v̄go. Deqꝫ enī deſpōſatā viro. Virgo vt exp̄s virilis cōſortij videreť. Deſpōſata ne temerate v̄ginitatis adurereť ī famia. cui ḡuis aluꝰ corruptele videreť īſigne p̄ferre. Maluit aūt domīꝰ aliq̄s de ſuo ortu ꝙ̄ de matris pudore dubitare. ſciebat enī tenerā eē v̄ginis verecundiā & lubricā famā pudoris. nec putauit ortꝰ ſui fidem matris iniurijs aſtruēdā. Seruať itaqꝫ ſācte marie ſic pudore integra. ita & īuiolabilis opiniōe v̄ginitas. Nec decuit ſiniſtra v̄ginibꝰ opīone viuētibꝰ velamē excuſatiōis relīq ꝙ infamata mater quoqꝫ dñi videreť. Quid aūt iudeis q̇d herodi poſſet aſſcribi. ſi natum videreť ex adulterio pſecuti? Queadmodū aūt ipſe diceret. Nō veī legē ſoluē. ſed adimplere ſi videreť cepiſſe a legis iniuria? cū partꝰ īnupte lege dāneť. Quid ꝙ etiā fides marie verbis magis adſciſcitur. & mendacij cauſa remouetur. Videretur enim culpā obumbrare noluiſſe mendatio innupta pregnans. Cauſam autem mentiendi deſponſata non habuit. cū ꝯiugij p̄miū & grā nuptiaꝝ partꝰ ſit feminaꝝ. Nō mediocris quoqꝫ cauſa eſt vt v̄ginitas marie falleret principem mundi. qui cum deſponſatam viro cerneret. partū nō potuit habere ſuſpectum. ¶ Orige. Si ei ñ habuiſſꝫ ſpōſū. ſtatim cogitatio tacita diabolū ſubrepſiſſet. q̊modo q̄ ñ accubuit cū viro pregnans eſſet. debet iſte conceptus eſſe diuinus. debet aliquid humana natura eſſe ſublimius. ¶ Ambroſius. Sed tamē magis refellet p̄ncipes

ſeculi· demonū enī malicia facile etiā oculta depre-
hendit· At vero qui ſecularibus vanitatibꝫ occu-
pantur· ſcire diuina nō poſſunt· quin etiā locuple-
tior teſtis pudoris maritus adhibet̃· q̃ poſſet & de-
lere īiuriā & vindicare obprobriū· ſi ñ agnoſceret
ſacramentū· de quo ſubdit̃· Cui nomē erat ioſeph
de domo dauid· ¶ Beda. in homelia· Quod non tm̄
ad ioſeph· ſed etiā pertinet ad mariam· Legis nāqꝫ
erat preceptū· vt de ſua quiſqꝫ tribu aut familia ac
ciperet vxorē· Sequit̃· Et nomē virginis maria·
¶ Beda ſuper lucam· Maria hebraice ſtella maris
ſiriace vero domina vocat̃· & merito quia hec totiꝰ
mundi dominū lucem ſeculis meruit generare per-
hennem· Sequit̃ textus

¶ Et ingreſſus angelus ad eam dixit· Aue gratia
plena dominus tecum· benedicta tu in mulieribus·
Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius· & co
gitabat qualis eſſet iſta ſalutatio· ¶ Ambroſius·
Diſce v̄ginem moribus ſola ī penetralibus quam
nemo virorum videret· ſolus āgelꝰ reperiret. Vñ
dicitur· Et ingreſſus angelus ad eam. Et ne quidē
degeneri deprauaretur affatu· ab angelo ſaluta-
tur· ¶ Grecus· Contra vocē primꝰ editam mulieri
dirigitur nunc ſermo ad virginem· in illa doloribꝫ
partus eſt cauſa peccati punita· In hac per gaudi
um meſtitia pellitur· Vnde iocunditatem non ab-
ſurde prenuntiat angelus virgini dicens· Aue· Qꝫ
autem digna cognoſceretur ſpōſalium· atteſtatur·
cū dicit· gratia plena· quaſi enim quedam arra aut
dos ſponſi oſtenditur ꝙ fecunda ſit gratijs· Horū
enim que dicit· hec ſunt ſponſe· alia ſponſi· ¶ Hie
ronimus· in ſermone de aſſumptione· Et bene gra
tia plena· quia ceteris per partes preſtatur. Marie
vero ſimul ſe totam infudit gratie plenitudo· Ve-
re gratia plena· per quā largo ſpiritus ſancti hym-
bre ſuperfuſa eſt omnis creatura· Iam autē erat cū
virgine· qui ad virginem mittebat angelū· & pre
ceſſit nuntium ſuū dominꝰ· nec teneri potuit locis·
qui omnibus habetur in locis. Vñ ſequit̃· Domi
nus tecum· ¶ Auguſtinꝰ· ī ſermone de natiuitate·
Magis ꝙ̃ mecum· Ipſe enim ni tuo eſt corde· in tuo
fit vtero· adiplet mētē adiplet vētrē. ¶ Grecus·
Hoc atꝫ ē totū legationis cōplemetū· Dei enim ver
bum vt ſponſus ſupra rationem vnionem effitiens
tāꝙ̃ ipe germinans ideꝙ germinatꝰ totā naturā huā
nā ſibiipſi ꝯformauit. Vltimū vero ponit̃ tāꝙ̃ pfe
ctiſſimum & conpendioſum· Benedicta tu in muli
eribus· Vna ſcilicꝫ pre cūctis mulieribus· vel eti-
am benedicantur in te mulieres· ſicut mares ī filio·
Sed magis vterqꝫ in vtriſqꝫ· Velut enim per vnā
& vnū feminā & marē pctm̄ ſimul ac triſtitia· ſic
& nunc per vnam & vnum benedictio reuocata ē
& letitia· & ad ſingulos eſt profuſa. ¶ Ambroſius
Diſce autem virginem verecundia· quia pauebat·
Nam ſequitur· Que cum audiſſet· turbata eſt ī ſer
mone eius· Trepidare virginum eſt· & ad omnes
ingreſſus viri pauere· omnes viri affatus vereri·

Diſce virgo verborū vitare laſciuiam. Maria etiā
ſalutationem angeli verebatur· ¶ Grecus· Cum
autem aſſueta foret his viſionibus· Euangeliſta
non viſioni· ſed relatibꝫ turbationem attribuit di-
cens· Turbata eſt in ſermone eius· attende autē
virginis & pudicam & prudentem & animā ſimul
& vocem· audita letitia dictum examinauit· & ne
qꝫ manifeſte abſtitit per incredulitatem nec ſtatī
paret ex leuitate· eue leuitatem euitās ſimul & du-
ritiam zacharie· Vnde ſequitur· Et cogitabat qua
lis eſſet iſta ſalutatio· non conceptio· Nam ad huc
ignorabat immēſitatem miſterij· ſed ſalutatio· Nū
quid libidinoſa vt a viro· ad virginem· an diuina
dum dei faceret mentionem dicens· Dominus tecū
¶ Ambroſius· Benedictionis etiam nouā formu-
lam mirabatur· que nuſꝙ̃ eſt ante comperta· ſoli-
marie hec ſeruabatur· ¶ Origenes· Si enim ſciuiſ
ſet maria ad alium quempiam ſimilem factum eſſe
ſermonem· vtpote que habebat legis ſcientiā· nun
ꝙ̃ eā q̄ſi peregrinā talis ſalutatio exterruiſſet·

¶ Et ait ei āgelꝰ· ne timeas maria· īueniſti eī gra
tiam aput deum ecce concipies in vtero· & paries
filium· & vocabis nomen eiꝰ ihesum· hic erit mag
nus· & filius altiſſimi vocabitur· Et dabit illi do-
minus deus ſedem dauid patris eius· & regnabit
in domo iacob in eternum· Et regni eius non erit fi-
nis· ¶ Beda· Quia ſalutatione inſolita virginem
turbatam viderat· quaſi familiarius notam vocans
ex nomine· ne timere debeat iubet· Vnde dicit̃· Et
ait ei angelus· ne timeas maria· ¶ Grecus· Quaſi
diceret· non acceſſi decepturus· immo deceptiōis ab
ſolutionem depromere· Non veni predaturus inui-
olabilem tuam virginitatem ſed conditoris puri-
tatis & cuſtodis contubernia reſerare· Nō ſum ſer
pentis miniſter· ſed perimentis ſerpentem legatus
ſponſalium tractator· non inſidiarum molitor· Sic
ergo nequaꝙ̃ diſtrahentibus ipſam conſiderationi
bus vexari permiſit· ne diiudicaretur inſidus mini
ſter negotij· ¶ Chriſoſtomꝰ· Qui autem apud de
um meretur gratiam· non habet quid timeat· Vñ
ſequitur· Inueniſti enim gratiam apd̉ deum· Qua
liter autem illam quiſqꝫ reperiet· niſi humilitate me
diante? humilibus enim dat deus gratiam· ¶ Gre
cus· Inuenit enim gratiam virgo coram deo· quia
ſplendore pudicitie propriam exornans animam·
gratum deo ſe habitaculum preparauit· nec ſolum
celibatum inuiolabilem conſeruauit· ſed etiam im-
maculatam conſcientiam cuſtodiuit· ¶ Origenes·
Inuenerant enim plures gratiam añ eam· Et ideo
ſubdit quod proprium eſt dicens· Ecce concipies ī
vtero· ¶ Grecus· Quod dicitur ecce celeritatem &
preſentiam denotat· inſinuans cum eiꝰ verbo cele-
bratam eſſe conceptionem· Dicit autem· Concipi-
es in vtero· vt demonſtret dominum ab ipſo vte-
ro virginali & de noſtra ſubſtantia carnem ſuſcipe
re· Venit enim diuinum verbum emundaturū na-
turā humanā & partū & nr̃e generatiōis p̃mordia

Et ideo ſine peccato & humano ſemine per ſingu la ſicut nos in carne cōcipit᷑. & nouem menſiū ſpa cio geſtatur ī vtero. ¶ Gregorius Niſenus. Sed qm̄ contingit ſpecialiter diuinum cōcipi ſpiritū. & ſpiritum parere ſalutarem ſcd'm prophetam. Ideo addidit. Et paries filium ¶ Ambroſius. Nō aūt omnes ſunt ſicut maria. vt dū de ſpiritu ſancto con cipiunt. verbū pariāt. Sunt aūt que abortiuum excludāt verbū anteq̄ꝫ pariant. Sunt que in vte ro chriſtū habeāt. ſed nōdum formauerint ¶ Gre gorius. Cum autem exſpectatio partus mulieribꝰ timorē incutiat. ſedat timoris metum dulcis par tus relatio. cum ſubditur. Et vocabis nomen eius iheſuꝫ. ſaluatoris enim aduētꝰ eſt cuiuſlibet timo ris propulſio ¶ Beda. Iheſus autem ſaluator ſiue ſalutaris interpretatur. ¶ Grecus. Dicit autem tu vocabis ñ pater. patre enim caret quantum ad inferiorem generacionem. ſicut & matre reſpectu ſuperne ¶ Cirillus. Hoc autem nomen de nouo fu it verbo impoſitum. natiuitati cōgruens carnis ſe cundū illud propheticū. Vocabit᷑ tibi nomē nouū quod os domini nominauit. ¶ Grecus. Verum quia hoc nomen cōmune ē ſibi cum ſucceſſore moi ſi. Idcirco innuēs angelus q̄ non erit ſcd'm illius ſimilitudinē. ſubiungit. Hic erit magnus. ¶ Am broſius. Dictum eſt quidē eciam de iohanne quia erit magnꝰ. ſed ille quaſi homo magnus. hic qua ſi deus magnꝰ. Late enim funditur dei virtus. la te celeſtis ſubſtantie magnitudo porrigitur. Non loco clauditur. non opinione comprehenditur. non eſtimatōe concluditur. non etate variatur. ¶ Ori genes. Vide ergo magnitudinem ſaluatoris quo modo in toto orbe diffuſa ſit. Aſcende in celos. quo celeſtia repleuerit. Deſcende cogitatōe ad abyſſos et vide eum illuc deſcendiſſe. ſi hoc videris. parit᷑ intueberis opere completum. hic erit magnus.

¶ Grecus. Neq̄ꝫ carnis aſſumptō deitatis derogat celſitudini. ymmo pocius humanitatis humilitas ſublimatur. Unde ſequitur. Et filius altiſſimi vo cabitur. Non vtiq̄ꝫ tu impones vocabulum. ſed ipſe vocabitur. a quo niſi a conſubſtanciali geni tore. Nullus enim filium nouit. niſi pater. Pe nes quem vero infallibilis eſt noticia geniti. nec verus interpres eſt erga impoſitōnem cogruam no minis. Propter quod dicit. hic eſt filius meus di lectus. ab eterno ſiquidē eſt quamuis nunc ad no ſtram doctrinam nomen eius patuerit. Et ideo ait vocabitur. non fiet vel generabitur. Nam & ante ſecula fuerat conſubſtancialis patri. Hunc ergo cō cipies. huius mater efficieris. hūc virginalis cel la concludet. cuius celeſte ſpaciuꝫ capax ñ extitit ¶ Chriſoſtomus. Ceterum ſiquidem enorme qui buſdam videtur deum habitare corpus. Nonne ſol cuius eſt corpus ſenſibile quocunq̄ꝫ radios mittit. nō leditur in propria puritate. Multo ergo magis iuſticie ſol. ex vtero virginali mūdiſſimum corpꝰ aſſumens. non tm̄ contaminatus non eſt. ymmo eciam ipſam matrem ſanctiorem oſtendit. ¶ Gre cus. Et vt virgineꝫ redderet memorem propheta rum. ſubdit. Et dabit illi dominus deus ſedem da uid patris eius. vt noſcat liquido. quoniam qui na ſciturus eſt ab ea ipſe eſt xp̄c quem illi ꝓmiſerūt ex dauid ſemine naſciturum. ¶ Cirillus. Non tm̄ ex ioſeph eſt editum corpus xp̄i mundiſſimum. ſe cundum enim vnam lineam cognacōnis profluxe rant ioſeph & virgo. ex qua formaꝫ humanitatis vnigenitus ſumpſit. ¶ Baſilius. Non autem in materiali ſede dauid ſedit dominus tranſlato iudai co regno ad herodem. ſed ſedem appellat dauid. in q̄ reſedit dn̄s indiſſolubile regnum. Unde ſequitur Et regnabit in domo iacob ineternum ¶ Chriſo᷒ Dicit autem ad preſens domū iacob eos qui de nu mero iudeorum crediderunt in illuꝫ. Ut enim pau lus dicit. Non omnes qui ex iſrahel ſunt hij ſunt iſrahelite. ſed qui ſūt filij ꝓmiſſionis computantur in ſemine ¶ Beda. Uel domum iacob totam eccle ſiam dicit. vel que de bona radice nata. vel cum o leaſter eēt. merito tamem fidei in bonam eſt inſer ta oliuam. ¶ Grecus. Nullius autem eſt ineternū regnare niſi dei ſolius. Quo fit vt & ſi ꝓpter incar natōnem dicatur dauid ſedem accipere tamen idem ipſe inquantuꝫ deus rex eternus agnoſcicur. Se quitur. Et regni eius non erit finis. non ſolum ī quantuꝫ deus eſt. ſed eciam in eo q̄ homo. & in pre ſenti quidem habet regnum multoꝝ. finaliter ve ro vniuerſorum. cum ei omnia ſubiciantur. ¶ Be da. Omittat ergo neſtoriꝰ dicere hominem tm̄ ex virgine natum. & hunc a verbo dei non in vnitate perſone eē receptum. Angelus enim qui eundem ipſum patrem habere dauid. quem filium altiſſimi vocari ꝓnūciat. in duabꝰ naturis vnam criſti per ſonam demonſtrat. Non autem ideo futuri tempo ris verbis angelus vtitur. q̄r ſcd'm hereticos xp̄c ante mariam non fuerit. ſed quia ſecundum ean dem perſonam homo cum deo idem filij nomen ſor titur Sequitur textus

¶ Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud. quoniam virum non cognoſco. et reſpondēs angelus dixit ei. Spiritusſanctus ſuperueniet in te. & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq̄ꝫ & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei.

¶ Ambroſius. Neq̄ꝫ non credere angelo maria de buit. neq̄ꝫ tam temere vſurpare diuina. Unde dici tur. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fi et iſtud. Temperatior eſt iſta reſpōſio q̄ verba ſa cerdotis. Hec ait. Quomodo fiet iſtud. Ille reſpon dit. Unde hoc ſciam. Negat ille ſe credere & quaſi fidei adhuc alium querit autorem. Iſta ſe facere ꝓ fitetur. nec dubitat eſſe faciendum. q̄ quomodo fiat inquirit. Legerat maria. Ecce cōcipiet in vte ro. & pariet filium. ideo credidit futurum. ſed quo modo fieret. ante non legerat. non eniꝫ quemadmo dum fieret. vel prophete tanto fuerat reuelatum. tantum em̄ miſterium nō hoīs fuit. ſed angeli ore

promendum ¶ Gregorius Nisenus. Attede eciam
munde virginis vocem · partum annunciat angel?
ipsa vero virginitati innititur · Prestanciorem in
corruptibilitatem angelica visione dijudicas. Vn
dicit Quoniam virum non cognosco ¶ Basilius
Cognitio multifarie dicitur · dicitur enim cognitio
nostri conditoris sapiencia · ac magnalium suorum
noticia · necnon mandatorum custodia · et que fit
apud eum appropinquatio et copula nupcialis. vt
hic accipitur. ¶ Gregorius Nisenus. Hec igitur
marie verba · indicium sunt eorum que tractabat
in mentis archano · Nam si causa copule coniuga
lis ioseph desponsari voluisset · cur admiratione duc
ta est. dum sibi narratur conceptio · cum nimirum ip
sa prestolaretur ad temp? mater effici iuxta legis
naturam · Verum · qz oblatum corp? deo · quasi quod
dam ex sacris inuiolabile reseruari decebat · Et ideo
dicit · Quoniam vir non cognosco. q. d. Et si sis an
gelus · tamen qp virum cognoscam · ex impossibili
bus cernitur · Qualiter igitur mater ero carens co
iuge? ioseph quidem in sponsum agnoui ¶ Grecus ·
Sed considera qualiter virgini soluit dubium an
gelus · ac explanat intemeratum connubium et in
effabilem partum · Sequitur enim · Et respondens
angelus dixit ei · Spiritussanctus superueniet in
te · ¶ Chrisostomus · Quasi dicat. Non queras or
dinem naturalem · vbi natura transcendunt et supe
rant · que tractantur · Dicis · Quomodo fiet istud · quo
niam virum non cognosco? quinimmo eo ipso contin
get · qp es coniugis inexperta Nam si virum experta
fuisses · non digna censereris hoc misterio · non qz
prophanum sit coniugium · sed qz virginitas potior ·
Decebat enim communem omnium dominum et in nati
uitate nobiscum participare · et ab ea discrepare ·
Qz enim ex vtero nasceretur · habuit commune nobi
scum · Qz autem absqz concubitu nasceretur · plus a no
bis obtinuit · qp beatum corpus illud quod ob exube
rantem mundiciam virginis marie vt videtur donum
anime ad seipsum allexit · In singulis · n · ceteris vix
vtiqz anima sincera sanctispirit? impetrabit presen
ciam · sed nunc caro receptaculum efficitur spiritus
¶ Grego · Nisenus · Tabulas enim nostre nature
quas culpa confregerat · denuo ver? legislator de ter
ra nostra sibi dolauit absqz concubitu diuinitatis sue
corpus susceptibile creans · qd diuinus digit? scul
psit scilicet spiritus superueniens virgini ¶ Chriso
Insuper et virtus altissimi obumbrabit tibi. Altis
simi regis virtus xpc est qui per aduentum spirit?
sancti formatur in virgine ¶ Grego · xviij · mora ·
Per obumbrationis enim vocabulum incarnandi
dei vtraqz natura significatur · Vmbra enim a lu
mine formatur et corpore · Dum autem per diuini
tatem lumen est · quia ergo lumen incorporeum in
ei? erat vtero corporandum · recte ei dicitur · Vir
tus altissimi obumbrabit tibi · idest corpus in te hu
manitatis accipiet · in corporeum lumen diuinitatis ·
hoc enim marie dicitur propter mentis refrigerium

celitus datum ¶ Beda · Non ergo virili qd cogno
scis semine · sed spiritussancti quo impleris opere con
cipies · concupiscencie in te non erit estus · vbi vm
bram faciet spiritussanctus ¶ Gregorius Nisenus
Vel dicit · Obumbrabit tibi · qz sicut corporis vm
bra precedenciu caractere conformatur · ita inditia
deitatis filij ex virtute generandi patebunt · Sicut
enim in nobis quedam viuifica virtus in materia
corporali conspicitur · quare homo formatur sic in
virgine altissimi virtus per viuificantem spiritum
pariter corpori viuificam materiam carnis ex vir
gineo corpore ad formandum nouum hominem as
sumpsit · Vnde sequitur · Ideoqz et quod nascetur ex te
sanctum · ¶ Athanasius · Profitemur enim quo
niam nature humane assumptum ex maria corp?
verissimum extitit · et idem secundum naturam corpori
nostro · soror namqz nostra maria cum omnes ab
Adam descenderimus · ¶ Basilius · Vnde et pau
lus dicit · Quoniam misit deus filium suum natum
non per mulierem · sed ex muliere. Nam hoc quod
dico per mulierem transituram poterat indicare nati
uitatis sentenciam · Quod autem dicitur ex muliere
manifestat communionem nature geniti respectu pa
rentis · ¶ Gregorius · xviij · mora · Ad distinctionem
autem nostre sanctitatis ihesus singulariter sanct?
nasciturus asseritur · nos quippe et si sancti effici
mur · non tamen nascimur · qz ipsa nature corrup
tibilis cognatione constringimur · Ille autem sol?
veraciter sanctus est · qui ex coniunctione carnalis
copule conceptus non est · Qui non sicut heretic? de
sipit · alter in humanitate · alter in deitate est · vt
purus homo conceptus atqz editus · et post per me
ritum vt deus esset · accepit · Sed nunciante angelo
et adueniente spiritu · mox verbum in vtero · mox
intra vterum verbum caro Vnde sequitur · Voca
bitur filius dei · ¶ Grecus · Tu autem attende qua
liter virgini angelus totam trinitatem edidit · dum
spiritumsanctum commemorat · virtutem · et altissimum
trinitas enim indiuisibilis est textus
¶ Et ecce elisabeth cognata tua et ipsa concepit fi
lium in senectute sua · et hic mensis est sextus illi
que vocatur sterilis · qz non erit impossibile apud
deum omne verbum · Dixit autem maria · Ecce ancil
la domini · fiat mihi secundum verbum tuum · Et
discessit ab illa angelus · ¶ Chrisostomus · Quoni
am precedens dictum superabat virginis mentem
ad humiliora declinauit sermonem per sensibilia
ipsi suadens · Vnde dicit · Et ecce elisabeth cognata
tua · Animaduerte gabrielis industriam · non me
morauit eam sare vel rebecce vel rachelis quia an
tiquiora erant exempla · sed imminens factum in
ducit vt eius mentem corroboret · et ob hoc et eta
tem commemorauit · cum dicit · Et ipsa concepit filium
in senectute sua Et defectum nature · Sequitur · n · Et
hic mensis est sext? illi que vocatur sterilis · Non · n · a prin
cipio concept? elisabeth stati annunciauit · sed acto sex
mensium spacio · vt tumor ventris probibeat argumentum

¶ Gregorius Nazianzenus. Sed queret aliquis.
Qualiter ad dauid xp̄c refertur. Siquidem maria
de ſanguine manauit Aaron. cuius cognatã ange
lus elizabeth aſſeruit. ſed hoc nutu ſuperno cõtigit
vt regium genus ſacerdotali ſtirpi iungeretur vt
xp̄c qui rex eſt & ſacerdos ab vtriſq; ſcd̕m carnem
naſceref. Legit & in Exodo. Quomã aarõ prim⁹
ſcd̕m legem ſacerdos duxit ex tribu iude cõiugem
elizabeth filiam aminadab. & attende ſacratiſſimã
ſpũs adminiſtratõem. dum & hanc zacharie coniu
gem ſtatuit eliſabeth vocari. reducens nos ad illã
eliſabeth quam duxerat aaron ¶ Beda. Sic ergo
ne virgo ſe parere poſſe diffidat. accepit exemplũ
ſterilis anus pariture. vt diſcat omnia deo poſſibi
lia. eciam que nature ordine videntur eẽ contraria
Vnde ſequit. Quia non erit impoſſibile apud deũ
omne verbum ¶ Criſoſto. Ipſe namq; cũ ſit natu
re dñs cuncta poteſt. cum velit. qui cũcta peragit
& diſponit. vite mortiſq; loca gubernans. ¶ Au
guſtin⁹ cõtra fauſtum. Quiſquis autem dicit. Si
omnipotens deus eſt. faciat vt ea que facta ſunt.
facta non fuerint. non percipit ſe dicere. vt ea que
vera ſũt. eoipſo q2 vera ſunt. falſa ſint. Poteſt em̄
facere q2 aliquid non ſit. quod erat. velut cum ali
quem qui cepit eẽ naſcendo. faciat non eẽ moriendo
Quis aũt dicat vt id quod iam non eſt. faciat non
eẽ. Quicquid enim preteritũ eſt iam non eſt. ſi de ip
ſo fieri aliquid poteſt. adhuc eſt de quo fiat. Et ſi
eſt. quomodo preteritũ ẽ? non ergo ẽ. qd̕ vere dix
imus fuiſſe. ſed ideo verũ eſt illud fuiſſe. quia in no
ſtra ſentẽtia verũ eſt. non in ea re que iam non eſt
hanc autẽ ſentẽtiã deus falſam facere non poteſt.
Omnipotentem aũt deum non ita dicimus ac ſi eũ
etiã mori poſſe credamus. Ille plane omnipotens
vere ſolus dicit. qd̕ vere eſt. etiã a quo ſolo ẽ quic
quid aliquo modo eſt ¶ Ambroſius. Vide autem
humilitatem virginis. vide deuotõem. Sequitur
em̄. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini. An
cillam ſe dicit que mater eligitur. nec repentina ex
altata promiſſione eſt. Mitem. n. humilemq; pari
tura. humilitatem debuit etiam ipſa preferre. ſimul
eciam ancillam ſe dicendo nullã ſibi prerogatiuaz
tante gratie vendicauit. quin faceret. quod iubere
tur. Vnde ſequitur Fiat mihi ſcd̕m verbum tuuz
Habes obſequium. vide votuz. Ecce ancilla domi
ni apparatus officij eſt. Fiat michi ſcd̕m verbum
tuum. conceptus eſt voti ¶ Euſebius. Alius aliud
Quiddã in preſenti ſermone virginis extollet api
cibus. hic quidam cõſtanciã. hic obediencie prom
titudinem. alius q2 non allecta eſt tam ſplendidis
et arduis per magnum archangelũ promiſſis polli
citis. alius q2 non exceſſit modum in dando inſtan
cias. ſed eq̃liter cauit & eue leuitatem & zacharie
inobedientiam. mihi aũt humilitatis profunditas
non minus cõſpicitur admiranda ¶ Gregorius.
xviij. mora. Per ineffabile namq; ſacramentum
concepto ſancto partu inuiolabili ſcd̕m veritatez
vtriuſq; nature eadem virgo ancilla domini fuit et
mater ¶ Beda. Accepto autem virginis conſenſu
mox angelus celeſtia repetit. Vnde ſequit. Et di
ſceſſit ab illa angelus ¶ Euſebius. Non ſolum im
petrans quod optabat. ſed ſtupẽs in virginea for
ma & virtutis plenitudine. Sequitur textus

¶ Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in
montana cum feſtinatõe in ciuitatem iuda. & ĩtra
uit domum zacharie. & ſalutauit eliſabeth. Et
factum eſt vt audiuit ſalutatõnem marie eliſabeth
exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpũ
ſancto elizabeth. & exclamauit voce magna. & di
xit. Benedicta tu in mulierib⁹ & benedictus fruc
tus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mat
domini mei ad me? ecce enim vt facta eſt vox ſalu
tatõnis tue in aurib⁹ meis. exultauit in gaudio in
fans in vtero meo. Et beata que credidiſti quomã
perficientur ea que dicta ſunt tibi a domino. ¶ Am
broſius. Angelus cum abſcondita nunciaret vt fi
des aſtrueretur exemplo femine ſterilis conceptũ
virginis nunciat. Vbi hoc audiuit maria nõ qua
ſi incredula de oraculo nec quaſi incerta de nuntõ
nec quaſi dubitans de exemplo. ſed quaſi leta pro
voto. religioſa pro offitõ. feſtina pre gaudio ĩ mõ
tana perrexit. Vnde dicitur. Exurgẽs aũt maria
in dieb⁹ illis abijt in montana. Quo enim iam deo
plena niſi ad ſuperiora cũ feſtinatõe conſcenderet?
¶ Origenes. Iheſus enim qui in vtero illius erat
feſtinabat adhuc in ventre matris Iohannem poſi
tum ſanctificare. Vnde ſequitur. Cum feſtinatõe
¶ Ambroſius. Neſcit tarda molimina ſpiritusſan
cti gracia. Diſcite virgines non demorari in pla
teis non aliquos in publico miſcere ſermones.
¶ Theophilus. Propter hoc abijt in montana.
quia zacharias in montanis habitabat. Vnde ſe
quitur. In ciuitatem iuda. & intrauit domũ zach
arie. ¶ Ambroſius. Diſcite vos ſancte mulieres
ſedulitatem quam pregnantib⁹ debeatis exhibere
cognatis. Mariam autem que ſola in intimis pene
trabilibus verſabatur. non a publico virginitatis
pudor. non a ſtudio aſperitas montium. non ab
offitõ prolixitas itineris retardauit. Diſcite eciã
virgines humilitatem marie venit propinqua ad
proximam. iunior ad ſeniorem. Nec ſolum venit
ſed et prior ſalutauit. Vnde ſequitur. Et ſaluta
uit elizabeth. Decet enim vt quanto caſtior vir
go tanto humilior ſit. noueritq; deferre ſeniorib⁹
Sit magiſtra humilitatis in qua eſt profeſſio ca
ſtitatis. Eſt eciam cauſa pietatis. quia ſuperior
venit ad inferiorem. vt inferior adiuuetur. Maria
ad eliſabeth. Criſtus ad iohannem. ¶ Chriſo
ſtomus. ſuper matheum. Vel aliter celabat que
ſupradicta ſunt in ſe virgo. nec cuiquam hominũ
pandit. non enim credebat ab alijs poſſe fidem ad
hiberi mirandis relatibus. ymmo magis putabat
ſe pati conuitia ſi diceret. quaſi volens ſcelus pro
prium palliare ¶ Grecus. Ad ſolam autez refugit

Eliſabeth. Hic enim conſueuerat ꝓpter cognationē
et ꝓpter ceteram huiuſmodi coniunctionem ¶ Am
broſius. Cito autem euentus marie & preſentie do
minice beneficia declarantur. Nam ſequitur. Et fa
ctum eſt vt audiuit ſalutatōnem marie eliſabeth.
exultauit infans in vtero eius. Vide diſtinctionē
ſingulorumqꝫ verborum ꝓprietates. Vocem prior
eliſabeth audiuit. ſed Johannes prior graciam ſen
ſit. Illa nature ordine audiuit. iſte exultauit raci
one myſterij. Illa marie. iſte domini ſenſit aduen-
tum. ¶ Grecus. Propheta enī parente acutius vi
det. & audit. ſalutatqꝫ ꝓphetatum. ſed quoniā ver
bis non poterat. ſaltat in vtō. quod maximum ex
iſtit in gaudio. quis vnq̃ nouit tripudium nati-
uitate antiquius? Inſinuauit gracia quē nature ig
nota extiterant. recluſus ventre miles agnouit do
minum. ac regem oriturum. ventris tegmine non
obſtante miſtice viſioni. Inſpexit enim nō palpe-
bris. ſed ſpiritu. ¶ Origenes. Non autem antea
repletus fuerat ſpiritu donec aſſiſteret. que xp̄m
gerebat in vtero. Tunc autem & ſpiritu erat ple
nus et reſultabat in parēte. Vnde ſequitur. Et re
pleta eſt ſpirituſancto eliſabeth. Non aūt dubium
eſt. quin que tunc repleta eſt ſpirituſancto. ꝓpter
filium ſit repleta ¶ Ambrō. Illa autem que ſe oc
cultauerat. & conceperat filium. iactare ſe cepit qꝛ
generabat ꝓphetam. & que erubeſcebat ante. bene
dicit. Vnde ſequitur. Et exclamauit voce magna
et dixit. Benedicta tu inter mulieres. Magna vo
ce clamauit. verbi domini ſenſit aduētum. quia re
ligioſum credidit partum ¶ Origenes. Dicit aūt
Benedicta tu inter mulieres. Nulla enim vnq̃ tā
te fuit gracie particeps aut eē poterit. Vnus enim
diuini germinis parens eſt vnica. ¶ Beda. Eadē
autem voce ab eliſabeth qua a gabriele benedicit̃.
quatenus & angelis & hominibꝰ veneranda mon-
ſtretur ¶ Theophilus. Quia vero alie ſancte mu
lieres fuerunt que tamen genuerunt filios peccato
inquinatos. ſubiungit. Et benedictus fruct? ven
tris tui. Vel aliter intelligitur. dixerat. Benedic
ta tu inter mulieres. Deinde quaſi interrogāte ali
quo quare? ſubiungit. Et benedictus fructus ven
tris tui. ſicut dicitur in pſalmo. Benedict? qui ve
nit in nomine domini deus dominus & illuxit nob.
Conſueuit enim ſacra ſcriptura et. pro qꝛ recipere.
¶ Origenes. Fructū autem ventris dei genitricis
dn̄m dixit. qꝛ nequaq̃ ex viro. ſed ex ſola maria
proceſſit. Nam qui ſemen ſumpſerunt a patribus
fructus eorum exiſtunt ¶ Grecus. Sol? ergo hic
fruct? bn̄dictus. qꝛ & abſqꝫ viro & abſqꝫ peccato
ꝓducit̃. ¶ Beda. Iſte eſt fructus qui dauid pro
mittitur. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedē
tuam. ¶ Seuerus. In qua parte emergit eutycis
redargutō dum fructus ventris xp̄c aſſeritur. Om
nis enim fructus eſt eiuſdem nature cum planta.
Vnde & virginem relinquitur eiuſdem fuiſſe natu
re cum ſecundo adam qui tollit peccata mundi.

Sed & qui phantaſticam opinionem de carne cri
ſti confingunt. in vero dei genitricis partu erube-
ſcant. Nam ipſe fructus ex ipſa ſubſtancia proce
dit arboris. Vbi ſunt eciam dicentes quaſi per aq̃
ductum xp̄m tranſiſſe per virginem. aduertant ex
dictis eliſabeth quam repleuit ſpiritus. xp̄m fruc
tum fuiſſe ventris. Sequitur. Vnde hoc michi
vt veniat mater domini mei ad me ¶ Ambroſius
Non quaſi ignorans dicit. Scit enim eſſe ſancti
ſpiritus gratiam. & operatōnem vt mater domini
matrem prophete ad profectum ſui pignoris ſalu
tet. ſed quaſi non humani hoc meriti. ſed diuine
gracie munus eſſe cognoſcat. ita dicit. Vnde hoc
mihi. hoc eſt qua iuſticia. quibꝰ factis. pro quibꝰ
meritis. ¶ Origenes. Conuenit autem hec dicēs
cum filio. nam & iohannes indignum ſe ſentiebat
aduentu criſti ad ipſum. Matrem autem domini
nuncupat adhuc virginem exiſtentem. preoccu-
pans euentum ex dicto prophetico. Diuina autem
promiſſio duxerat mariam ad eliſabeth. vt Johan
nis teſtimonium ab vtero perueniret ad dominum
Et tunc enim iohannem dominus in prophetam
conſtituit. Vnde ſequitur. Ecce enim vt facta eſt
vox ſalutatōnis tue in auribus meis exultauit in-
fans in vtero meo. ¶ Auguſtinus ad dardanum
Hoc autem vt diceret ſicut euangeliſta prelocut?
eſt. repleta eſt ſpiritu ſancto. quo proculdubio re-
uelante cognouit. quid illa exultatō ſignificaſſet.
īfantis enim illius veniſſe matrem. cuius ipſe pre
curſor & demonſtrator eſſet futurus. Potuit ergo
eē iſta ſignificatō rei tante a maioribus cognoſcen
de non a paruulo cognite. non enim dixit. exulta
uit in fide infans in vtero meo. ſed exultauit in
gaudio. Videmus autem exultatōnem non ſoluꝫ
paruulorum. ſed etiam pecorum. non vtiqꝫ de ali-
qua fide vel religione vel quacunqꝫ ratōnabili cog
nitōne venientem. ſed hec inuſitata & noua exti
tit. quia in vtero & eius aduentu que omnium ſal
uatorem fuerat paritura. Ideo hec exultatō & tam
quam matri domini reddita reſalutatō ſicut ſolent
miracula fieri. facta eſt diuinitus in infante. non
humanitus ab infante. q̃q̃ etiam ſi vſqꝫ adeo in
illo puero eſt acceleratus vſus ratōnis & volunta
tis. vt intra viſcera materna iam poſſet agnoſcere
credere. conſentire. Eciam hoc in miraculis ha-
bendum diuine potentie. non ad humane trahen
dum exemplar nature. ¶ Origenes. Venerat au
tem mater domini viſura eliſabeth miraculoſum cō
ceptum quem retulerat angelus. vt per hoc ſequa
tur credulitas pocioris ad virginem manaturi Et
ad hanc fidem facit ſermo eliſabeth dicentis. Et be
ata que credidiſti. quoniam perficientur ea que di-
cta ſunt. tibi a domino. ¶ Ambroſius. Vides
minime dubitaſſe mariam. ſed credidiſſe. & ideo
fructum fidei conſecutam. ¶ Beda. Necmirum.
ſi domin? redempturus mundum. opatōem ſuā in
choauit a mr̄e. vt p quā ſal? oībꝰ parabat̃. eadem

perſona fructum ſalutis hauriret ex pignore ·
¶ Ambro · Sed & vos beati qui audiuiſtis & cre
didiſtis · Quecunqꝫ enim crediderit aīa & cōcipit
et generat dei verbū & opera eiꝰ agnoſcit ¶ Beda
Omnis autem anima que verbum dei mente con
cepit · virtutum ſtatim celſa cacumina greſſu
conſcendit amoris · quatenꝰ ciuitatem iuda · i · cōfeſ
ſionis & laudis arcem penetrare & vſqꝫ ad pfectō
nem fidei · ſpei & caritatis · quaſi trib9 in ea menſi
bus valeat cōmorari ¶ Grego · ſup ezech · Simul
et de preterito & de preſenti & de futuro per ꝓphecie
ſpiritū tacta ē · que & eam ꝓmiſſionib9 angeli cre-
didiſſe cognouit · & matrē nominās q̃ redemptorez
humani generis in vtero portare intellexit · eciam
cū omnia perficienda prediceret · quid eciam de fu
turo ſequeret aſpexit · Sequitur textus
¶ Et ait Maria · Magnificat anima mea dominuꝫ
¶ Ambro · Sicut peccatum a mulierib9 cepit · ita
& bona a mulierib9 inchoant · Vnde non ocioſum
videt ꝙ & ante Iohannē eliſabeth ꝓphetizat · &
Maria ante domini generatōem · Sequit autem vt
Marie quo pſona melior · eo ꝓphecia ſit plenior
¶ Baſilius · Virgo eni intentōe ſublimi ac ſpecu-
latōe ꝓfunda immenſitatem cōtemplans miſterij ·
quaſi ꝓfundius gradiens magnificat deū · Vn̄ dici
tur · Et ait Maria · Magnificat anima mea dominū
¶ Grecus · quaſi diceret Mirabilia que deus p̄nū
ciauit · in meo corpore exercebit · ſed anima mea in
fructuoſa apud deum non erit · Conuenit aūt mihi
et voluntatis fructū afferre · Nam quantū amplo
decorꝫ miraculo tantū teneor glorificare in me mira
bilia operantē ¶ Origenes · Si aūt dn̄s nec aug
mentum nec detrimentum recipere poteſt · quid eſt
quod Maria loquit · Magnificat anima mea domi
num ? Sed ſi conſiderē dn̄m ſaluatorē ymaginē eē
inuiſibilis dei · & animam factam ad eius ymaginē
vt ſit ymago ymaginis · tunc videbo qm̄ in exem
plo eoꝝ qui ſolent ymagines pingē · qn̄ magnifica
uero animam meaꝫ · opere · cogitatōe · ſermone · tūc
ymago dei grandis efficit · vt ipſe dn̄s cuiꝰ yma
go eſt in anima mea magnificatur · Textus
¶ Et exultauit ſpūs meus in deo ſalutari meo
¶ Baſilius · Primꝰ ſpūs fructꝰ ē pax & gaudiuꝫ
Quia ergo virgo ſancta totam ſibi hauſerat ſpūs
gratiam · merito ſubiungit · Et exultauit ſpūs me
us in deo ſalutari meo · Idem animam dicit & ſpm̄
Conſueta aūt in ſcripturis exultatōnis ꝓlatō · inſi
nuat alacrē quendā & iocoſū habitū anime in hijs
qui digni ſūt · Proinde virgo exultat in domino in
effabili cordis tripudio · & reſultatōne in ſtrepitu
honeſti effectꝰ · Sequit · In deo ſalutari meo ·
¶ Beda · Quia eiuſdem Ihesu · i · ſaluatoris ſpūs
virginis · eterna diuinitate letatur · cuius caro tē-
porali conceptōe fetat · ¶ Ambroſius · Magnificat
ergo anima Marie dominum · & exultat ſpiritus
eius in deo · eo ꝙ anima & ſpū patre filioqꝫ deuota
vnum deum per quē omnia pio venerant affectu ·
Sic autēꝫ in ſingulis Marie anima vt magnificet
dominum · Sit in ſingulis ſpiritus Marie vt exul
tet in domino · Si ſcdm carnē vna mater eſt xp̄i ·
ſcdm fidem tamen omnium fructus eſt xp̄c · Om
nis enim anima accipit dei verbum · ſi tamen im
maculata & immunis a vicijs ītemerata caſtimo
nium pudoris cuſtodiat · ¶ Theophilus · Ille au
tem deum magnificat qui digne ſequitur criſtum
et dum criſtianus vocatur · criſti non minuit dig-
nitatem magna & celeſtia operando · et tunc ſpiri
tus eius ideſt ſpirituale criſma exultabit ideſt per
ficiet · & non mortificabitur ¶ Baſilius · Si quan
do vero lux in cor ſuum irrepſerit & ad deum dili-
gendum & contempnenda corporea · per illam ob-
ſcuram & breuem ymaginem perfectam percipere
iuſtorum conſcientiam abſqꝫ vlla difficultate con
ſequencium in domino gaudium · ¶ Origenes ·
Prius autem anima magnificat dominum vt po
ſtea exultet in deo · niſi enim antea crediderimus
exultare nō poſſumꝰ Sequitur textus
¶ Quia reſpexit humilitatem ancille ſue · ecce eniꝫ
ex hoc beatam me dicent omnes generationes ·
¶ Grecꝰ expoſitor · Cauſā manifeſtat cur ſe mag
nificare deum deceat · ac exultare in illo dicens ·
Quia reſpexit humilitatem ancille ſue · quaſi di-
ceret · Ipſe prouidit non ego expectaui · humilib9
eram contenta · Nunc autem ad ineffabile conſiliū
eligor · & exaltor de terra ad ſidera · ¶ Auguſtinꝰ
in ſermone de aſſumptione · O vera humilitas · que
deum hominibus peperit · vitam mortalibus edidit
celos innouauit · mundum purificauit · paradiſum
aperuit · & hominum animas liberauit · Facta eſt
Marie humilitas ſcala celeſtis · per quam deus de
ſcendit ad terras · Quid enim eſt dicere reſpexit ·
niſi approbauit · Multi enim videntur in conſpectu
hominum humiles eſſe · ſed eorum humilitas a do
mino non reſpicitur · Si enim veraciter humiles
eſſent · deinde ab hominibus non ſe laudari vellēt ·
non in hoc mundo · ſed in deo ſpiritus eorum exul
taret · ¶ Origenes · Sed quid humile atqꝫ deiectū
que dei filium geſtabat in vtero ? Sed conſidera
quoniam humilitas in ſcripturis vna de virtutibꝰ
predicatur · que a philoſophis modeſtia dicitur ·
Sed & nos eam poſſumus appellare quodam cir
cuitu · cum aliquis non eſt inflatus · ſed ipſe ſe de
icit · ¶ Beda · Cuius autem humilitas reſpicitur
recte beata ab omnibus cognominatur · Vnde ſe
quitur · Ecce enim ex hoc beatam me dicent om̄es
generatōnes · ¶ Athanaſius · Si enim ſecundum
prophetam · Beati ſunt qui habent ſemen in ſion ·
et proximos in hieruſalem · quantum debet eſſe
preconium diuine ac ſacroſancte virginis Marie ·
que ſecundum carnem vbi genitrix eſt effecta
¶ Grecus · Non autem ſe beatam appellat inani
vexata gloria · Vnde enim focus in ipſa ſuperbie
que ſe ancillā dn̄i nūcupauit · ſꝫ ſacro tacta ſpū q̄
futura ſūt pſciuit ¶ Beda · Decebat · n · vt ſicut per

ſuperbiam primi parentis mors in mundum intra
uit · ita per humilitatem Marie vite introitus vi-
deretur · Theophil⁹ · Et ideo dicit omnes gene
ratiões · Non ſolum Eliſabeth · ſed etiam omnes
credentium natiões ſequit² textꝰ

Quia fecit mihi magna qui potẽs eſt · & ſanctũ
nomen eius. Theophi. Oſtendit virgo nõ per
ſuam virtutem ſe beatam predicandã · ſed cauſam
aſſignat dicens · Quia fecit mihi magna qui potẽs
eſt. Que tibi magna fecit ? credo vt creatura ede-
res creatorem · famula dominũ generares. vt per
te mundum deus redimeret · per te illuminaret · ꝑ
te ad vitam reuocaret · Titus · Quomodo vero
magna niſi ꝙ manens illibata concipio ſuperans
nutu dei naturã Digna reputata ſum viro · nõ quo
modocũqꝫ genetrix effici · ſed vnigeniti ſaluatoris
Beda. Reſpicit autẽ hoc ad inicium carminis
vbi dictum eſt. Magnificat anima mea dominum.
Sola enĩ anima illa cui dñs magna facere dignat᷑
dignis eũ preconijs magnificare poteſt. Titus
Dicit autem Qui potens eſt · vt ſi quis diffidat in
cõceptiõis negotiõ · dum virgo manens concepit ·
retorqueat miraculum ad potenciam operãtis · Nec
qꝛ vnigenitus acceſſit ad feminã · ex hoc inquinat᷑
qꝛ ſanctum eſt nomen eius. Baſilius · Sanctũ
vero dicit᷑ nomen dei · non qꝛ in ſillabis quandam
ſignificatiuam virtutẽ cõtineat · ſed qꝛ quomodoli
bet dei ſpeculatiõ ſancta dinoſcit᷑ & ſincera · Be
da · Singularis enim potentie diuine tranſcendit
omnez creaturam & ab vniuerſis que fecit lege ſe
gregatur · quod greca locutiõne melius intelligitur
In quo ipſum verbum quod dicit᷑ agion quaſi ex
tra terram eẽ ſignificat · ſequit² textꝰ

Et miſericordia eius a progenie in progenies ti
mentibꝫ eum Beda. A ſpecialibꝫ ſe donis ad ge-
neralia dei iudicia cõuertens · tocius humani gene
ris ſtatum deſcribit ſubdens · Et miſericordia eius
a progenie in progenies timentibꝫ eum · quaſi dice
ret · Non ſolum mihi fecit magna qui potens eſt.
ſed & in omni gente qui timet deum acceptus eſt
illi · Origen · Miſericordia enim dei vt dicit Au
guſtinus · Non in vna generatiõe · ſed in ſempiter
num extenditur a generatiõe in generatiõem Gre
cus · Et miſericordia eius quam habet in generati-
one generatiõnum · ego concipio · ac ipſe corpori ani
mato cõiungitur · Noſtram tractans ſalutem ſoli⁹
intuitu pietatis · Miſeretur aũt non qualitercũqꝫ
ſed hijs quos timor eius cõpeſcuit in qualibet nati
one. Vnde dicit᷑ · Timentibꝫ eum · qui ſcilicet pe
nitencia ducti & ad fidẽ & penitenciam cõuertunt᷑
Nam qui obſtinati ſunt · incredulitatis vitiõ · clau
ſerunt ſibi ianuam pietatis · Theophilus · Vel
per hoc innuit ꝙ timẽtes miſericordiam conſequẽ
tur in generatiõe iſta · ideſt in preſenti ſeculo & fu
turam ideſt in ſeculo futuro · In hoc ſeculo centu-
plum accipientes · in illo vero multo maiora Tex
Fecit potenciã in brachio ſuo diſperſit ſupbos
mente cordis ſui · Beda · Humani generis ſtatũ
deſcribens quid ſuperbi & quid humiles mereãtur
oſtendit dicens · Fecit potentiam in brachio ſuo · i ·
ĩ ipſo dei filio · Sicut · n · tuum brachium eſt q̊ ope
raris · ſic brachium dei dictum eſt eius verbũ · per
quod operatus eſt mundum · Origenes · Timen
tibus autez ſe fecit potenciã in brachio ſuo · qꝛ licꝫ
infirmus ad deum acceſſeris · ſi timueris eum · pro
miſſam virtutem cõſequeris · Theophilus · In
brachio ſuo ſcilicet eius filio incarnato potenciam
fecit · qꝛ natura deuicta eſt virgine parente & deo
humanato · Grecus · Vel dicit fecit · pro faciet
potenciam · non vt dudum per moiſen cõtra egip
cios · nec per angelum puta · quando multa milia
rebellium proſtrauit Aſſyriorum · nec quoqꝫ alio
mediante · niſi in ꝓprio brachio triumphum docu
it intelligibiles hoſtes ſuperando. Vnde ſequitur
Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui · ſcilicet quam
libet mentem elatam · non parentem eius aduentui
quin etiam aperuit & vicioſas oſtendit ſuperbas
cogitatiões eorum · Cirillus · Magis autẽ ꝓprie
demonum hoſtili caterua intelligenda ſũt hic · hos
enim ſeuientes in terra diſſipauit aduemens domi
nus · & compeditos ab eis obedientie ſue reſtituit ·
Theophilus · Poteſt eciam hoc de iudeis intel-
ligi · quos in omnem diſperſit regionem · ſicut nũc
diſperſi ſunt · Sequitur textus

Depoſuit potentes de ſede · & exaltauit humi-
les · Beda · Quod dixit · fecit potenciam in bra
chio ſuo · & quod premiſerat · Et miſericordia eius
a progenie in progenies · His verſiculis per ſingu
la continuata eſt annectendum · qꝛ ſcilicet per om
nes ſeculi generatiões & perire ſuperbi & humiles
exaltari · pia iuſtaqꝫ diuine potentie diſpenſatiõne
non ceſſant · Vnde dicitur · Depoſuit potentes de
ſede & exaltauit humiles Cirillus · Magna ſapi
ebant demones & dyabolus gentilium ſapientes
pharisei & ſcribe · hos tñ depoſuit erexitqꝫ humili
antes ſe ſub potenti manu dei · dans illis virtutem
calcandi ſerpẽtes & ſcorpiones · omnẽqꝫ poteſtatẽ
inimici · Erãt & quandoqꝫ iudei poteſtate ſuperbi ·
ſed proſtrauit hos incredulitas · Ex gentibꝫ autem
ignobiles & humiles per fidem ad apicem conſcen
derũt Grecus · Deitatis enim tribunal noſter in
tellectus eẽ cognoſcitur · ſed inique virtutes poſt
tranſgreſſionẽ incubuerũt precordijs prothoplaſti
tamqꝫ in proprio ſolio · Ob hoc ergo venit domin⁹
ſpiritus iniquos eiecit a ſedibꝫ voluntatũ & ꝓſtra
tos a demonijs exaltauit · eoꝝ cõſciencias purgans
et eoꝝ mentem ſtatuens ꝓpriam ſedẽ · Textꝰ

Eſurientes impleuit bonis & diuites dimiſit in
anes Gloſa · Quia humana proſperitas precipue
in honoribꝫ potẽtatuũ · & in abũdancia diuiciaꝝ cõ
ſiſtẽ vid᷑ · poſt deiectionẽ potenciũ · & exaltatiõem
hũiliũ · & diuitũ exīanitõe · & paupũ repletiõe mẽti
onẽ facit di · Eſuriẽtes ĩple · bo · & di · dimi · inanes
Baſil · Diſponit quidẽ nos pñs verbũ etiã q̊ ad

ſenſibilia edocens rerum mūdanaꝝ incertitudinē
Caduca ſiquidem ſunt hec. ſicut vnda que ab im
petu ventoꝝ hincinde diffundit. intellectualiter
autē ſumendo eſuriebat genus humanū exceptis
iudeis. hos namqꝫ ditauerat legis traditō & ſan
ctorum dogmata ꝓphetaꝝ. Quia vero non humi
lit deſerūt vbo humanato dimiſſi ſunt inanes. ni
hil deferentes. non fidem. non ſcienciā & ſpe bono
rum priuati ſūt. & a terrena hieruſalē & a vita fu
tura excluſi. Quos vero de gentibꝫ fames & ſitis
cōtriuerat. cū heſiſſent domino repleti ſūt ſpirita
libꝫ bonis. Gloſa. Qui eciam eterna toto ſtudio
quaſi eſurientes deſiderāt. ſaturabunt. cū xpc ap
paruerit in gloria. ꝫ qui terrenis gaudent in fine
tucius beatitudinis inanes dimittent. Textus
Suſcepit iſrahel puerū ſuū recordat᷒ miſericor
die ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros abra
ham & ſemini eius in ſecula. Gloſa. Poſt ge
neralem diuine pietatis & iuſticie cōmemoratōem
ad ſingularem noue incarnatōis diſpenſatōeꝫ con
uertit verba dicens. Suſcepit iſrahel puerū ſuuꝫ
quaſi medic᷒ egrum. viſibilis in homines factus
vt faceret iſrahel idest videntem deum pueruꝫ ſu
um. Beda. Obedientem ſcilicet & humilem. nā
qui cōtemnit humiliari. non poteſt ſaluari. Ba
ſilius. Iſrahel. n. dicit non materialem quem ſola
nobilitabat appellatō. ſed ſpiritaleꝫ q̄ nomen fidei
retinebit. habēs oculos tendentes ad deum viden
dum per fidem. poteſt eciam ad iſrahel carnalem
hoc adaptari. cum ex eo infiniti crediderunt. Hoc
aūt fecit recordat᷒ miſericordie ſue. Hoc. n. ipleuit
qḋ Abra. pmiſ. di. qm̄ bn̄dicentur in ſemine tuo
omnes cognitōes terre. Huius ergo promiſſionis
dei genitrix recordata dicebat. Sicut locutus eſt
ad patres noſtros abraham & ſemini eius in ſecu
la. Nam & abrahe dictum eſt. Statuā pactū meū
inter me & te. & int̄ ſemē tuū poſt te in generatō
nibꝫ ſuis federe ſempiterno. vt ſim de᷒ tu᷒ & ſemi
nis tui poſt te. Beda. Semen aūt dicit non tam
carne ꝓgenit᷒ q̄ꝫ fidei eius veſtigia ſecutus. qui
bus aduentus ſaluatoris in ſecula ꝓmiſſus eſt
Gloſa. Quia ipſa promiſſio hereditatis nullo
fine claudet. & vſqꝫ in finem ſeculi credentes non
deerunt. & beatitudinis gloria erit perhennis
Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus
tribus & reuerſa eſt in domum ſuam. Ambro.
Tamdiu manſit Maria q̄diu Eliſabeth pariendi
tempus impleret. Unde dicit. Māſit autē Maria
cum illa quaſi tribꝫ mēſibꝫ. Hiero. In ſexto eniꝫ
menſe conceptōnis precurſoris venit angelus ad
Mariam que manſit cū Eliſabeth menſibꝫ tribus
et ſic nouem menſes implent. Ambro. Non at
ſola familiaritas eſt cauſa qꝫ diu manſit. ſed etiā
tanti nati ꝑfectio. Nam ſi primo ingreſſu tantus
ꝓgreſſus extitit vt ad ſalutatōꝫ Mar. exultaret i
fans in vtero. repleret ſpirituſancto mater infan
tis. quantū putamus vſu tanti tēporis ſancte Ma
rie addidiſſe preſentiam. Bene ergo inducitur ꝫ
exhibuiſſe officium & miſticū numeruꝫ cuſtodiſ
ſe. Beda. Anima. n. caſta que ſpiritalis verbi
deſiderium concipit. neceſſe eſt vt alta celeſtis ex
ercitus iuga ſubeat. & quaſi trium menſium dies
ibi demorata. quouſqꝫ fidei & ſpei & caritatis luce
radietur. perſeuerare non deſiſtat. Theophilus
Quādo vero Eliſabeth paritura erat virgo receſſit
Unde ſequit. Et reuerſa eſt in domum ſuā. ſcili
cet ꝓpter multitudinem que ad partum cōgregari
debebat. Inconueniēs auteꝫ erat in talibꝫ virginē
eē preſentem. Grecus. Mos enī eſt virginibus
cedere. quociens pregnās parit. vt aūt ꝓpriā ap
plicuit domū. alio qui dē nullaten᷒ abījt. ibi vero
manebat vlterius donec adeſſet part᷒ horā cogno
uit. ibiqꝫ ioſeph dubitans ab angelo edocet. Textus
Eliſabeth aūt impletū eſt tempus pariendi. & pe
perit filium. & audierūt vicini & cognati eius qꝫ
magnificauit domin᷒ miſericordiam ſuā cū illa. &
congratulabant ei. Ambroſius. Si diligenter
aduertas. plenitudinis verbum. nuſqꝫ inuenies
poſitum niſi in generatōe iuſtorum. Unde & nūc
dicitur. Eliſabeth autem impletū eſt temp᷒ pari
endi. Plenitudinem enim habet iuſti vita. inanes
autem ſunt dies ipiorum. Criſoſtomus. Idcir
co autem deus Eliſabeth partum retardauit. vt
gaudium augeretur. & famoſiorem faceret muli
erem. Unde ſequitur. Et audierunt vicini & co
gnati eius qꝫ magnificauit dominus miſericordiā
ſuam cum illa et congra. ei. Nam qui ſterilitatem
eius cognouerant teſtes diuine gratie ſunt effec
ti. Nemo autem viſo infante cum ſilentō diſcede
bat. ſed deum qui illum ex inſperatō cōceſſerat col
laudabat. Ambroſius. Habet enim ſanctorum
editō leticiam plurimorum quoniam commune ē
bonum. Iuſticia. n. communis eſt virtus & ideo
in ortu iuſti future vite inſigne premittitur. &
gratia ſecuture virtutis exultatōe vicinorum pre
figurante ſignificatur. Textus
Et factum eſt in die octauo venerunt circumci
dere puerum. & vocabant eum nomine patris ſui
zachariam. Et reſpondens mater eius dixit. ne
quaqꝫ. ſed vocabitur Iohannes. & dixerunt ad
illam. quia nemo eſt in cognatōe tua qui vocetur
hoc nomine. Innuebant autem patri quem vellet
vocari eum. et poſtulans pugillarem ſcripſit. di
cens. Iohannes eſt nomen eius. & mirati ſūt vni
uerſi. Apertū eſt at̄ illico os eius & lingua eius &
loquebatur benedicens deum. Criſoſtomus
Circumciſionis norma primo tradita eſt abrahe
in ſignum diſtinctionis. vt genus patriarche im
permixtum conſeruetur. & ſic promiſſa bona con
ſeq valeāt. Ubi aūt pacti conſumat̄ negotiū. ap
poſitū ſignū de medio tollit̄. ſic igit̄ & p xpm cir
cūciſiōe ceſſante baptiſm᷒ ſuccedit. ꝫ antea Iohā
nē circūcidi decebat. Vn̄ dr̄. Et factum eſt in die
octauo venerunt circūcidere pueꝝ. dixerat enim

dominus · Infans · viij · dierum circūcidatur in vo
bis. Hanc autē temporis menſurā a diuina clemē
cia cōſtitutam autumo duplici de cauſa · Primo
quidem vt in tenerrima etate leuius paciatur do=
lorem ſectionis carnis · Secundo vt ex ipſis ope
ribꝰ moneamur qm̄ hoc agebat̄ in ſignū · Tener
em̄ puer minime diſcernit q̄ circa ipſū fiūt. Poſt
circumciſionem aūt nomē imponebat̄ . Vn̄ ſequi
tur · Et vocabant eum nomine patris ſui zachari=
am. Hoc autē ideo fiebat. qꝛ prius oportet ſumē
ſignaculum domini. & poſtea nomen humanum
Vel qꝛ nullus niſi prius abiciat carnalia (qđ ſig=
nificat circūciſio) dignus eſt ꝙ in libro vite nom̄
eius ſcribat̄ ❡ Ambro. Mire aūt ſanctꝰ euange
liſta premittendum putauit. ꝙ plurimi infantem
patris nomine zachariam appellandū putarunt ·
vt aduertas matri non nomen alicuiꝰ diſplicuiſſe
de generis. ſed id ſancto infuſum ſpū · quod ob an
gelo ante zacharie fuerat p̄nunciatum. Et quidē
ille mutus intimare vocabulum filij nequit vxo
ri. ſed per prophetiam Elizabet didicit. quod nō di
dicerat a marito. Vnde ſequit̄ · Et reſpondēs ma
ter eius dixit · Nequaq̄. ſed vocabit̄ Johannes ·
Nec mireris ſi nomen mulier quod non audiuit ·
aſſeruit · quando ſpiritus ei ſanctꝰ qui angelo man
dauerat · reuelauit · Neqꝫ poterat domini ignorare
prenunciū · qui prophetauerat xp̄m. Et bene ſequi
tur. Et dixerunt ad illam · qꝛ nemo eſt in cognaci
one tua qui vocet̄ hoc nomine · vt intelligas nom̄
non generis eē. ſed vatis · Zacharias quoqꝫ nu
tu interrogauit · Vnde ſequitur · Innuebant aūt
patri eius quem vellet vocari eum · Sed qꝛ incre
dulitas ei affatum eripuerat & auditum · quod vo
ce non poterat. manu litteris eſt locutus. Vnde
ſequitur · Et poſtulans pugillarem ſcripſit dicēs
Johannes eſt nomen eius. Hoc eſt. non ei nos no
men imponimus qui iam a deo nomen accepit
❡ Orige · Zacharias quidem interpretat̄ meōr
dei. Johannes autem ſignificat demonſtrantem ·
ceterū & abſentis memor & preſentis demonſtra
cio eſt. Debebat aūt Johannes non memoriā dei
vt abſentis exprimere · immo digito demonſtra=
re preſentem dicens. Ecce agnus dei. ❡ Criſoſt ·
Quin etiam hoc nomen Johannes gracia dei inter
pretat̄ · Quod ergo gracia diuina fauente non na=
tura Eliſabeth hūc filium cepit · Beneficij memo
riam in nomine pueri cōſcripſerūt ❡ Theo · Quia
vero cum muliere circa hoc nomē pueri pater mu
tus cōcordauit · Sequit̄ Et mirati ſunt vniuerſi ·
Nemo em̄ huiꝰ nominis erat in cognatōne eoꝝ vt
aliquis diceret · ꝙ antea hoc ambo cogitaſſent
❡ Grego. Nazianzenus · Editus ergo Johannes
zacharie ſoluit ſilentium · Vnde ſequit̄ · Apertū
eſt aūt illico os eiꝰ · & lingua eiꝰ · Abſurdū. n · erat
vt cū vox vbi progreſſa fuiſſet · pater maneret elin
guis ❡ Ambroſius · Merito etiam continuo reſo
luta eſt lingua eius · qꝛ quā vinxerat incredulitas
ſoluit fides · Credamꝰ igitur & nos vt lingua no
ſtra que incredulitatis vincul' ē ligata · ratōis vo
ce ſoluatur. ſcribamus ſpiritu miſteria · ſi volumꝰ
loqui · Scribamus per nūcium xp̄i · ſed non in ta
bulis lapideis. ſed in tabulis cordis carnalibus ·
Etenim qui Johannem loquitur · criſtum propheti
zat · Sequitur enim · Et loquebatur benedicens
deum · ❡ Beda. Allegorice autem Johannis cele
brata natiuitas gratia noui teſtamenti eſt inchoa
ta · cui vicini & cognati patris nomen q̄ Johan=
nis imponere mallebant · quia iudei qui legis ob
ſeruatōne quaſi affinitate iuncti erant · magis iu
ſticiam que ex lege eſt ſectari · q̄ fidei graciam ſu
ſcipere cupiebant. ſed Johannis hoc eſt gratie dei
vocabulum mater verbis pater litteris nunciare
ſatagunt · quia & lex ipſa pſalmiqꝫ & prophete ap
tis ſentenciarum vocibus · graciam xp̄i predicant
et ſacerdotium illud vetus figurans cerimoniarū
et ſacrificiōrum vmbris eidem teſtimonium perhi
bet. Pulchreqꝫ zacharias · viij · die prolis edite lo
quitur · quia per domini reſurrectionem que octa
ua die hoc eſt poſt ſeptimum ſabbati facta eſt · oc
culta legalis ſacerdocij arcana patuerūt textus
❡ Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorū ·
et ſuper omnia montana iudee diuulgabantur om
nia verba hec · & poſuerunt omnes qui audierant
in corde ſuo dicentes · Quiſputas puer iſte erit ·
etenim manus domini erat cum illo ❡ Theophilꝰ
Sicut in taciturnitate zacharie miratus eſt popu
lus · ita & cum locutus eſt. Vnde dicitur · Et fac
tus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum & ſuper
omnia montana iudee diuulgabantur omnia ver
ba hec · vt propter hec duo magnū aliquid circa na
tum pueꝝ vniuerſi exiſtiment. Hec aūt omnia di
ſpenſatiue fiebant · vt qui teſtis eē xp̄i debebat ex
iſteret fidedignus. Vnde ſequitur · Et poſuerunt
omnes qui audierant · in corde ſuo dicentes · Qui=
ſputas puer iſte erit ! ❡ Beda · Precurrentia em̄
ſigna prebent iter precurſori veritatis · & futurus
propheta premiſſis commendatur auſpicijs . Vn
de ſequitur · Etenim manus domini erat cum illo
❡ Gloſa · Prodigia enim deus in illo peragebat
que non faciebat Johannes · ſed dextra diuina
❡ Grecus · Miſtice autē tēpore dominice reſurrec
tionis predicata gracia criſti · ſalubris timor · non
ſolum · iudeorum quia erāt vicini vel ſitu loci vel
ſciencia legis · ſed eciam exterorū gencium corda
concuſſit · nec tantum montana iudee · ſed omnia
mundani regni mundaneqꝫ ſapiencie culmina cri
ſti fama tranſcendit Sequit̄ textus
❡ Et zacharias pr̄ eius ip̄letꝰ ē · ſ · ſ · et prophetauit
di · Bn̄dictꝰ dn̄s deꝰ iſra · qꝛ viſi · & fe · re · ple · ſue
❡ Ambro · Bonꝰ deꝰ & facilis īdulgere peccatis
n̄ ſolū ablata reſtituit · ſ; eē īſperata cōcedit Nēo ḡ
diffidat · nēo veteꝝ cōſciꝰ delictoꝝ p̄mia diuīa de
ſperē · Nouit deꝰ mutare ſentēciā ſi tu noueris em̄
dare delictū · ille ſiquidem dudū mutus prophetizat

Vnde dicitᷣ · Et zacharias pater eius impletus ē
ſpiritu ſancto · ¶ Chriſ · Scilicet operatione ſan:
cti ſpūs · nec quocūq modo gratiā ſpiritus ſancti
nactus · ſed ad plenū · & fulgebat in eo ꝓphetie do:
num · vn̄ ſequitᷣ · Et ꝓphetauit · ¶ Orige · plenus
aūt ſpiritu ſancto Zacharias duas prophetias ge
neraliter nunciat · primā de xp̄o · alterā de iohanne
qd̓ manifeſte de verbis illiꝰ ꝓbatᷣ · in quibꝰ q̄ſi de pre
ſenti & quaſi iam verſarētur in mūdo loquitᷣ de io
hanne · Et primo de ſaluatore dicens · Benedictus
dominus deꝰ iſrael quia viſitauit & fecit redēptionē
plebis ſue · ¶ Chriſ · Dū deū benediceret zachari:
as · viſitationē dicit eſſe factā ab eo erga populum
ſuū · ſiue materiales iſraelitas quis velit accipere ·
venit em̄ ad oues que perierāt · domꝰ iſrael · ſiue ſpi
ritales ideſt fideles · qui digni fuerunt hac viſitati
one · efficacē erga ſe diuinā prouiſionē facientes ·
¶ Beda · Viſitauit aūt dominꝰ plebē ſuam q̄ſi lon
ga infirmitate tabeſcētem · & q̄ſi venditā ſub pec:
cato · vnici filij ſui ſanguine redemit · Quod q̄a za:
charias proximo fatiēdum cognouerat · prophetico
more quaſi iam factū viderat · Dicit aūt plebē ſuā ·
non quia veniēs ſuā inuenit ſed qꝛ viſitando ſuam
fecit · Sequitur textus

¶ Et erexit cornu ſalutis nobis ī domo dauid pu
eri ſui · ¶ Theo · Videbatur deꝰ dormire peccata
multa recipiens · ſed in nouiſſimis incarnatus tēpo:
ribꝰ excitatus eſt & cōtriuit demones · qui nos ode
rant · Vnde · dicitur · Et erexit cornu ſalutis nob
in domo dauid pueri ſui · ¶ Orige · Quia de ſemine
dauid ſcd̓m carnē natus eſt chriſtus · Vnde dicitᷣ ·
cornu ſalutis nobis in domo dauid · ſicut & alibi di
ctum eſt · Vinea facta eſt in cornu ideſt in ihesu
chriſto · ¶ Chriſoſtomus · Cornu autē nōiat pote
ſtatē · gloriam · & famā · metaphorice · a brutis aīa:
libꝰ illud accipiens · quibꝰ loco munimīnis & glo:
rie cornua deus dedit · ¶ Beda · Cornu etiā ſalutis
regnū ſaluatoris xp̄i vocatᷣ · Oſſa ſiquidem omnia
carne inuoluta ſunt · Cornu excedit carnem & ideo
cornu ſalutis regnum chriſti vocatur · quo mūdus
& carnis gaudia ſuperantur · in cuius figuram da:
uid & ſalomon cornu olei ſunt in regni gloriam
conſecrati · Sequitur textus

¶ Sicut locutus eſt per os ſāctorum qui a ſeculo
ſunt prophetarum eius · ¶ Theophilus · Quod de
domo dauid xp̄s naſcereᷣ · micheas mentionē facit
dicens · Et tu betlehem terra iuda nequaq̄ minima
es · ex te enim exiet dux qui reget populum meū
iſrael · Sed & omēs prophete de incarnatione dixe
runt · Et ideo dicitur · Sicut loquutꝰ eſt per os ſā:
ctorum prophetarum · ¶ Grecus · Per quod in:
nuit deum per illos eſſe locutum & non eſſe huma:
num quod dixerunt · ¶ Beda · Dicit autem · Qui a
ſeculo ſunt · quia tota veteris teſtamenti ſcriptura
prophetice de chriſto proceſſit · Nam & ipſe pater
Adam & ceteri patrum · factis ſuis eius diſpen:
ſationi teſtimoniū reddūt · Sequitur textus

¶ Salutem ex inimicis nr̄is & de manu omniuꝫ q̄
oderunt nos · ¶ Beda · Cum primo breuiter p̄miſiſ
ſet · erexit cornu ſalutis nobis · cōtinuo explanans
quid dixerit · ſubdit · ſalutem ex inimicis noſtris · q̄
ſi diceret · erexit nobis cornu ideſt erexit nobis ſa:
lutem ex inimicis noſtris · Et de manu omniū q̄ ode
rūt nos · ¶ Orige · Nō aūt putemus nūc de corpora
libꝰ inimicis dici · ſed de ſpiritalibꝰ · Venit em̄ dn̄s
ihesus fortis in prelio · deſtruere omēs inimicos no
ſtros · vt nos de eorum inſidijs & temptationibꝰ li:
beros faceret · Sequitᷣ textus

¶ Ad faciendam miſericordiam cuꝫ p̄ribꝰ noſtris
& memorari teſtamenti ſui ſancti · Iuſiurādū quod
iurauit ad abraham p̄rem noſtrum daturum ſe no:
bis · ¶ Beda · Dixerat dominū iuxta eloq̄ū ꝓpheta
rum in domo dauid naſcituꝝ · Dicit eundem ad ex:
plendum teſtamentum quod abrahe diſpoſuit nos
eſſe liberatuꝝ · qꝛ his precipue patriarchis · de ſuo
ſemine vel congregatō gentium vel xp̄i eſt incar:
natō promiſſa · p̄mittitur autem dauid · quia abrahe
ſanctus eccleſie cetus eſt promiſſus · dauid autem
ꝙ ex eo chriſtus naſciturus eſſet · audiuit · Et ideo
poſt id quod dictum eſt de dauid · ſubdit de abrahā
dicens · Ad faciendam miſericordiam cum patribꝰ
noſtris · ¶ Origenes · Ego puto ꝙ in aduentu do:
mini ſaluatoris & abrahā & Iſaac & iacob functi
ſunt miſericordia eius · Non em̄ credibile vt q̄ p̄us
viderunt · diem illius & letati ſunt · & poſtea in ad:
uentu ip̄ius nihil vtilitatis acciperent · cū ſcriptuꝫ
ſit · pacem faciens p ſanguinem crucis ſue ſiue ſup
terrā ſiue in celis · ¶ Theophilus · Chriſti etiam
g̃ra ſe vſq ad illos extendit · qui mortui extiterūt
quia per eum reſurgemus · non ſolum nos · ſed & q̄
fuerunt ante mortui · Fecit & miſericordiam cum
patribus noſtris · ſecundum ꝙ eorum ſpem & de
ſiderium impleuit · vnde ſequitur · Et memorari te:
ſtamenti ſui ſancti · illius ſcilicet de quo dicitur · be
nedicens benedicam tibi · & multiplicabo te · Multi
plicatus eſt enim abraham in omnibus gentibus p
imitatōnem fidei eius adoptatis in filios · ſed etiam
patres videntes ſuos filios talia benefacere cepiſſe
cōgaudēt & recipiunt miſericordiā in ſeip̄is · vnde
ſeq̄tᷣ iuſiurādū qd̓ iurauit ad abrahā p̄rem noſtrum
datuꝝ ſe nobis · ¶ Baſilius · Nemo autem audiens
ꝙ iuraſſet dominus abrahe · ad iurandum ſit promp
tus · ſicut · n · furor de deo dictus nō ſignificat paſſio
nem · ſed punitōnem · ſic neq deus iurat vt hō ſ; ver
bū eius loco iuramenti nobis ad veritateꝫ exprimi
tur immutabili ſententia quod promiſſum eſt · ap:
probans · Sequitur textus

¶ Vt ſine timore de manu inimicoꝝ noſtroꝝ libe:
rati ſeruiamꝰ illi · ¶ Chriſ · Quia exortū nob cornu
ſalutis ex domo dauid dixerat · ꝙ p ip̄m & gloriā
p̄ticipamꝰ & diſpendia inimici vitauimꝰ · vn̄ dicit ·
vt ſine timore de manu inimicoꝝ nr̄oꝝ liberati ſerui
amus illi · Duo p̄dicta non facile reperiet aliquis

ſeſe comitātia · plures em̄ euitant pericula ſed vita glorioſa priuantur ſicut ſceleris patratores q̄ de carcere ex indulgētia regia abſoluūť · ecōtra gaudent alij gloria · ſed ob hanc periclitari cogūtur · ſicut milites bellicoſi vitā inclitā amplexātes ſecuritate multociēs caruerūt · Sed hoc cornu & ſaluat & glorificat · ſaluat quidē eripiēs a manibꝫ hoſtiū non leuiť ſed veriſſice vt non ſit vltra timēdum · Et hoc eſt qđ dicit · vt ſine timore · Origenes · Vel ait crebro de hoſtium manu aliq̄ liberatur · ſed non abſqꝫ timore · Cū em̄ metus & diſcrimē ante pceſſerint · & ſic de inimicoꝝ manu q̄s eruať · liberatus eſt q̄dē · ſed non ſine timore · ideo dixit q̄ xp̄i aduētus ſine timore nos a manibꝫ hoſtiū eripi fecit · Nō ei coꝝ inſidias ſenſimus · ſed repente ab eis nos ſegregans · eduxit ad fortis ꝓpe māſionem · textus

Jn ſanctitate & iuſtitia corā ip̄o omnibꝫ diebus noſtris · Chriſ · Glorificat zacharias dominū quia fecit nos ſibi ſeruire cū plena fiducia · nō carnaliť vt iudei in ſanguine victimaꝝ · ſed ſpiritaliť in bonis opibꝫ · Et hoc eſt qđ dicit · Jn ſanctitate & iuſticia · Eſt em̄ ſanctitas apta circa deū eq̄tas · Juſticia vero que ē circa homines · puta q̄ aliquis reuereť ex q̄uatur diuina · & q̄ ad homines laudabiliter cōuerſeť · Dicit aūt · non corā hoībꝫ vt ypocrite volentes hominibꝫ placere ſed corā deo · ſicut hij quoꝝ cōmendatio non eſt ab hoībꝫ · ſed a deo · & hoc nō ſemel aut ad tēpus ſed ſingulis diebꝫ & q̄diu vixerint · vn̄ dicit oībꝫ diebꝫ noſtris · Beda · Nam qui vel ante mortem ab eius ſeruitio diſcedit vel inmūditia qualibet ſiue iniuſtitia fidei ſue ſinceritatem cōmaculat · vel corā hoībꝫ tātū & nō corā deo · ſact' & iuſtus eſſe cōtendit · nōdū perfecte de manu ſpiritaliū inimicoꝝ liberat' dn̄o ſeruit · Sed exemplo veterū ſamaritanoꝝ dijs gentiū pariter & demonio ſeruire conatur · Requiť textus

Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis · preibis em̄ ante faciē dn̄i parare vias eius · Ambroſius · Pulchre cū de domino ꝓphetaret · ad ꝓphetam ſua verba cōuertit · vt hoc q̄s beneficiū eſſe domini deſignaret · ne cū publica numeraret · ſua q̄ſi ingratus tacuiſſe videretur · vn̄ dicitur · Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vo · Origenes · ideo reor Zachariam feſtinaſſe vt loqretur ad puerū · q̄a ſciebat eum poſt paululū i heremo moratuꝝ · nec ſe ei' poſſe hūc p̄ntiā · Ambro · Sed fortaſſe q̄ octo dierū īfantē alloqť · verū ſi tenem' ſupiora · itelligim' pfecto q̄ potuit vocē patris nat' audire · qui marie ſalutationē anteq̄ naſcereť audiuit · ſciebat ꝓpheta alias eſſe aures ꝓphete · que ſpiritu dei nō corporis etate reſeruātur · habebat intelligēdi ſenſū · q̄ exultandi habebat affectū · Beda · Niſi forte putād' eſt zacharias · ꝓpter eos qui aderāt poti' inſtruēdo futura ſui filij que dudū per angelum didicerat · mox vt loqui potuit · p̄dicare voluiſſe · audiāt arriani q̄ chriſtum quē iohānes ꝓphetādo preibat · altiſſimū vocat · ſicut in pſalmo dicitur · homo natus eſt in ea & ipſe fundauit eā altiſſim' · Chriſoſto · Sicut autem regibus cōmitones ſunt qui eis viciniores exiſtunt · ſic iohannes cum eſſet amicus ſponſi de prope eius aduentum preceſſit · & hoc eſt quod ſubditur · Preibis enim ante faciem domini parare vias eius · Alij em̄ prophete eminus chriſti miſterium predicauerunt · hic vero propius predicauit vt eum ceteris indicaret · Gregorius xix mora lium · Quiſquis ať p̄dicādo a ſordibꝫ viciorum corda audiētium mundat · venientis ſapientie ad cor viam preparat · Requiť textus

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius i remiſſionem peccatorum eorum · Theophilus Qualiter precurſor viam domini preparauit · exponit ſubdens · Ad dādam ſcienciam ſalutis plebi ei' · Salus dominus iheſus eſt · data eſt autem plebi ſciētia ſalutis ideſt chriſti a iohanne · qui teſtimonium perhibebat de chriſto · Beda · Qui em̄ iheſu id eſt ſaluatoris nomen exponere deſiderans ſalutis mentionem frequētat · Sed ne temporalē ſalutem promitti putarent · ſubdit · in remiſſionem peccatoꝝ eoꝝ · Theophilus · Non enim aliter cognitus eſſet deus · niſi plebi peccata dimiſiſſet · Dei em̄ eſt peccata dimittere · Beda · Verum iudei chriſtum ſuſcipere · ſed antichriſtū malunt expectare · quia non intus a peccati dominio · ſed foris ab humane ſeruitutis iugo cupiunt liberari · textus

Per viſcera miſericordie dei noſtri · in quibꝫ viſitauit nos oriens ex alto · Theophilus · Quia deus peccata nobis dimiſit · non propter opera noſtra ſed propter miſericordiam ſuam · ideo conuenienter addidit · Per viſcera miſericordie dei noſtri · Chriſoſtomus · Quam quidem miſericordiā non ipſi met inquirentes inuenimus · ſed deſuper nobꝫ deus aperuit · Vnde ſequitur · In quibꝫ ſcilicet miſericordie opibꝫ viſitauit nos · aſſumpta carne · oriens ex alto · Grecus · Jn altis permanens tam̄ in terrenis preſens · non diuiſionem patiens · neqꝫ circumſcriptionem quod intellectus noſter cōprehendere nō poteſt · nec vlla ſerie verborum exp̄me · textus Illuminare hijs qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis · Beda · Recte chriſtus oriens vocatur quia nobis ortum vere lucis aperuit · Vnde dicitur · Jlluminare hijs qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent · Chriſoſtomus · Tenebras hic appellat non materiales ſed errorem & a fide diſtantiam · Baſilius · Tenebroſa enim erat plebs gentilis que idolorum cultu grauabatur · donec lux orta diſperſit caliginem & ſplendorem veritatis expandit · Gregorius quarto mora · Vmbra vero mortis obliuio mentis accipiť · Sic enim mors hoc quod interficit · agit · vt non ſit in memoria · Vnde Judeorum populus qui dei oblit'

fuerat · dicit͛ in vmbra mortis ſedere · Vmbra etiã mortis mors carnis accipit͛ · Quia ſicut vera mors eſt. qua anima ſeparat͛ a deo · ita vmbra mortis ē · qua caro ſeparatur ab aïa · Vnde voce martirum dicit͛ · Operuit nos vmbra mortis · Per verbũ etiã mortis · imitatio diaboli q̃ mors in apocalipſi dicit͛ · deſignat͛ · quia ſicut vmbra iuxta qualitatē corpis ducitur · ita actiones iniquoꝝ de ſpecie imitationis eius ex pmũt͛ · ¶ Chriſoſtom⁹ · Recte autē dicit ſedet · nõ em̃ ambulabam⁹ i tñbris · ſed ſedebam⁹ · ¶ Theophil⁹ · Non ſolum aũt oriēs domin⁹ hijs q̃ in tenebris ſedēt illuminat · ſed aliquid ampli⁹ facit · Vñ ſequitur · Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis · Via pacis eſt via iuſticie ad quã direxit pedes idēſt affect⁹ animaꝝ noſtrarũ · ¶ Gregorius in bomelia · Tunc em̃ greſſus noſtros i viam pacis dirigim⁹ · quãdo p illud actionũ iter pergimus · in quo ab autore noſtri grã n̄ diſcordem⁹ · ¶ Ambro · Simul & illud aduerte q̄ paucis heliſabeth q̄ multis zacharias ꝓphetizet · & vterq̃ ſãcto impletus ſpiritu loq̄batur · ſed diſciplina ſeruatur vt mulier diſcere magis q̃ diuina ſũt ſtudeat q̄ docere · Sequitur textus

¶ Puer aũt creſcebat & cõfortabat͛ ſpũ · & erat in deſertis vſq̃ ad diem oſtẽſionis ſue ad iſrael · ¶ Beda Predicator penitẽcie futurus · vt liberi⁹ auditores ſuos a mũdi illecebris erudiẽdo ſufficeret · primeuã in deſertis trãſigit vitam · vñ dicitur Puer autem creſcebat · ¶ Theophil⁹ · Scd̃m corporalem etatem · & cõfortabatur ſpiritu · Simul em̃ cũ corpore ſpirituale donũ creſcebat · & ſpiritus operatiões in eo magis ac magis oſtẽdebãtur · ¶ Origenes · vel creſcebat ſpũ nec i eadē pmãebat mẽſura q̃ ceperat ſed ſemp creſcebat ſpirit⁹ in eo · ſemp volũtas ei⁹ ad meliora tendẽs habebat ꝓfect⁹ ſuos · & mẽs diuinius aliquid cõtemplabatur · Exercebat ſe memoria vt pura i theſauro ſuo recõderet · Addit autem & cõfortabatur · Infirma em̃ eſt humana natura · Legim⁹ em̃ · caro infirma · Cõfortanda eſt itaq̃ ſpiritu · ſpiritus em̃ ꝓmpt⁹ · Multi cõfortãtur carne · athleta dei ſpiritu roborãd⁹ eſt · vt ſapiẽtiã carnis elidat · Vnde receſſit fugiens tumultũ vrbiũ ꝓpter frequẽtiã · ſequit͛ em̃ · Et erat in deſertis · vbi purior aer ē · celũ apertius · & familiarior de⁹ · vt q̃ nõdũ baptiſmi & pdicatiõis tēp⁹ aduenerat · vacaret oratiõibus · & cũ angelis cõuerſaret͛ · appellaret dominum · & illũ audiret dicẽtem ecce adſum · ¶ Theophilus · Vel erat in deſertis vt extra multoꝝ malitiã nutriret͛ & vt neminē vereretur arguere · Si em̃ fuiſſet in mũdo · forte fuiſſet amicicia & cõuerſatione hoim deprauat⁹ · ſimul etiã vt eēt fidedign⁹ qui pdicaturus erat xp̄m · Occultabat͛ aũt in deſ̄tis donec placuit deo ipm̄ iſraelitico populo demonſtrare · Vnde ſequit͛ · Vſq̃ ad diem oſtẽſionis ſue ad iſrael · ¶ Ambroſi⁹ · Pulchre aũt tp̄⁹ quo fuit i vtero ꝓpheta deſcribit͛ · ne marie pñtia taceat͛ · ſed tp̄⁹ ſiletur infantie · eo q̄ preſentia matris dñi in vtero roborat͛ · q̃ infantis impedimẽta neſciuit ·

¶ Capitulum · ij ·

Actũ ē aũt i diebꝰ illis · Exijt edictũ a ceſare auguſto vt deſcriberet͛ vniuerſus orbis · Hec deſcriptõ pria facta ē a pſide Syrie cyrino Et ibãt omẽs vt profiterentur ſinguli i ciuitatẽ ſuã · Aſcẽdit aũt & ioſeph a galilea de ciuitate nazaret in iudeã ciuitatẽ dauid q̃ vocat͛ bethleem · eo q̄ eēt de domo & familia dauid vt ꝓfiteret͛ cũ maria deſpõſata ſibi vxore pregnãte · ¶ Beda · Naſciturus i carne dei fili⁹ ſicut de virgine natus virginitatis ſibi decus oſtẽdit eſſe gratiſſimum · ita pacatiſſimo tempore ſeculi procreatur · quia pacem querere docuit · & pacis ſectatores inuiſere deſignatur · Nullum autem potuit maius eſſe pacis inditium q̄ vna totum orbē deſcriptione concludi · cuius moderator auguſtus Tanta duodecim annis circa tempus dominice natiuitatis pace regnauit · vt bellis toto orbe ſopitis prophete preſagium ad litteram videatur impleſſe · Vnde dicitur · Factum eſt autem in diebus illis · Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis · ¶ Grecus · Tunc etiam naſcitur chriſtus · cum principes iudeorum defecerant · & ad romanos principes tranſlatum erat imperiũ · quibus iudei tributa ſoluebant · Et ſic impletur prophetia predicens non deficere ducem de iuda nec principem femoribꝰ eius · donec veniat qui mittendus eſt · Iam vero ceſare auguſto quadrageſimum ſecundum annum imperij peragente · exijt ab eo edictum · totum orbem conſcribi ad tributa ſoluenda · quod cuidam nomine cyrino ceſar commiſerat · quem iudee & ſyrie preſidem ſtatuit · Vñ ſequitur · Hec deſcriptio prima facta eſt a preſide ſyrie cyrino · ¶ Beda · Signat hanc deſcriptionem vel primam eſſe earum que totum orbem concluſerint · quia plereq̃ iam partes terrarum ſepe leguntur fuiſſe deſcripte · Vel primo tũc cepiſſe quãdo cirinus in ſyriam miſſus eſt. ¶ Ambroſius · Pulchre autẽ preſidis nomen addidit · vt ſeriem temporis deſignaret · Nam ſi conſules aſcribuntur tabulis emptionis · quantomagis redemptioni omniũ debuit tp̄⁹ aſcribi · ¶ Beda · Superna autẽ diſpenſatione profeſſio cenſus ita deſcripta eſt · vt in ſuam quiſq̃ patriam ire iuberetur · ſcd̃m q̄ ſequitur · Et ibant omnes vt profiterentur ſinguli in ciuitatem ſuam · Quod ideo factum eſt · vt dominus alibi conceptus · alibi natus · inſidiantis herodis furorem facilius euaderet · Vnde ſequitur · Aſcendit autem & ioſeph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam · ¶ Chriſoſtomus · Domino aũt dirigente auguſtus hoc edictum cenſuit · vt vnigeniti preſentie famuletur · Nam hoc edictum matrem attrahebat in patriam · quam prophete predixerant ſcilicet in bethleem iude · Vnde dicit ·

ciuitatem dauid que vocat̃ bethleem· ¶ Grecus·
ideo autẽ addidit ciuitatem dauid · vt promiſſionẽ
factã dauid a deo ex fructu vẽtris eius rex ꝑpetu
us adueniret· eſſe cõpletam anuntiet. vnde ſequit̃·
Eo ꝙ eſſet de domo & famili a dauid. per hoc aũt ꝙ
ioſeph erat de cognatione dauid· cõtentus fuit euã
geliſta ipſam q̃ꝫ virginẽ de cognatione dauid pro:
mulgare· cũ lex diuina preciperet cõiugales copu
las ex eadẽ progenie cõtrahi · vnde ſequit̃. Cũ ma
ria deſponſata ſibi vxore pregnante· ¶ Cirillus·
Dicit autẽ eam fuiſſe deſponſatã innuens ꝙ ſolis
ſpõſalibus precedẽtibꝫ eſt cõceptio ſubſecuta. Neqꝫ
eñ ex virili ſemine ſancta virgo concepit· ¶ Gre
gorius in homelia · Miſtice aũt naſcituro domino
mundus deſcribitur· quia ille apparebat ĩ carne q̃
electos ſuos aſcriberet in eternitate. ¶ Ambroſiꝰ.
Et dum ꝓfeſſio ſingularis oſtendit̃· ſpiritalis im:
plicatur· nõ terraꝝ regi dicanda· ſed celi. profeſſio
iſta fidei cenſus animoꝝ eſt. Abolito eñ ſinagoge
cenſu vetuſto· nouꝰ cenſus eccleſie parabat̃ · deniqꝫ
vt ſcias cenſum non auguſti eſſe ſed xp̄i totus or:
bis ꝓfiteri iubet̃ Quis at̃ poterat ꝓfeſſiõez totiꝰ or
bis exigẽ. niſi qui totiꝰ orbis habebat imperium!
Nõ eñ auguſti ſed domini ẽ terra & plenitudo eius
¶ Beda· Qui etiã vocabulũ auguſti ꝑfectiſſime cõ
pleuit· vtputa ſuos & augere deſiderãs· & augere
ſufficiens· ¶ Theophilꝰ· Conueniẽs etiã erat vt
per xp̄m cultus multoꝝ deoꝝ deficeret· & vnꝰ deꝰ
coleretur· vñ vnus rex orbi imperaſſe deſcribitur·
¶ Origenes. Diligẽtius aũt intuenti ſacramẽtum
quoddã videtur figurari. ꝙ in tocius orbis profeſ
ſione deſcribi oportuit xp̄m· vt cũ omnibꝫ ſcriptꝰ
ſanctificaret om̃es· & cum orbe relatꝰ in cenſum cõ
muniõez ſui preberet orbi· ¶ Beda· Sicut autem
tũc imperãte auguſto & preſidẽte cyrino ibant ſin
guli in ſuã ciuitatem vt profiterẽtur cenſum · Sic
modo imperante xp̄o per doctores eccleſie preſides
profiteri debemus cẽſum iuſtitie· ¶ Ambroſius·
Hec ẽ ergo prima profeſſio mentiũ domino cui oẽs
profitẽtur· non preconis euocatione ſed vatis dicẽ
tis· om̃es gentes plaudite manibus· Deniqꝫ vt ſci
ant cenſũ eſſe iuſtitie· veniũt ad eum ioſeph & ma
ria· hoc eſt iuſtꝰ & virgo. ille qui verbũ ſeruaret
iſta que pareret· ¶ Beda· Ciuitas noſtra & pr̃ia
eſt beata ad quã creſcẽtibus quottidie virtutibus
ire debemus· Quottidie autem ſancta eccleſia ſuũ
comitata doctorẽ de rota mundane cõuerſatiõis q̃d
galilea ſonat. ſanctitatẽ iuda ſcilicet cõfeſſionis &
laudis aſcendẽs· cẽſum ſue deuotionis regi eterno
perſoluit. que in exemplo beate virginis marie con
cepit nos virgo de ſpiritu· Que aliȷ̃ quidẽ deſponſa:
ta ab alio fecũdat̃ . dũ ꝓpoſito ſibi põtifici viſibili
ter iũgit̃. ſed inuiſibilis ſpiritꝰ virtute cumulat̃
indicans ipſo nomine ꝙ inſtantia loquentis magi
ſtri nil valet· niſi augmentũ ſuperni iuuaminis vt
audiatur· acceperit. Sequitur textus

¶ Factum eſt autem cum eſſent ibi · impleti ſunt
dies vt pareret· & peperit filium ſuum primogeni:
tum & pannis eum inuoluit· & reclinauit in preſe
pio. quia non erat ei locus in diuerſorio · ¶ Am:
broſius· Breuiter ſanctꝰ lucas & quomodo & quo
tempore & quo loco ſcd̃m carnem chriſtus natus
ſit. explicauit dicẽs· Factum eſt autem cum eſſent
ibi· impleti ſunt dies· vt pareret· Quomodo quidem
quia nupta concepit ſed virgo generauit· ¶ Gre:
gorius· Niſenus· Apparens enim vt homo nõ per
omnia legis humane nature ſubijcitur· Nam ꝙ ex
muliere naſcitur . humanitatem redolet· Virgini:
tas vero que ortui deſeruiuit · oſtendit q̃ꝫ tranſcẽ:
deret hominem· Huiꝰ ĝ iocunda portio· ortꝰ imma
culatus· partus facilis abſqꝫ corruptela · natiuitas
nec ex luxu incipiens· nec doloribus edita · quia
namqꝫ ea que nature noſtre mortem per culpam in
ſeruit· damnata eſt vt cum doloribus pareret· opor
tebat parentem vite cum gaudio partum perfice:
re· Eo autem tempore per incorruptionem virgine
am ad vitã trãſmigrat mortalium· in quo diminui
incipiunt tenebre & nocturna immẽſitas exuberã
tia deficere cogitur· Mors enim peccati finem pra:
uitatis attigerat· ſed decetero tendit ad nihilum
propter lucis penitentiam que radijs euangelicis
totum orbem luſtrauit· ¶ Beda· Eo etiam tempo
re dignatꝰ eſt incarnari. q̃ mox natꝰ cenſu ceſaris
aſcriberetur. atqꝫ ob noſtri liberationem ipſe ſerui
tio ſubderetur· Vnde etiamnon ſolum propter in:
ditium regij ſchematis· ſed etiã propter nominis
ſacramentum dominꝰ ĩ bethleem naſcitur. ¶ Gre:
goriꝰ· bethleem quippe domꝰ panis interꝓtat̃· Ipſe
nãqꝫ ẽ qui ait· Ego ſũ panis viuꝰ qui de celo deſcẽ
di· Locꝰ ĝ in quo dominꝰ naſcit̃ domꝰ panis ãtea
vocabat̃· quia futurũ erat· vt ibi ille ꝑ naturã car:
nis appareret · qui electorũ mẽtes interna ſacietate
reficeret· ¶ Beda· Sed & vſqꝫ ad cõſumationẽ ſe
culi dominꝰ in nazareth cõcipi in bethleẽ naſci non
deſinit · cũ quilibet audientiũ verbũ flore ſuſcepto
domũ in ſe eterni panis efficit· quotidie in vtero v̉
ginali hoc eſt in animo credentiũ per fidẽ concipit̃
per baptiſmum gignitur · Sequitur· Et peperit
filium ſuum primogenitum · ¶ Hieronimus.
contra heluidium. Ex hoc heluidius nititur ap:
probare primogenitum dici non poſſe niſi eum
qui habeat & fratres · ſicut vnigenitus ille voca:
tur qui parentibus ſit ſolus filius · Nos autem
ita diffinimus · Vnigenitus eſt primogenitus·
non omnis primogenitus eſt vnigenitus. Primo
genitum non eſſe dicimus eum quem aliȷ̃ ſubſe:
quuntur · ſed ante quem nullus · alioquin ſi non
eſt primogenitus niſi is quem ſequantur & fra
tres · tamdiu ſacerdotibus primogenita non de
bentur · quamdiu & aliȷ̃ fuerint procreati · ne
forte partu poſtea non ſequente vnigenitus ſit
& non primogenitus. ¶ Beda· Eſt etiam vnige:
nitꝰ ĩ ſubſtãtia diuinitatis. primogenitꝰ ſuſceptiõe

bumanitatis · primogenitus in gratia · vnigenit⁹
in natura · ¶ Hieronimus · contra heluidium ·
Nulla autem ibi obſtetrix nulla muliercularum
ſollicitudo interceſſit · ipſa pannis inuoluit infantē
ipſa mater & obſtetrix fuit · Vnde ſequitur · Et
pannis eum inuoluit · ¶ Beda · Qui totum mun
dum vario veſtit ornatu · pannis vilibus inuolui-
tur · vt nos ſtolam primam recipere valeamus ·
per quem omnia facta ſunt · manus pedeſq; aſtrin-
gere · vt noſtras manus ad opus bonum exercitꝫ
pedeſq; ſint in viam pacis directi · ¶ Grecus ·
O admirabilem coartationem & peregrinationem
quam ſubijt · qui continet orbem · ab initio captat
penuriam & eam in ſeipſo decorat · nimirum ſi vo-
luiſſet venire poterat mouendo celum · concutiendo
terram emittens fulmina · non autem ſic proceſſit ·
non enim perdere ſed ſaluare volebat · ab ipſis pri-
mordijs humanam conculcare ſuperbiam · atq; ideo
non tm̄ homo fit · ſed etiam homo pauper · & pau-
perem matrem elegit · que caret hijs quibus natū
infantem reclinet · Sequitur enim · Et reclinauit
in preſepio · ¶ Beda · Duri preſepis anguſtia
continetur cui celum ſedes eſt · vt nos per celeſtis
regni gaudia dilatet · Qui panis eſt angelorum in
preſepio reclinatur · vt nos quaſi ſancta animalia
carnis ſue frumento refitiat · ¶ Cirillus · Rep-
perit etiam hominem factum beſtialem in anima ·
& ideo in preſepio loco pabuli ponitur · vt vitam
beſtialem mutantes ad conſonam homini perduca
mur ſcientiam · pertingentes non fenum · ſed panē
celeſtem vite corpus · ¶ Beda · Qui autem ad
dextram patris ſedet · in diuerſorio loco eget · vt no
bis in domo patris ſui multas māſiones preparet ·
Vnde ſequitur · Quia non erat ei locus in diuerſo-
rio · Naſcitur · non in parentum domo · ſed in diuer
ſorio · & in via · quia per incarnationis miſterium
via factus eſt · qua nos ad patriam vbi veritate &
vita fruemur · adduceret · ¶ Gregorius in ho-
melia · Et vt oſtenderet · quia per humanitatem
quam aſſumpſerat · quaſi in alieno naſcebatur non
ſcd̄m poteſtatem · ſed ſcd̄m naturam · ¶ Am-
broſius · Propter te ergo infirmitas in ſe potentia
Propter te inopia in ſe opulentia · Noli hoc eſtima
re quod cernis · ſed quod redimeris agnoſce · Plus
domine iheſu iniurijs tuis debeo ꝙ redemptus ſum
q̄ꝫ operibus ꝙ creat⁹ · Nō pdeſſet naſci · niſi etiā re
dimi profuiſſet · Sequit² textus

¶ Et paſtores erant in regione eadem vigilan
tes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem
ſuum · & ecce angelus domini ſtetit circa illos &
claritas dei circumfulſit illos · Et timuerunt ti
more magno · & dixit illis angelus · Nolite timere
Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum
quod erit omni populo · quia natus eſt nobis ho-
die ſaluator qui eſt chriſtus dominus in ciuitate
dauid · Et hoc vobis ſignum · inuenietis infantem
pannis inuolutum · & poſitum in preſepio · ¶ Am
broſius · Videte quemādmodum diuina curia fidē
aſtruat · Angelus mariam · angelus ioſeph · ange-
lus paſtores edocet · de quibꝰ dicit᷑ · Paſtores erāt
in regione eadē vigilātes & cuſtodientes vigilias
noctis ſup gregē ſuū · ¶ Chriſoſtomus · Ioſeph
quidē in ſomnis apparuit angel⁹ · paſtoribꝰ autem
viſibiliter q̄ſi rudioribꝰ · non aūt angelus iuit ihe-
roſolimā · non reqſiuit ſcribas & phariſeos · erant
em̄ corrupti · & pre inuidia cruciabant᷑ · Sed hij erāt
ſinceri · antiquā cōuerſatōꝫ patriarchaꝝ & moyſi
colētes · Eſt aūt ſemita quedā ad philoſophiā per-
ducens innocētia · ¶ Beda in homelia · Nuſq; aūt
in tota veteris teſtamēti ſerie reperim⁹ angelos ·
qui tam ſedulo apparuere patribꝰ · cū luce appruiſ
ſe · Sed hoc priuilegiū recte huic tēpori ē ſeruatū ·
quādo exortū eſt in tn̄bris lumē rectis corde · Vn̄
ſeqtur · Et claritas dei circūfulſit illos · ¶ Ambro-
ſi⁹ · Ex vtero fundit᷑ · ſed coruſcat a celo · terreno ī
diuerſorio iacet · ſed celeſti lumine viget · ¶ Gre-
cus · Verū pauidi facti ſūt in miraculo · Vn̄ ſeqt᷑ ·
& timuerūt timore magno · Sed angel⁹ cū pauor ī
gruerit · fugat ip̄m · Vn̄ ſeqtur · Et dixit illis an-
gelus · nolite timere · nō ſolū ſedat terrorē ſed etiā
alacritatē īfundit · Sequit᷑ em̄ Ecce ei euangelizo
vobis gaudiū magnū q̄d erit omni populo · Nō ſo
li populo iudeoꝝ · ſed etiā oībꝫ · Cauſa aūt gaudij oñ
dit᷑ · nou⁹ & admirabilis part⁹ māifeſtat᷑ ex ip̄is
nōibꝰ · Nā ſeqt᷑ Quia nat⁹ ē nob̄ hodie ſaluator q̇ ē
xp̄s dn̄s · q̄ꝝ p̄mū · i · ſaluator ē actiōis · tertiū aūt
ſcꝫ domin⁹ maieſtatis · ¶ Cirill⁹ · Sed id q̄d in
medio poīt᷑ ſcꝫ xp̄s nō naturā ſignificat · ſed hypo
ſtaſin cōpoītā · In xp̄o em̄ ſaluatore vnctiōeꝫ fore
celebratā fatemur · nō tn̄ figuralē ſicut olim ī regi-
bꝰ ex oleo q̄ſi ex ꝓphetica grā · neq; ad pfectiōeꝫ ali
cui⁹ negocij iuxta illd̄ Eſaie hec dicit dn̄s chriſto
meo cyro · Qui quāq; eēt idolatra · dict⁹ xp̄s vt ce-
leſti cēſura totā occuparet babiloīoꝝ ꝓuintiā · fuit
aūt vnct⁹ ſaluator ſp̄ū ſācto hūanit⁹ ī forma ſerui ·
vngēs aūt vt de⁹ ſp̄ū ſancto credētes ī eū · ¶ Grec⁹
hui⁹ aūt natiuitatis & tp̄⁹ oñdit · cū dicit · hodie · &
locum cū ſubdit ī ciuitate dauid & ſigna cū ſubiū
git · & hoc vob̄ ſignū · iuenietis īfantē pānis īuolu
tū & poītū ī p̄ſepio · Ecce paſtoribꝰ angeli paſtoꝝ
p̄cipuū p̄dicāt · tāq; agnū ī antro māifeſtatum &
editū · ¶ Beda · Crebris aūt īfantia ſaluatoris & an
geloꝝ p̄conijs & euangeliſtaꝝ nobis eſt conculca
ta teſtimonijs · vt noſtris altius cordibus quid ꝓ
nobis factum ſit · infigatur · Et notandum ꝙ ſi
gnum nati ſaluatoris datur non tyrio exceptum
oſtro · ſed pannis ſqualentibus inuolutum · Non
in ornatis auro ſtratorijs · ſed in preſepibus in
ueniendum · ¶ Maximus · in ſermone nati-
uitatis · Sed ſi tibi panni fortaſſis vileſcunt ·
angelos collaudantes admirare · Si preſepe de-
ſpicis · erige parumper oculos · & nouam in celo
ſtellam proteſtantem mundo natiuitatem domini-
cam contuere · Si credis vilia · crede mirifica ·

Si de his que humilitatis sunt disputas. que alta
sunt celestia venerare. ¶ Gregorius in homelia.
Mistice autem quod vigilantibus pastoribus angelus
apparet. eosque claritas dei circumfulsit. hoc est quod illi
pre ceteris videre sublimia merentur. qui fidelibus
gregibus preesse sollicite sciunt. Dumque ipsi pie sup
gregem uigilant. diuina super eos latius gratia co
ruscat. ¶ Beda in homelia. Significant enim mi-
stice pastores isti gregum doctores quosque ac recto-
res fidelium animarum. Nox cuius vigilias custodie-
bant super gregem suum. pericula temptationum
indicat quibus se suosque subiectos custodire non de-
sistunt. Et bene nato domino pastores super gregem
vigilant. quia natus est. qui dicit. Ego sum pastor
bonus. sed et tempus imminebat quo idem pastor
oues suas que disperse erant. ad vite pascua reuo-
caret. ¶ Origenes. Ceterum si ad secretiorem opor-
tet ascendere intellectum. dicam quosdam fuisse pa
stores angelos qui res humanas regerent. Et cum
horum vnusquisque suam custodiam conseruaret. ve-
nisse angelum nato domino. et annuntiasse pastori
bus quod verus esset pastor exortus. Angeli enim an
te aduentum saluatoris. parum poterant commis
sis sibi vtilitatis afferre. Vix enim aliquis vnus
ex singulis gentibus credebat in deum. Nunc autem
populi accedunt ad fidem ihesu. Sequitur textus
¶ Et subito facta est cum angelo multitudo ce
lestis militie laudantium deum et dicentium. Glo-
ria in altissimis deo. et in terra pax hominibus bo
ne voluntatis. ¶ Beda. Ne parua vnius angeli vi
deretur autoritas. postquam vnus sacramentum noue
natiuitatis edocuit. statim multitudo celestium ag
minum affuit. Vnde dicitur Et subito facta est cum
angelo multitudo militie celestis ¶ Bene chorus
aduenientium angelorum militie celestis vocabulum
accipit. qui et duci illi in prelio qui ad debel-
landas aereas potestates apparuit humiliter ob-
secundat. et ipse potestates easdem contrarias ne morta
les tantum temptare valeant. quantum volunt. forti
ter armis celestibus perturbat. quia vero deus et
homo nascitur. iure hominibus pax et deo gloria
canitur. Vnde sequitur. Laudantium deum et di-
centium. Gloria in altissimis deo. vno angelo vno
euangelizante nuntio natum in carne deum mox mul
titudo militie celestis in laudem creatoris prorum
pit. vt et christo deuotionem impendat et nos suo
instruat exemplo. quotiens aliquis fratrum sacre
eruditionis verbum insonuerit. vel ipsi que pieta-
tis sunt. ad mentem reduxerimus. deo statim lau-
des corde ore et opere reddamus. ¶ Chrisostomus
Et olim quidem angeli ad puniendum mittebantur
puta ad israelitas. ad dauid. ad sodomitas. ad ge-
mitus conuallem. Nunc econtra canunt in terra gra
tias agentes deo. eo quod suum descensum ad homines
eis reseruauit. ¶ Gregorius vicesimo octauo mo
ralium. Simul etiam laudant quia redemptioni no
stre. voces sue exultationis accomodant. simul etiam quia
dum nos conspiciunt recipi. suum gaudent numerum impleri
¶ Beda. Optant etiam pacem hominibus cum sub-
dunt. Et in terra pax hominibus. quia quos infir-
mos prius abiectosque despexerant. nascente in carne
domino. iam socios venerantur. ¶ Cirillus. Hec
autem pax per christum facta est. Reconciliauit enim
nos per se deo et patri. culpam hostilem de medio au
ferens. duos populos in vnum hominem pacifica-
uit. ac celicolas et terrenos in vnum gregem composuit.
¶ Beda. Quibus autem hominibus pacem poscant. exponunt
dicentes. Bone voluntatis. eis scilicet qui suscipiunt
natum christum. Non enim est pax impiis. sed pax mul-
ta diligentibus nomen dei. ¶ Origenes. Sed di-
ligens lector inquirat quomodo saluator dicat.
Non veni pacem mittere super terram. et nunc an
geli de eius natiuitate cantant. in terra pax homi-
nibus. sed hoc quod pax esse dicitur in hominibus bo-
ne voluntatis soluit questionem. pax enim quam
non dat dominus super terram. non est pax bone vo-
luntatis. ¶ Augustinus. tredecimo de trinitate.
Pertinet enim iustitia ad bonam voluntatem.
¶ Chrisostomus. Aspice autem mirandum pro-
cessum. angelos ad nos deduxit prius. ac deinde
duxit hominem ad superna. factum est celum ter-
ra. cum terrena deberet recipere. ¶ Origenes. Mi
stice autem videbant angeli se opus quod eis creditum
fuerat. implere non posse absque eo qui vere saluare
ſius reuertāt̃ ad eū · q̄ miſit eos · vn̄ nō ad v̄ba · ſꝫ
ad p̄poſitū mittētis rn̄ſum exhibuit · nā ſeq̄t̃ · Et
rn̄dēs dixit illis · Eūtes renūtiate iohāni · q̄ vidi
ſtis & audiſtis · q · d · narrate iohāni · que quidem
audiſtis p p̄phetas · cōſūmari vero vidiſtis a me ·
Ea enī tūc agebat · q̄ p̄dixerāt p̄phete eū facturū ·
de quibꝫ ſubditur · quia ceci vident · claudi ambu
lant · leproſi mundātur · ſurdi audiunt · mortui re
ſurgunt · ¶ Ambro · Plenū ſane teſtimoniū · quo
dominum p̄pheta cognoſceret · de ipſo enim fuerat
p̄phetatū · Quia dn̄s dat eſcā eſurientibꝫ erigit eli
ſos · ſoluit cōpeditos · illumīat cecos · & q̄ iſta facit
regnabat īeternū · Ergo nō humane iſta ſꝫ diuine

virtutis inſignia ſunt. Huius aũt euãgelij exem-
pla vel rara vel nulla inueniuntur. vnus thobias
oculos recepit & hec fuit angeli nõ hominis medi
cina. helias mortuũ ſuſcitauit. ipẽ tamẽ rogauit.
& fleuit. hic iuſſit. heliſeus leproſum mundari fe-
cit. nõ tamen ibi valuit p̃cepti autoritas. ſed mi-
ſterij figura. ¶ Theo. Sunt etiã hec verba eſaie
dicentis. deus ipẽ veniet. & ſaluabit nos. tũc ape-
rientur oculi cecoꝝ. & aures ſurdoꝝ patebũt. tũc
ſaliet ſicut ceruus claudus. ¶ Beda. Et qđ his
nõ minus eſt. ſubdit. Pauperes euãgeliſantur.
paupes ſcilicet ſpũ vel opibꝰ. intus illuminãt̃. vt
inter diuites & egenos. in p̃dicatõne nulla diſtan
tia ſit. hoc mgr̃i cõprobauit veritatem qñ omnis
qui apud euꝫ ſaluari poteſt eq̃lis eſt. ¶ Ambro.
Sed tñ parua adhuc iſta dominice. teſtificatõnis
exempla plenitudo fidei. crux domini. obitus. ſe-
pultura eſt. vñ addidit. Et beatus eſt. qui nõ fu-
erit ſcãdaliſatus in me. Crux em̃ etiã electis ſcã-
dalũ poſſet afferre. Sed nullũ hoc maius diuine
pſone eſt teſtimoniũ. Nihil eſt em̃ qđ magis eſſe
vltra humana videatur. q̃ꝫ totum ſe obtuliſſe pro
mũdo. ¶ Cirillus. Vel p hoc volebat oñdere q̃ꝫ q̃-
cumqꝫ verſabãtur in cordibꝰ eoꝝ. ab oculis ipẽius
effugere nequiuerũt. ipi em̃ erãt. q̇ ſcandaliſaban
tur de ipõ. ¶ Ambro. Miſtice aũt in iohanne ſup̃
diximꝰ tipum eſſe legis q̃ p̃nuntia fuit xp̃i Mittit
g̊ iohannes diſcipulos ſuos ad xp̃m. vt ſuplemen
tum ſcientie cõſeq̃mur. qꝛ plenitudo legis eſt xp̃s
Et fortaſſe iſti diſcipuli ſunt duo p̃p̃li. quoꝝ vnꝰ
ex iudeis credidit. alter ex gentibꝰ. q̇ ideo credi-
dit. qꝛ audiuit. voluerunt g̊ & iſti videre. qꝛ beati
oculi q̇ vidẽt. Cũ aũt venerint ad euãgeliũ & cog̊
uerint illuminari cecos. ambulare claudos. tũc di
cent. oculis nr̃is perſpeximꝰ. videmur em̃ nobis
vidiſſe q̃ legimꝰ. aut fortaſſe in pte q̃dam corporis
nr̃i. omnes videmur inueſtigaſſe dominice ſeriem
paſſionis. fides em̃ p paucos ad plures peruenit.
Lex g̊ xp̃m ventuꝝ annuntiat. euangelij ſcriptura
veniſſe confirmat. Sequit̃ textus

¶ Et cum diſceſſiſſent nuntij iohannis. cepit di-
cere de iohanne ad turbas. Quid exiſtis in deſer-
tum videre. arundinem vẽto moueri? Sed q̇d ex
iſtis videre hominem mollibꝰ veſtimentis indutũ?
Ecce qui in veſte p̃cioſa ſunt & in delitijs. in domi
bus regum ſunt. ſꝫ quid exiſtis videre? p̃phetam?
vtiqꝫ dico vobis. & plus q̃ꝫ p̃phetam. hic eſt de q̊
ſcriptum eſt. Ecce mitto ãgelum meũ ante faciẽ
tuã. qui preparabit viã tuã ante te. Dico em̃ vob̃
maior inter natos mulieꝝ p̃pheta. iohanne bapti
ſta non eſt. Qui aũt minor eſt in regno dei. maior
eſt illo. ¶ Cirillus. Coniecit dñs tam q̃ꝫ hominuꝫ
ſecreta cog̊ſcens aliq̊s dicturos. ſi vſqꝫ hodie ig-
rat iohannes iheſum. q̃liter euꝫ oñdebat nobis di-
cens. Ecce agnus dei. qui tollit peccatũ mũdi? vt
igr̃ ſanaret hanc paſſionem. q̇ eis acciderat. dãnũ

quod ex ſcandalo procedebat. excluſit. Vnde dr̃.
Et cum diſceſſiſſent nuntij iohannis. cepit dicere
de iohanne ad turbas. Quid exiſtis in deſertum vi
dere? arundinem vento moueri? Quaſi diceret. mi-
rati eſtis de iohãne baptiſta & pluries prexiſtis
ad eum percurrẽtes tam longa deſerti itinera. fru-
ſtra ſiquidem ſi ſic leuem. ipſum exiſtimatis. vt ſi
milis ſit arundini declinantis quocumqꝫ agitat vẽ-
tus. Talis enim eſſe videtur. ſi que cognouit. ex
leuitate ſe ignorare fatetur. ¶ Titus. Non autẽ
exiſtis in deſertum vbi nulla iocunditas. ciuitati
bus omiſſis. niſi de hoc viro curã gerẽtes. ¶ Gre-
cus. Hoc autem poſt receſſum diſcipulorum iohã
nis dominus dixit. non enim eis proferre volebat
baptiſte precomia. ne blandientis verba eſſe puta-
rẽtur. ¶ Ambroſius. Non ocioſe autem iohannis
hic perſona laudatur. qui vite amore poſthabito
iuſtitie formam nec mortis terrore mutauit. De-
ſerto enim mundus hic comparari videtur. adhuc
ſterilis adhuc incultus. in quem negat nobis do-
minus ita prodeundum. vt mente carnis inflatos
natoſqꝫ virtutis interne viros & fragilis glorie
ſecularis ſublimitate iactantes. exemplari quo-
dam & imagine nobis putemus imitandos quos
procellis huius mundi obnoxios vita mobilis in
quietat. iure arundini comparandos. ¶ Grecus.
Eſt etiam infallibile teſtimonium vite iohannis
veſtitus cum carcere. in quem detruſus nõ fuiſſet.
ſi ſciuiſſet fauere principibus. Vnde ſequitur.
Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus ve
ſtimentis indutum? ecce qui in veſte p̃cioſa ſunt
& in delitijs. in domibus regum ſunt. mollibus
veſtimentis indutos viuentes in delitijs ſignifi-
cat. ¶ Chriſoſtomus. Mollis autem veſtis diſſol
uit rigidam animam & ſi rigidum corpus aſſu-
mat & aſperum. facile per huiuſmodi mollitiem.
delicatum reddit & fragile. Facto vero corpore
molliori neceſſe eſt & animam participare leſio-
nem. Nam vt plurimum operationes ipſius conſo
nant diſpoſitõnibꝰ corporis. ¶ Cirillus. Qualiter
ergo tanta ſedulitas religionis vt carnales paſ-
ſiones ſubijceret. ad tantam ignorantiam deueni
ret. niſi ex mentis leuitate quam non aſperitates
ſed illecebre mundane delectant. Igitur ſi velut
non colentem delitioſa iohannem imitamini. date
ei robur continentie competens. ſi vero nihil am-
plius debetur honeſte conuerſatõni. quid omiſſa re
uerentia delicatoꝝ incolam deſerti. vileqꝫ tegumẽ
& camelorum vellus miramini. ¶ Chriſoſtomus
Per vtrumqꝫ autem dictorum deſignat. q̃ꝫ Jo-
hannes nec naturaliter nec facile mobilis erat.
nec vlla voluptate flecteretur. ¶ Ambroſius. Et
q̃muis pleroſqꝫ molliores. cura veſtis effeminet
tam̃ alia videtur hic indumenta ſignificare. hu-
mana ſcꝫ corpa. q̇bꝰ aĩa nr̃a veſtit̃. ſũt aũt mollia
indumẽta delicioſi actꝰ & mores hi võ q̇bꝰ fluida

deliciis membra ſoluuntur · regni celeſtis exteriores ſunt · quos rectores mundi huius atque tenebrarum ceperunt · hi ſunt ei reges qui dominantur ſuorum operum emulos · Cirillus · Sed forte inconueniens eſt circa hoc excuſare iohannem · fatemini enim eum immitabilem eſſe · vnde ſubdit · ſed quid exiſtis videre prophetam? vtique dico vobis plusquam prophetam prophete namque predicabant venturum · Hic autem non ſolum venturum predicauit · ſed et preſentem indicauit dicens · ecce agnus dei · Ambroſius · Maior ſane propheta · in quo finis eſt prophetarum quia multi cupierunt videre quem iſte conſpexit · quem iſte baptiſauit · Cirillus · Cum igitur et a loco et a veſtibus et ex concurſu hominum morem eius deſcripſerit · introducit prophete teſtimonium dicens · Hic eſt de quo ſcriptum eſt · ſcilicet in malachia · Ecce mitto angelum meum · Titus · Angelum appellat hominem · non quia natura eſſet angelus · homo enim naturaliter erat · ſed quia opus angeli exercebat nuntiando xpi aduentum · Grecus · Quod autem ſubdit · Ante faciem tuam · propinquitatem deſignat · apparuit enim hominibus prope xpi aduentum · Qua propter et plusquam prophetam ipſum eſſe exiſtimandum eſt · Nam et hi qui in militiis collaterales ſunt regibus digniores et familiariores ſunt · Ambroſius · Viam autem domino non ſolum naſcendi ſecundum carnem ordine · fideique nuntio · ſed etiam precurſu quodam parauit paſſionis · vnde ſequitur · qui preparabit viam tuam ante te · Ambroſius · Si autem et xpus propheta · quomodo maior hic omnibus · ſed inter mulieres non virginis natos · maior enim his fuit · quibus equalis poterat eſſe ſorte naſcendi · vnde ſequitur · Dico enim vobis maior inter natos mulierum propheta iohanne baptiſta non eſt · Chriſoſtomus · Sufficit quidem domini vox prebens teſtimonium preeminentie iohannis inter homines · reperiet autem · qui vult et rei veritatem conſonam · ſi menſam eius conſiderauerit · ſi vitam · ſi mentis excellentiam · velut enim qui celitus deſcendiſſet · degebat in terra fere nullam gerens curam de corpore intellectualiter erectus in celum · et ſoli deo coniunctus · de nullo mundanorum ſollicitus · ſermo ſeuerus et lenis · nam cum populo iudeorum viriliter et feruenter · cum rege audacter cum propriis diſcipulis leniter conferebat · Nil fruſtra vel leuiter · ſed omnia conuenienter agebat · Iſidorus abbas · maior etiam inter natos mulierum iohannes · eo quod ab ipſo matris vtero prophetauit · et poſitus in tenebris lumen quod iam venerat non ignorauit · Ambroſius · Denique eo vſque cum dei filio non poterit · iohannis eſſe vlla collatio vt et infra angelos eſtimetur · vnde ſequitur · Qui autem minor eſt in regno dei · maior eſt illo · Beda · Hec ſententia duobus modis poteſt intelligi · aut enim regnum dei appellauit · quod nondum accepimus · in quo ſunt angeli · et quilibet in eo minor · maior eſt quolibet iuſto portante corpus · quod aggrauat animam · aut ſi regnum dei intelligi voluit huius temporis eccleſiam · ſeipſum dominus ſignificauit quod naſcendi tempore minor erat iohanne · maior autem diuinitatis autoritate et poteſtate dominica proinde ſecundum primam expoſitionem ita diſtinguitur · Qui autem minor eſt in regno dei · ac deinde ſubinfertur · maior eſt illo · ſecundum poſteriorem vero ita · Qui autem minor eſt · ac deinde ſubinfertur · in regno dei maior eſt illo · Chriſoſtomus · Vt enim copia laudum iohannis occaſionem iudeis non daret preferendi iohannem chriſto hoc ſubdidit · Ne autem putes · quod comparatiue ſe dixerit maiorem iohanne · Ambroſius · Alia enim eſt iſta natura · nec cum humanis generationibus comparanda · Non poteſt enim homini cum deo vlla eſſe collatio · Cirillus · Miſtice autem cum iohannis prerogatiuam oſtendit · inter natos mulierum · ponit ex oppoſito aliquid maius eo ſcilicet qui per ſpiritumſanctum natus eſt filius dei · regnum enim donum dei ſpiritus eſt · Quamuis ergo ſecundum operationem et ſanctitatem · minores ſumus his qui legis miſterium ſunt aſſecuti · quos iohannes ſignificat · tamen maiora per xpm attigimus participes facti diuine nature · Textus

Et omnis populus audiens et publicani iuſtificauerunt deum baptiſati baptiſmo iohannis · pharisei autem et legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſis · non baptiſati ab eo · Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius et cui ſimiles ſunt · pueris ſedentibus in foro · et loquentibus ad inuicem et dicentibus · Cantauimus vobis tibiis · et non ſaltaſtis · Lamentauimus et non ploraſtis venit enim iohannes baptiſta neque manducans panem neque bibens vinum · et dicitis demonium habet · venit filius hominis manducans et bibens et dicitis · Ecce homo deuorator et bibens vinum · amicus publicanorum et peccatorum · et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis · Chriſoſtomus · Premiſſa commendatione Iohannis · magnum phariſeorum et legiſperitorum prodidit crimen · Qui nec poſt publicanos baptiſma iohannis acceperunt · Vnde dicitur · Et omnis populus audiens et publicani iuſtificauerunt · deum baptiſati baptiſmo Iohannis · Ambroſius · Iuſtificatur deus per baptiſmum · dum ſe homines peccata propria confitendo iuſtificant · Qui enim peccat et confitetur deo peccatum · iuſtificat deum · credens ei vincenti · ab eoque gratiam ſperans · In baptiſmate igitur iuſtificatur deus in quo eſt et confeſſio et venia peccatorum · Euſebius · Quia etiam crediderunt · iuſtificauerunt deum · apparuit enim eis iuſtus in omnibus que fecit · pharisei autem repellendo iohannem tanquam inobedientes · non conſonabant prophete dicenti · vt iuſtificeris in ſermonibus tuis · Vnde ſequitur · pharisei autem et legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt · in ſemetipſis non baptiſati ab eo · Beda · hec verba ſiue ex perſona euangeliſte ſiue ex perſona ſaluatoris vt quibuſdam placet · dicta ſunt quod at

dicit in ſemetipſis · vel contra ſemetipſos ſignifi-
cat · quia qui gratiam dei reſpuit · contra ſemetipſū
facit · vel ad ſemetipſos miſſum dei conſilium ſtulti
& ingrati vituperantur noluiſſe recipere · Conſiliū
ergo eſt dei ꝙ per paſſionem & mortem chriſti ſal-
uare decreuit · quod phariſei & legiſperiti ſpreuerūt
¶ Ambroſius · Non condemnamus ergo ſicut pha
riſei conſilium dei · quod eſt in iohannis baptiſte ·
hoc eſt conſilium quod magni conſilij angelus rep
perit · Iohannis conſilium nemo contemnit · dei cō-
ſilium quis refutet · ¶ Cirillꝰ · Erat autem quidā
modus ludendi talis conſuetus apud filios iudeo-
rum · bipertiebatur puerorum caterua · qui rerum
preſentis vite deridentes repentinam tranſmuta-
tionem · hi quidem canebant · hi vero merebant · ſed
nec gaudentibus congaudebant merentes · nec qui
gaudebant conformabant ſe flentibus · deinde argu
ebāt ſe inuicem improperantes incōpaſſionis ma-
litiam · tale quid paſſam fuiſſe iudeorum plebē vna
cum principibus chriſtus innuebat · inde ex perſo-
na chriſti ſubditur · Cui ergo dicam ſimiles homi-
nes generationis huius & cui ſimiles ſunt · Simi-
les ſunt pueris ſedentibus in foro · & loquentibus
adinuicem & dicētibꝫ · Cantauimus vobis tibijs &
non ſaltaſtis · lamentauimus · & non ploraſtis ·
¶ Beda · Generatio iudeorum comparatur pueris ·
quia doctores olim prophetas habebant · de quibus
dicitur · Ex ore infantium & lactentium perfeciſti
laudē · ¶ Ambroſius · Cantauerunt autem prophe
te ſpiritalibus modulis publice ſalutis oracula re-
ſultantes · fleuerunt threnis flebilibꝫ iudeorum du
ra corda mulcentes · Hoc canticum non in foro · nō
in plateis canebatur · ſed in hieruſalem · ipſa eſt ei
dominicum forum · in quo preceptorum celeſtium
iura conduntur · Canticum autem & lamento nil
aliud eſt · ꝙ exceſſus · hoc quidem gaudij · illud ve-
ro meroris · Reſonat autem quedam conſona melo
dia ex organo muſico · ſecundum quam dum homo
pede & motu conſono corporis commouetur · intrin-
ſecam · diſpoſitionem manifeſtat · & ideo dicit · La-
men · & cetera · ¶ Auguſtinus · de queſtionibꝫ euan
geliſtarum · Hec autem pertinent ad iohannem &
chriſtum · ꝙ enim dicit · Lamentauimus · & nō plo
raſtis · ad iohānem pertinet cuiꝰ abſtinētia a cibis
& potu luctum penitentie ſignificabat · vnde expo-
nendo ſubdit · venit enim iohānes baptiſta neqꝫ mā
ducās panē · neqꝫ bibēs vinū · & dicitis · demoniū hꝫ
¶ Cirillus · Preſummunt criminari virum q̄libꝫ
admiratione dignum · demoniū habere · dicunt mor
tificātē legem peccati q̄ latꝫ in mēbris · ¶ Aug · de
que · euāgeliſtarꝫ · Quod autem dixerat · cantauimꝰ
tibijs · & non ſaltaſtis · ad ipſum dominum perti-
net · q̄ vtēdo de ceteris cibꝫ & potu · letitiam regni ſi
gnificabat · Vnde ſequitur · venit filius hominis
manducans & bibens · & dicitis · Ecce homo deuo-
rator & bibens vinū · ¶ Titus · Noluit enī chriſtꝰ
abſtinere ab huiuſmoi cibis ne occaſiōꝫ daret here

ticis · qui dicunt creaturas eſſe malas & vituperāt
carnes & vinum · ¶ Cirillus · Vbi autem potue-
runt oſtendere dominum voratorem · inuenitur ei
chriſtus vbiqꝫ reprimere immoderantiam & ad mo
deſtiam ducens · Conuerſabatur autem cum publi
canis & peccatoribus · vnde contra eum dicebant ·
Amicus publicanorum & peccatorum · cum tamē
nullatenus ipſe poſſet in peccatum incidere · ſed ecō
tra fiebat eis cauſa ſalutis · non enim coinquinatur
ſol radians ſuper totam terram & frequēter ſuper-
ueniens immundis corporibus · Nec ſol iuſtitie lede
tur conuerſando cum prauis · Nemo autem conetur
comparare propriam menſuram dignitatibꝫ chri-
ſti · ſed quilibet propriam fragilitatem conſiderās
vitet conſortia talium · Praua nāqꝫ colloquia mo-
res corrumpunt bonos · Sequitur · Et iuſtificata
eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis · ¶ Ambroſiꝰ
Sapientia dei filius eſt per naturam non per pro-
fectum que iuſtificatur per baptiſma in eo ꝙ non
per contumatiam refutatur · ſed per iuſtitiā dei mu-
nus agnoſcitur · In eo ergo iuſtificatio dei eſt · ſi n̄
ad indignos & obnoxios · ſed per innocentes per
ablutionem ſanctos & iuſtos videatur ſua munera
tranſtuliſſe · ¶ Chriſoſtomus · Filios autem ſapi-
entie dicit ſapientes · Conſueuit enim ſcriptura ma
los magis ex peccato q̄ꝫ ex noīe iudicare · Bonos
autem filios appellare informantis eos virtutis ·
¶ Ambroſius · Bene autem dicit ab omnibus ·
quia circa omnes iuſtitia reſeruatur · vt ſuſceptio fi
at fidelium & eiectio perfidorum · ¶ Auguſtinus ·
de queſtionibus euangeliſtarum · Vel dicit · Iuſti
ficata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis · oſten-
dit filios ſapientie intelligere · nec ī abſtinendo nec
ī māducādo eē iuſtitiā · ſꝫ ī eq̄nimitate tolerādi ino
piā · n̄ enī vſus ſꝫ cōcupiſcētia reprehēdēda ē · dūmō
congruas in generibꝫ alimentoꝝ his cū quibꝫ tibi
viuendum eſt · Sequitur textus
¶ Rogabat autem eum quidam phariſeꝰ · vt man
ducaret cum illo · Et ingreſſus domum phariſei di
ſcubuit · Et ecce mulier que erat in ciuitate pecca-
trix · vt cognouit ꝙ iheſus accubuit in domo phari
ſei · attulit alabaſtrum vnguēti · & ſtās retro ſecꝰ
pedes eius lachrimis cepit rigare pedes eius · & ca-
pillis capitis ſuis tergebat · & oſculabat̄ · ſui pedes
eiꝰ · & vnguēto vngebat · Videns autem phariſeꝰ q̄
vocauerat eum · ait intra ſe dicens · Hic ſi eſſet pro-
pheta · ſciret vtiqꝫ que & qualis eēt mulier · que tā-
git eum quia peccatrix eſt · Et reſpondens iheſus
dixit ad illum · Simon · habeo tibi aliquid dicere ·
At ille ait magiſter dic · Duo debitores erant cui-
dam feneratori · vnus debebat denarios quīgentos
& alius quinquaginta · Non habentibus autē illis
vnde redderent · donauit vtriſqꝫ · Quis ergo eū plus
diligit ? Reſpondens ſimon dixit · Eſtimo quia is
cui plus donauit · At ille dixit ei · Recte iudicaſti ·
Et cōuerſus ad mulierem dixit ſimoni · Vides hāc
mulierē ? itraui ī domū tuā · Aquā pedibꝫ meis non

dediſti. Hec autem lachrimis rigauit pedes meos.
& capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti.
hec autem ex quo intraui. non ceſſauit oſculari pe-
des meos. oleo caput meum non vnxiſti. hec autē
vnguento vnxit pedes meos. propter quod tibi di
co. remittuntur ei peccata multa. quoniam dilexit
multum. Cui autem minus dimittitur. minus dili
git. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi pec
cata. Et ceperunt. qui ſimul accumbebant. dicere
intra ſe. quis eſt hic qui etiam peccata dimittit?
Dixit autem ad mulierem fides tua te ſaluā fecit.
Vade in pace. ¶ Beda. Quia ſuperius dictum fue-
rat. Et omnis populus audiens & publicani iuſti-
ficauerunt deum baptizati baptiſmate iohannis.
Idem euangeliſta que verbis propoſuerat etiam
factis aſtruit. iuſtificatam ſcilicet ſapientiam a iu
ſtis & penitentibus dicens. Rogabat autem illū
quidam phariſeus vt manducaret cū illo. ¶ Gre-
goriꝰ. in ſenus. Hec conſcripito quendam vtilem
intellectum ſapit. Sunt enim pleriq; eorum qui
ſe iuſtificant inflati ſuſpitione vani ſenſus. priuſ-
ꝙ veniat verum iuditium. ſeparantes ſeipſos velut
agnos ab hedis. nec tecto nec eſcis cum pleriſq; cō-
municare volent. exabominantes omnes quicumq;
non extremum ſed medium tenent callem in vita.
Lucas ergo plus medicus animarum ꝙ corporū.
oſtendit ipſum deum & ſaluatorem noſtrum pꝛiſſi
me alios viſitantem. Vnde ſequitur. Et ingreſſus
domum phariſei diſcubuit. Nō vt aliquid de victis
eius ſortiať ſed vt impertiať de iuſtitia propria.
¶ Cirillus. Mulier autem inhoneſte vite. prom-
ens autem fidelem affectum. venit ad chriſtū qua
ſi potentem veniam commiſſorum largiri. Sequi-
tur enim. Et ecce mulier que erat in ciuitate pecca
trix. vt cognouit quod iheſus accubuit ī domo pha
riſei. attulit alabaſtrum vnguenti. ¶ Beda. Ala-
baſtrum eſt genus marmoris candidi variis colo
ribꝰ intercincti. qđ ad vaſa vnguētaria cauari ſolet.
eo ꝙ optime ſeruare incorrupta dicatur. ¶ Grego
rius. in homelia. Quia enim hec mulier turpitudi-
nis ſue maculas aſpexit. lauanda ad fontem miſeri
cordie cucurrit. conuiuantes non erubuit. Nā quia
ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus. nihil eſſe
credidit ꝙ verecūdaretur foris. Diſcite quo dolo-
re ardet. que flere & inter epulas non erubeſcit.
¶ Gregorius. in ſenus. Indignitatem autem ſuā
oſtendens ſtabat poſt tergum deiectis luminibus
& effuſa coma pedes amplectens. lachrimiſq; eius
perfundēs. rebus triſtem animum oſtendebat. ve-
niam implorans. Sequiť enim. Et ſtās retro ſecꝰ
pedes eiꝰ. lachrimis cepit rigare pedes eiꝰ. ¶ Gre
goriꝰ. ī home. Oculis eī terrena cupierat. ſed hos iā
per penitentiā conterens flebat. Capillos ad compo
ſitionem vultus exhibuerat ſed iam capillis lachri
mas tergebat. Vnde ſequitur. Et capillis capitis
ſui tergebat. ore ſuperba dixerat. ſed pedes domini
oſculans. hoc in redemptoris ſui veſtigia figebat.
Vnde ſequitur. Et oſculabatur pedes eius. vngu-
entum ſibi pro odore ſue carnis exhibuit. Quod er
go ſibi turpiter exhibuerat. hoc iam deo laudabiliť
offerebat. Vnde ſequitur. Et vnguento vngebat
Quot ergo in ſe habuit oblectamenta. tot de ſe iue
nit holocauſta. Conuertit ad virtutum numerum.
numerum criminum. vt totum deo ſeruiret in pa-
tientia. quicquid ex ſe deum contempſerat in cul-
pa. Sic igitur meretrix effecta eſt honeſtior vir
ginibus. Poſtꝙ enim accenſa eſt penitentia. exar
ſit ī chriſti amorem & hec quidem que dicta ſunt.
agebantur exterius. Que vero reuoluebat eius in
tentio multo feruentiora his erant. que ſolus deus
inſpitiebat. ¶ Gregorius. in homelia. Hec autem
phariſeꝰ intuens deſpicit. & non ſolum venientem
peccatricem mulierem. ſed etiam ſuſcipientem do-
minum reprehendit. videns autem phariſeus qui
vocauerat eum. ait ītra ſe dicens. Si hic eſſet pro
pheta. ſciret vtiq; que & qualis mulier eſt. que tā
git eum. ecce phariſeus veraciter apud ſe ſuperbꝰ
& fallaciter iuſtus. egrum reprehendit de egritudi
ne. medicum de ſubuentione. que profecto mulier
ſi ad phariſei pedes veniſſet. calcibus repulſa diſce
deret. Inquinari enim ſe alieno peccato crederet.
quia hūc vera ſua iuſtitia ñ replebat. Sic & quidā
ſacerdotali offitio prediti. ſiquid fortaſſe iuſte ex-
terius vel tenuiter egerint. protinus ſubiectos deſpi
ciunt & peccatores. quoq; in plebe poſitos dedignā
tur. Neceſſe eſt autem vt cum peccatores quoſq;
conſpicimus. noſmetipſos prius in eorum calami-
tate defleamus. quia fortaſſe in ſimilibus aut lapſi
ſumus. aut labi poſſumus. Oportet autem vt ſolli-
cite diſcernamus. quia diſtrictionem debemꝰ vi-
tiis. ꝯpaſſioꝫ nature. Si eī feriēdꝰ ē pctōꝛ nutrien
dꝰ ē ꝓxius. Cum vero iam per penitentiam percu
tit ipſe quod fecit. iam noſter proximus peccator
non eſt. quia hic in ſe punit quod iuſtitia diuina
reprehendit. Inter duos ergo egros medicus ade-
rat. ſed vnus in febre ſenſum tenebat. alter ſenſum
perdiderat mentis. Illa quippe flebat quod fecerat.
phariſeus autem de falſa iuſtitia elatus. vim ſue
valitudinis exaggerabat. ¶ Titus. Dominus au
tem non verba eius audiens ſed cogitationes inſpi
tiens. dominū ſe prophetarum oſtendit. Vnde ſe
quitur. Et reſpondens iheſus dixit ad illum. Si-
mon habeo tibi aliquid dicere. ¶ Beda. Quod qui-
dem dixit eiꝰ cogitationi reſpondens. Phariſeus
autem ex verbis domini attentior eſt factus. Vnde
dicitur. At ille ait. Magiſter. dic. ¶ Gregorius.
De duobus autem ei debitoribus paradigma oppo
nitur. quorum vnus minus. alius amplius debet.
Vnde ſequitur. Duo debitores erant cuidam fene-
ratori. vnꝰ debebat denarios quīgētos & aliꝰ quīq̃
gīta. ¶ Titꝰ. quaſi. d. neq; tu abſq; debito es. qđ
igiť ſi ī paucioribꝰ teneris? ñ ſupbias qꝛ tu qꝫq; venia

eges· vnde de venia ſubdit dicens· Non habentibꝫ autem illis vnde redderet· donauit vtriſq;· Gloſa. Nullus enim poteſt per ſeipſum a debito peccati liberari· niſi diuina gratia veniam conſequatur. Gregoriꝰ· in homelia· Vtrorumq; autem debito dimiſſo· quis amplius largitorem debiti diligit phariſeus interrogatur. Sequitur enim. Quis ergo plus eum diligit? Quibus verbis protinus ille reſpondit· Eſtimo quia is· cui plus donauit· Qua in re notandū eſt· ꝙ dum ſua ſententia phariſeus conuincitur· quaſi phreneticus funem portat· ex q̄ ligetur· Vnde ſequitur. At ille dixit ei· Recte iudicaſti. Enumerantur· autem ei bona peccatricis· enumerātur & mala falſi iuſti. Vnde ſequitur· Et conuerſus ad mulierem dixit ſimoni· vides hanc mulierem· intraui in domum tuam. Ambroſius· Quaſi diceret· facilis eſt vſus aquarum· non eſt facilis lachrimarum effuſio· tu promtis non es vſus. hec effudit non promta lauans lachrimis pedes meos· lauit maculas proprias· terſit crinis· vt per eas ſibi aſſumat ſacros ſudores· & quibꝫ venata eſt ad peccatum iuuentutem· venata eſt ſanctitatem. Chriſoſtomus. Sicut autem vbi vehemens hiber prorumpit· fit ſerenitas· ſic lachrimis effuſis apparet tranquillitas· & perit caligo reatuum & ſicut per aquam & ſpiritum· ſic per lachrimas & confeſſionem denuo mundamur· Vnde ſequitur. Propter quod dico tibi· remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. nam qui vehementer ſe ingeſſerunt malis· rurſus & bonis vehementer inſiſtent· conſcij ad quot debita ſe obligauerunt· Gregorius. Tanto ergo amplius peccati rubigo conſumitur· quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur. Titus. Contingit autē ſepius eum qui multum peccauit· per confeſſionē purgari. Pauca vero· peccantem· ex arrogantia non venire ad confeſſionis remedium· Vnde ſequitur· Cui autem minus dimittitur· minus diligit. Criſoſtomus. Opus eſt ergo nobis feruenti anima· quia nihil impedit hominem fieri magnū· Nullꝰ ꝯſtitutorum in peccatis deſperet· nemo virtuoſus dormitet· nec hic confidat· Sepe enim meretrix precedet eum· nec ille diffidat. poſſibile namq; eſt eū etiā p̄mos ſuperare· Vn̄ & hic ſubdit· Dixit autem ad illam· Remittuntur tibi peccata tua· Gregorius· Ecce que ad medicum venerat egra· ſanata eſt· ſed de ſalute eius adhuc alij egrotant. Sequitur enim. Et ceperunt qui ſimul accumbebant· dicere intra ſe· quis eſt hic· qui etiam peccata dimittit? ſed celeſtis medicus egros non reſpicit· quos etiam de medicamento fieri deteriores vidit· eam autem quam ſanauerat· per pietatis ſue ſententiam confirmat· Vnde ſequitur· Dixit autem ad mulierem· fides tua te ſaluam fecit· quia ſcilicet hoc quod petijt· poſſe ſe accipere non dubitauit. Theophilus· Poſtꝙ autem ei peccata dimiſit· non ſiſtit in remiſſionem peccati· ſed adijcit operationem boni· Vnde ſubditur. Vade ī pace id eſt in iuſtitia. quia iuſtitia eſt pax hominis ad deū ſicut peccatum eſt inimicitia inter deum & hominē quaſi diceret· operare omnia que ad pacem dei te ducunt· Ambroſius· Hoc autem loco pleriq; pati videntur ſcrupulum queſtionis· vtrum videantur euangeliſte diſcordaſſe de fide· Grecus· Quia ei quatuor euangeliſte dicūt chriſtum vnctum fuiſſe vnguento a muliere· tres puto fuiſſe mulieres ex perſonarum qualitate· ex modo agendi. ex differētia temporum· Johannes quidem narrat de maria ſorore lazari· quoniam ſex diebus ante paſcha vnxit pedes iheſu in propria domo. At matheus. Poſtꝙ dominus dixerat ſcitis quia poſt biduum fiet paſcha· ſubdit ꝙ in bethania in domo ſimonis leproſi mulier fudit vnguentum ſuper domini caput· Non autem vnxit pedes vt maria. Marcus etiā matheo ſimiliter· Lucas autem non circa tempus paſche· ſed in medio euangelij hoc refert· Chriſoſtomus autem binas aſſerit has mulieres fuiſſe· vnam quidem que continetur in iohanne· alteram vero cuiꝰ mentio fit a tribus. Ambroſius. Hanc ergo mulierem inducit matheus ſupra caput chriſti effudentem vnguentum· & ideo noluit dicere peccatricem· Nam peccatrix ſecundum lucam ſupra chriſti pedes effudit vnguentum. Poteſt ergo non eadem eſſe· ne ſibi contrarium euangeliſte dixiſſe videantur. Poteſt etiam queſtio meriti & temporis diuerſitate diſſolui· vt adhuc illa peccatrix ſit· iam iſta perfectior. Auguſtinꝰ· de concordantia euāgeliſtarum· Eandem enim mariam bis hoc feciſſe arbitror intelligendum· ſemel ſcilicet ꝙ lucas narrauit cum primo accedens cum humilitate & lachrimis meruit remiſſionem peccatorum· Vnde iohannes cum de lazaro reſuſcitando cepiſſet loqui· anteꝙ veniret in bethaniam dicit· Maria autē erat que vnxit dominum vnguento. & terſit pedes eius capillis ſuis· cuius frater lazarus infirmabatur· Iam itaq; hoc maria fecerat· Quod autem in bethania rurſum fecit· aliud eſt. quod ad luce narrationem non pertinet ſed pariter narratur ab alijs tribus. Gregorius· in homelia· Miſtico autem intellectu phariſeus de falſa iuſtitia preſumens iudaicum populum· peccatrix mulier ſed ad veſtigia domini veniens & plorans conuerſam gentilitatem deſignat. Ambroſius· Vel princeps huius ſeculi quidam leproſus eſt· Domus autem ſimonis leproſi terra eſt· ergo dominꝰ ex illis ſuperioribus locis deſcendit in terram· Neq; enim ſanari potuiſſet hec mulier que ſpetiem habet anime vel eccleſie niſi chriſtus veniſſet in terram· Merito autem ſpeciem accipit peccatricis· quia chriſtus quoq; formam peccatoris accepit· itaq; ſi cōſtituas animam fideliter appropinquantem deo· non peccatis turpibus & obſcenis· ſed pie ſeruientem dei verbo· habētē imaculate fiduciā caſtitatis· ad ipm xpi caput aſcēdit· Caput aūt xpi deꝰ ē. Sꝫ q̄ caput n̄ tenꝫ ipi

ille pedes teneat. Peccator ad pedes. iuſtus ad ca-
put. Habet tamen etiam ea que peccauit. vnguen
tum. ¶ Gregorius. Quid aliud vnguento niſi bo-
nus odor opinionis exprimitur. ſi igitur recta ope-
ra agimus. quibus opinione boni odoris eccleſiam
reſpergamus. Quid in corpore domini niſi vnguen-
tum fundimus. Sed ſecꝰ pedes mulier ſtetit. Con
tra pedes enim domini ſtetimus. cum in peccatis po
ſiti eius itineribus renitebamur. ſed ſi ad veram pe
nitentiam poſt peccata cōuertimur. iam retro ſecꝰ
pedes ſtamus. quia eius veſtigia ſequimur. que
impugnabāꝰ. ¶ Ambroſi. Defer & tu poſt pecca
ta penitentiam. vbicunqꝫ audieris chriſti nomen.
accurre. In cuiuſcunqꝫ interiorem domum iheſum
intraſſe cognoueris. & ipſe feſtina. cum reppereris
ſapientiam. cum reppereris iuſtitiam in aliquibus
penetralibus recumbentem. accurre ad pedes. hoc
eſt vel extremam partem querere ſapientie. lachri
mis confitere peccata. Et fortaſſe ideo non lauit pe
des ſuos chriſtus. vt eos lachrimis nos lauemus.
bone lachrime que nō ſolum noſtrum poſſunt laua
re delictum. ſed etiam verbi celeſtis rigare veſtigi-
um. vt greſſus eius nobis exuberent. bone lachri-
me in quibus non ſolum redemptio peccatorum. ſed
etiam iuſtorum refectio eſt. ¶ Gregorius. Lach-
rimis enim domini pedes rigamꝰ. ſi quibuſlibet vl
timis membris domini cōpaſſiōis affectu incline-
mur. Capillis pedes domini tergimus. quando ſan
ctis eius quibus ex caritate compatimur. ex his
que nobis ſuperfluūt. miſeremur. ¶ Ambroſius.
Expande etiam capillos ſterne ante eum omnes
corporis tui dignitates. non mediocres capilli ſunt
qui poſſunt pedes tergere xp̄i. ¶ Grego. Oſculatur
mulier pedes. quos terſit. quod nos quoqꝫ plene agi
mus. ſi ſtudioſe diligimus. quos ex largitate con-
tinemus. Poteſt quoqꝫ per pedes ipſum miſteriū
incarnationis eius intelligi. oſculamur igitur redē
ptoris pedes cum miſterium incarnationis eius ex
toto corde diligimus. Vnguento pedes vngimus.
cum ipſam humilitatis eius potētiam ſacri eloquij
bona opinione predicamus ſed hoc etiam phariſeꝰ
vidit. & vidit quia cū iudaicꝰ populꝰ. gētilitatem
deū predicare conſpicit. ſua aput ſe malitia tabe-
ſcit. ſic autem phariſeus retunditur. vt per eū per
fidus ille populus oſtendatur. quia videlicꝫ infide
lis ille populus nec ea que extra ſe erant. nūquam
pro domino tribuit. Conuerſa autem gentilitas ꝓ
eo non ſolum rerum ſubſtantiam. ſed etiam ſang-
uinem fudit. Vnde phariſeo dicit. Aquam pedibꝰ
meis nō dediſti. hec autem lachrimis rigauit pedes
meos. Aqua quippe extra nos ē. lachrimarum hu-
mor intra nos eſt. Infidelis etiam ille populus deo
oſculum non dedit. quia ex caritate eum amare no
luit. cui ex timore ſeruiuit. oſculum quippe dilecti
onis eſt ſignum. vocata autem gentilitas redemp-
toris ſui veſtigia oſculari non ceſſat. quia ī eius con
tinuo amore ſuſpirat. ¶ Ambroſiꝰ. Nō mediocris
at hec meriti ē. de q̄ dicitur. intraui exq̄ non ceſſauit
oſculari pedes meos. vt aliquis niſi ſapientiam loq̄
neſciat. niſi iuſtitiam diligere. niſi caſtitatem liba
re. niſi pudicitiam oſculari. ¶ Gregoriꝰ. Phariſeo
autem dicitur. oleo caput meum non vnxiſti. quia
ipſam quoqꝫ diuinitatis potentiam in qua ſe iuda-
icus populus credere ſpopondit. digna laude predi
care neglexit. Hec autem vnguento vnxit pedes
meos. quia dum īcarnationis eius miſterium gen
tilitas credidit. ſumma laude eius etiam ima predi
cauit. ¶ Ambroſius. Beatus qui poteſt & oleo vn
gere pedes chriſti. ſed beatior qui vngit vnguento
Multorum enim florum in vnum collecta ſparſit.
Et fortaſſe iſtud vnguentum non poſſet alius niſi
eccleſia ſola deferre. que diuerſi ſpiraminis innūe-
rabiles habet flores. & ideo nemo poteſt tantum di
ligere. quantum illa. que ī pluribus diligit. In do
mo autem phariſei. id eſt in domo legis & prophe
te. non phariſeꝰ ſed eccleſia iuſtificatur. Phariſeꝰ
enim non credidit. iſta credebat. lex miſterium
non habet. quo occulta mundantur. Et ideo quod
in lege minus eſt. conſummatur in euangelio. Duo
autē debitores duo populi ſunt feneratori illi the-
ſauri celeſtis obnoxij. Non materialem autē fene-
ratori huic debemus pecuniam. ſed meritorum ex
amina. era virtutum. quaꝝ merita grauitatis pon
dere. iuſtitie ſpecie ſono confeſſionis expenduntur.
Non mediocris autem eſt iſte denarius in quo re-
gis imago formatur. veh mihi ſi non habuero quod
accepi. aut quia difficile quiſqꝫ eſt. qui feneratori
huic debitum integrum poſſit exoluere. veh mihi
ſi non petiero concedi mihi debitum. Sed quis eſt
populus iſte qui amplius debet niſi nos quibꝰ am-
plius creditum eſt. Illis credita ſunt eloquia dei.
nobis creditur virginis partus emanuel id ē nobiſ-
cum deus. domini crux. mors. reſurrectio. itaqꝫ nō
ē dubiū ꝙ plꝰ debꝫ. q̄ plꝰ accipit ſecūdū hoīes plꝰ
fortaſſe offendit. qui plus debuerit. Sed per miſe
ricordiam domini cauſa mutatur. vt amplius dili-
gat qui amplius debuit. Si tamen gratiam conſe
quatur. Et ideo quoniam nihil eſt. quod digne deo
referre poſſimus. veh mihi & ſi nō dilexero. Red-
damus ergo amorem pro debito. amplius enim di
ligit cui donatur amplius.

Capitulum. viij.

ET factum eſt deinceps. & ipſe iter
faciebat ꝑ ciuitates & caſtella p̄
dicans & euangelizans regnum
dei. Et duodecim cum illo. & mu-
lieres que erant curate a ſpiritibꝰ
malis & infirmitatibus. Maria q̄
vocatur magdalena de qu ſeptem demonia exie-
rant. & iohanna vxor huze procuratoris herodis
& ſuſanna. & alie multe que miniſtrabant ei de fa-
cultatibus ſuis. ¶ Theophilus. Qui celitus de
ſcendit vt exemplum fieret nobis & forma. inſtru
it nos non pigritare in docendo. Vnde dicitur.

Et factum eſt deinceps & ipe iter faciebat per ciui
tates & caſtella predicans & euangelizans regnũ
dei. ¶ Gregorius · nazianzenus. Vadit quippe de lo
co in locum · non ſolum vt plures lucretur. ſed eti
am vt multa dedicet loca. Dormit · laborat · vt ſom
num & laborem ſanctificet · plorat vt det precium
lachrimis · predicat celeſtia. vt audientes exaltet ·
¶ Titus · Qui em̄ de celo ad terram deſcendit. an
nuntiat habitantibus terram regnum celeſte. vt
terram in celum conuertat · Quis autem predicare
debebat regnum dei · niſi filius dei cuius eſt regnũ?
venerunt plures prophete · non tamen predicaue=
runt regnum celorum · nam qualiter eorum que nõ
viderunt · ſermonem pretenderent · ¶ Iſidorus ·
abbas. Hoc autem regnum dei aliquibus videtur
altius & melius regno celeſti · Quibuſdã vero vnũ
& idem ſecundum eſſentiam ſed diuerſimode nomi=
nari · aliquando quidem regnum dei a regnante · ali
quando autem regnũ celorum a ſubditis agelis &
ſanctis qui celi dicuntur. ¶ Beda · More aũt aqui
le prouocantis ad volandum pullos ſuos dominus
pedetentim diſcipulos ſuos ad ſublimia erigit · Si
quidem primo docet in ſinagogis & miracula facit.
ex his duodecim quos apoſtolos nominat elegit ·
Poſtmodum omẽs predicans ſecum ducit · Vnde
ſequitur · Et duodecim cum illo · ¶ Theophilus ·
Non docentes aut predicantes · ſed inſtruendi ab
eo · Ne autem femineus ſexus prohiberi videretur
ſequi chriſtum. Subditur · Et mulieres alique q̄
erant curate a ſpiritibus malis · & infirmitatibus.
Maria que vocat̄ magdalena de qua ſeptem demo
nia exierant · ¶ Beda · Maria magdalena ipſa eſt
cuius tacito nomine proxima lectio penitentiã no=
minat · Nam pulchre euangeliſta vbi eam cum do=
mino iter facere commemorat · noto hanc vocabulo
manifeſtat · vbi vero peccatricem ſed peniten=
tem deſcribit · mulierem generaliter dicit · ne no=
men tante fame priſci erroris nota fuſcaret · de qua
demonia ſeptem exiſſe referuntur · ¶ Gregorius ·
in homelia · Quid enim per ſeptem demonia niſi vni
uerſa vitia intelliguntur? Quia enim ſeptem dieb9
omne tempus comprehẽditur · recte ſeptenario nu
mero vniuerſitas figuratur · Septem ergo demo=
nia maria habuit · que vniuerſis vitijs plena fuit ·
Sequitur · Et iohanna vxor huze procuratoris he
rodis · & ſuſanna. & alie multe que miniſtrabant ei
de facultatibus ſuis. ¶ Hieronimus · contra vigi=
lantium · Conſuetudinis iudaice fuit · nec ducebat̄
in culpam more gentis antiquo · vt mulieres de ſub
ſtantia ſua victum atq; veſtitum preceptoribus
darent · hoc quia ſcandalum facere poterat in nati=
onibus paulus ſe abieciſſe commemorat · Miniſtra
bant autem domino de ſubſtantia ſua · vt meteret
earum carnalia · cuius ipſe metebant ſpiritalia · nõ
ꝙ indigeret cibis dominus creaturarum · ſed vt ti=
pum oſtenderet magiſtrorum · ꝙ victu atq; veſti=
tu de diſcipulis deberent eſſe contenti · ¶ Beda ·
Interpretatur autem maria amarum mare propter
penitentie rugitum · Magdalene · turris · vel melius
turrenſis · a turre de qua dicitur · fact9 es ſpes mea
turris fortitudinis · a facie inimici · Iohanna dom9
gratia eius vel domus miſericors interpretatur · vi
delicet q2 eius eſt omne quod viuimus · Si autẽ ma
ria mundata a ſorde vitiorum eccleſiam de genti=
tibus inſinuat · cur non iohanna eandem deſignat
eccleſiam · quondam idolorum cultui ſubditã? Nam
quilibet malignus ſpiritus · dum pro regno diaboli
facit · quaſi herodis procurator exiſtit · Interpreta
tur ſuſanna lilium · aut gratia eius · propter odorife
rum celeſtis vite candorem aureumq; interne dile
ctionis ardorem · Sequit² text9

¶ Cum autem turba plurima conueniret · & de ci=
uitatibus properarent ad eum · dixit per ſimilitudi
nem · Exijt qui ſeminat ſeminare ſemẽ ſuum · & dũ
ſeminat · aliud cecidit ſecus viam · & conculcatum
eſt · & volucres celi comederunt illud · Et aliud ce=
cidit ſupra petram · & natum aruit · quia non habe=
bat humorem · & aliud cecidit inter ſpinas · & ſimul
exorte ſpine ſuffocauerunt illud · Et aliud cecidit ĩ
terram bonam · & ortum fecit fructum centuplum
Hec dicens clamabat · qui habet aures audiẽdi au
diat · Interrogabant autem diſcipuli eius · que eſſet
hec parabola · Quibus ipſe dixit · vobis datum eſt
noſſe miſterium regni dei · ceteris autem in para=
bolis · vt videntes non videant · & audientes non
intelligant · Eſt autem hec parabola · Semen eſt
verbum dei · Quod autem ſecus viam hi ſunt · qui
audiunt · deinde venit diabolus & tollit verbum de
corde eorum · ne credentes ſalui fiant · Nam qui ſu=
pra petram · hi ſunt qui cum audierint · cum gaudio
ſuſcipiunt verbum · hi radices non habent · quia ad
tempus credunt · & in tempore temptionis rece=
dunt · Quod autem in ſpinis cecidit · hi ſunt · qui au=
dierunt · & a ſollicitudinibus & diuitijs & volup=
tatibus vite euntes ſuffocantur · & non referũt fru
ctum · Quod autem in terram bonam · hi ſunt · qui
in corde bono & optimo audientes verbum reti=
nẽt · & fructũ afferunt in patientia · ¶ Theophi ·
Quod dauid in perſona chriſti predixerat · Aperiã
in parabolis os meum · hic dominus implet · Vnde
dicitur · Cum autem turba plurima conueniret · &
de ciuitatibus properarent ad eum · dixit per ſimili
tudinem · Loquitur autem dominus per ſimilitudi=
nem primo quidem vt attẽtiores faceret auditores
Conſueuerunt enim homines in obſcuris ſe exerci=
tare · & ſpernere manifeſta · Deinde vt non caperẽt
indigni que miſtice dicebantur · ¶ Origenes · Et
ideo ſignanter dicitur · Cum turba plurima conue=
niret · Non em̄ ſunt multi ſed pauci qui per artam
viã incedunt · & q̄ inueniunt viam · que ducit ad vi
tam · Vñ mathe9 dicit · ꝙ extra domũ docebat ꝑ pa
rabolas · ſed intra domum parabolam diſcipulis ex
poſuit · ¶ Euſebius · Satis autem congrue chriſt9

pꝛimā pꝛoponit parabolam multitudini · non ſolū
tunc aſtantium · ſed etiam futurozum poſt illos in
ducentem ad audientiam verbozum ſuozum · cum
dicit · Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum ·
¶ Beda · Satozem iſtum nullum melius quam fi
lium dei intelligere poſſumus · qui de ſinu patris q̄
creature non erat acceſſus · egrediens ad hoc venit
in mundum · vt teſtimonium perhiberet veritati ·
¶ Chriſoſtomus · Exijt autem qui vbiqꝫ non lo:
caliter · ſed per amictum carnis nobis appꝛopinqua
uit · decenter aūt aduētū ꝓpriū chriſt? exitum no:
minat · Eramus enim excluſi a deo · & ſicuti cōdem:
nati & rebelles regi eiecti ſunt · qui vero cum recon
ciliare vult eos exeundo ad ipſos extra cum eis lo
quitur · donec dignos iam factos aſpectu regio eos
introducat · Hic etiam chriſt? fecit · ¶ Theophi ·
Exijt autem nunc non vt agricolas perderet aut
conbureret terram · ſed exijt ſeminare · Sepe enim
agricola qui ſeminat ob aliam cauſam exijt · nō ſo
lum vt ſeminet · ¶ Euſebius · Exierūt autem nō:
nulli a patria celeſti & ad homines deſcenderunt · nō
tamen vt ſererent · neqꝫ enim ſatozes erant · ſed ad:
miniſtratozij ſpiritus in miniſterium miſſi · Moi:
ſes etiam & pꝛophete poſt eum · non inſeruerūt ho
minibus miſteria regni celozum · Sed retrahendo
inſipientes ab errore nequitie & idolozum cultu ·
quaſi colebant animas hominum & in noualia redi
gebant · Sol? autem omnium ſatoꝛ verbum dei ex
iuit euangelizaturus · noua ſemina ſcilicet miſte:
ria regni celozum · ¶ Theophilus · Non ceſſat au:
tem dei filius ſemper in noſtris animabus ſemina:
re · non ſolum cum docet ſed etiam cum creat in no
ſtris animabus ſeminat ſemina bona · ¶ Titus ·
Exijt aūt vt ſeminaret ſemen ſuum · Non autem
accepit verbum · quaſi mutuatum · cum ipſe natura
liter ſit verbum dei viui · Non eſt igitur ſuum pꝛo:
pꝛium ſemen pauli vel iohannis · ſed habent cū ac
ceperint · Chriſtus autem habet pꝛopꝛium ſemen
pꝛoferens doctrinā ex ſua natura · Vnde & iudei di
cebant · qualit̃ hic litteras nouit quaſi nō didicit ·
¶ Euſebius · Docet igitur duos eſſe gradus eozū
qui recipiunt ſemina · pꝛimum quidem eozum qui
digni facti ſunt vocatione celeſti · ſed labūtur a gra
tia pꝛopter negligentiam & tozpozem · Secūdum
vero multiplicantium ſemen in bonis fructibus ·
Ponit autem ſecundum matheum tres differen:
tias · in quolibet gradu · Nam qui cozrūpunt ſemē ·
non ſimilem habent perditionis modum · & qui ab
eo fructificant · non equam recipiunt copiā · Sane
actiones perdentium oſtendit ſemen · Quidam enī
cum non peccauerint · ſuis animabus inſita ſibi ſe:
mina ſalubꝛia perdiderunt · ſubtracta ab intentione
& memozia eozum per ſpiritus malignos & demo:
nes · qui volant per aerem · vel viros fallaces & cal
lidos que volatilia nuncupauit · Vnde ſubdit · Et
dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam · ¶ Theo ·
Non dixit ꝙ ſeminās pꝛoiecit aliud ſec? viā · ſed
ꝙ ſemen cecidit · Qui enī ſeminat docet rectū ſermo
nē · ſed ſermo diuerſimode cadit ī audiētes · vt q̄dā
eoꝝ via dicāt̃ · Et cōculcatū eſt · & volucres celi co
mederūt illud · ¶ Ciril · Arida ei eſt & īculta quod
ammodo omnis via · eo ꝙ a cūctis cōculcatur · ac ni
hil ex ſeminib? humat̃ in ea · Sic igit̃ habētes coꝛ
īdocile n̄ penetrat diuina monitio vt poſſit laudē ger
minare virtutū · ſed tales ſunt via frequentata im
mundis ſpiritibus · Sūt iterū aliqui leuit̃ gerētes
fidem ī ſe · quaſi ī vboꝝ ſimplicitate · hoꝝ fides ca
ret radice · de quib? ſubdit̃ · Et aliud cecidit ſup̈ pe
tram & natum aruit · quia nō habebat humozem ·
¶ Beda · Petrā dicit durū & indomitū coꝛ · hoc ē
autē humoꝛ ad radicē ſeminis · quod iuxta aliā pa:
rabolam oleum ad lampades virginum nutriēdas ·
ideſt amoꝛ & perſeuerantia virtutis · ¶ Euſebius
Sunt etiā aliqui q̄ per auaritiā & appetitū volup:
tatum & mundanas ſollicitudines quas quidā ſpi
nas nuncupant immiſſum ſibi ſemen ſuffocari fe:
cerunt · de quibus ſubditur · & aliud cecidit ītra ſpi
nas & ſimul exozte ſpīe ſuffocauerūt illud · ¶ Chri:
ſoſtomus · Sicut enim ſpine non permittunt oꝛiri
ſemen · ſed ex condēſatione ſuffocant immiſſum · ſic
ſollicitudines vite pꝛeſentis ſemen ſpiritale fructi
ficare non ſinunt · increpandus autem eſſet agrico
la qui ſup̈ ſenſibiles ſpinas & petram & viā ſemi:
naret · Non enim poſſibile eſt petram terram fieri
nec viā nō eſſe viā · nec ſpinas nō eſſe ſpīas · In ra:
tionalib? aūt ſec? ē · Poſſibile ē enī petrā cōuerti in
terrā pinguē · & viā nō cōculcari · & ſpinas diſſipa:
ri · ¶ Ciril · Sūt aūt terra pinguis & ferax anime
honeſte & bone q̄ ī ꝓfundo ſuſcipiūt vbi ſemina &
retinent & fouent · Et quantum ad hoc ſubdit̃ · Et
aliud cecidit ī terram bonā · & oꝛtū fecit fructū cen:
tuplum · Cum enī in mentem mundam ab omnib?
perturbantibus verbum diuinum infunditur · tunc
immittit radices in pꝛofundum · & germinat tanꝗ̄
ſpica & conuenienter perficitur · ¶ Beda · Fructū
enim centuplum fructum perfectum dicit · Nam de
nari? numer? ꝓ pfectiōe ſemp̈ accipitur · quia ī de
cem pꝛeceptis legis cuſtodia continetur · Denari?
autem numerus per ſemetipſum multiplicatus ·
in centenarium ſurgit · Vnde centenarius mag:
na perfectio ſignificatur · ¶ Cirillus · Que aūt ſit
ſententia parabole accipiamus per eum · qui eam
compoſuit · Vnde ſequit̃ · Hec dicēs clamauit · Qui
habet aures audiendi · audiat · ¶ Baſilius · Audire
pertinet ad intellectum · Vnde per hoc dominus ex
citat ad exaudiendū · attētē mētionē eozū que dicū:
tur · ¶ Beda · Quotiens enim hec admonitio · vel in
euangelio vel in apocalipſi iohannis interponitur ·
miſticum eſſe quod dicitur · querendumqꝫ a nobis
intentius oſtenditur · Vnde diſcipuli ignozantes
ſaluatozē iterrogāt · Seq̄t̃ ei · Interrogabāt aūt di
ſcipuli ei? q̄ eēt hec parabola · Nemo tn̄ putz · finita
mox pabola diſcipl'os hoc īterrogaſſe ſ; vt mā? ait
cū eēt ſingularis īterrogauerūt eū · ¶ Orige · Eſt aūt

parabola ſermo quaſi facti · non autem facti · iuxta
quod dicitur · poſſibilis autē fieri · rerum ſignifica-
tiuus · per tranſſūptionem earum que in parabola
traduntur · Enigma vero eſt proceſſus ſermonis ī
his que dicuntur quaſi facta · que tamen non ſunt
facta · nec poſſibilia fieri · ſignificant vero aliquid
in occulto · Sicut quod dicitur in libro iudicum ꝙ
ligna ierunt vt vngerent ſibi regem · Non eſt au
tem ad litteram factum quod dicitur · Exijt · qui ſe
minat ſicut ea que narrat hiſtoria · poſſibile tamen
fuit fieri · ¶ Euſebius · Dominus vero docuit eos
cauſam quare turbis per parabolas loquebatᷣ · Vñ
ſubditur · Quibus ipſe dixit · Vobis eſt datum noſ
ſe miſterium regni dei · ¶ Gregorius · nazianzenꝰ
Cum hoc audis · non introducas diuerſas naturas
ſecundum quoſdam hereticos · qui putant hos qui
dem eſſe pereuntis nature · hos vero ſalubris · Quoſ
dam vero ſic ſe habere vt eorum voluntas eos du-
cat ad peius vel melius · Sed addas ei · quod dicitᷣ ·
Vobis datum eſt id eſt volentibus & ſimiliter di-
gnis · ¶ Theophilus · His autem qui ſunt indigni
tantis miſterijs · obſcure dicuntur · Vnde ſequitᷣ ·
Ceteris autem in parabolis · vt videntes non vide-
ant · & audientes non intelligant · Videre enim ſe
putant · non vident autem · & audiunt quidem · ſed
non intelligunt · Huius ergo gratia hoc eis chriſtꝰ
abſcondit · ne maius eis preiudicium generetur ſi
poſtꝙ nouerint chriſti miſteria · contēpſerint · Qui
enim intelligit · & poſtea ſpernit · grauiꝰ punietur ·
¶ Beda · Recte igitur in parabolis audierunt · qñ
clauſis ſenſibus cordis · non curant cognoſcere veri
tatem · obliti enim quod dominus dixerat · Qui ha-
bet aures audiendi audiat · ¶ Gregorius · in home
lia · Dominus autem dignatus eſt exponere quod
dicebat · vt ſciamus rerum ſignificationes querere
etiā ī his · que per ſemetipſū voluit explanare · Se
quitur enim · Eſt autem hec parabola · Semen eſt
verbum dei · ¶ Euſebius · Deſtruentium autē im-
miſſa ſemina ſuis animabus tres dicit eſſe cauſas ·
Quidam enim deſtruūt in ſe ſemē reconditum dan-
tes leuiter auditum volentibus fallere · de quibus
ſubdit · Quod autem ſecus viam · hi ſunt · qui audi-
unt · deinde venit diabolus · & tollit verbum de cor-
de eorum · ne credentes ſalui fiāt · ¶ Beda · Qui ſci
licet verbum quod audiūt · nulla fide · nullo intelle
ctu · nulla ſaltem temptande vtilitatis actione per-
cipere dignantur · ¶ Euſebius · Quidam vero cum
in mentis profundo non ſuſceperint verbum dei · fa-
cile extinguuntur · adueniente aduerſitate · de qui-
bus ſubditur · Nam qui ſupra petram · hi ſunt · qui cū
audierint · ſuſcipiunt verbum · & hi radices non ha
bent · quia ad tempꝰ credūt · & in tempore tempta
tiōis recedūt · ¶ Ciril · Cū em̄ intrāt eccleſiam le-
tanter attentant diuina miſteria · ſed ex leui volū
tate · vt autem egreſſi ſunt eccleſiam · obliuiſcūtur
ſacrarum diſciplinarum · & ſi fides chriſtiana ñ flu
ctuet permanent · turbante vero perſecutione pfu-
gam habēt mētem · fides eoꝝ caret radice · ¶ Gre ·
in home · Multi boni operis ītia ꝓponūt · ſed mox
vt fatigari aduerſitatibꝫ vel temptationibus cepe
rint · inchoata derelinquūt · Petroſa ergo terra hu
morē nō habuit · que hoc quod germīauerat · ad fru
ctus perſeuerantiam non perduxit · ¶ Euſebi · Qui
dam vero ſuffocant recōditum ī eis ſemen diuitijs
& illecebris · quaſi quibuſdam ſuffocantibus ſpi-
nis · de quibꝫ ſubditᷣ · Quod autem in ſpinis cecidit ·
hi ſunt · qui audierunt · & a ſollicitudinibus & diui
tijs & voluptatibus vite euntes ſuffocantur · & nō
referunt fructum · ¶ Gregoriꝰ · in homelia · Mirū
quomodo domiꝰ diuitias ſpinas interpretatꝰ ſit · cū
ille pungant · iſte delectent · & tamen ſpine ſunt · qꝛ
cogitationum ſuarum punctionibus mentem lace-
rant · & cum vſqꝫ ad peccatum pertrahunt · quaſi in
flicto vulnere cruentant · Duo autem ſunt que di
uitijs iungit ſollicitudines & voluptates · quia per
curam mentem opprimunt · & per affluentiam re-
ſoluunt · ſuffocant autem ſemen · quia importunis
cogitatiōibus guttur mentis ſtrangulant · & dum
bonum deſiderium intrare ad cor ñ ſinūt · q̄ſi aditum
vitalis flatus necāt · ¶ Euſebiꝰ · Hec aūt ex promi
ſſiōe a ſaluatore p̄dicta ſunt · Sic aūt ſe habere pa-
tefacit effectꝰ · Non em̄ alitᷣ aliqui a verbo diuini
cultꝰ deficiūt · niſi ſecundum aliquē modorū predi-
ctorū ab eo · ¶ Chriſ · Et vt plura breuibꝫ compre
hendā · hi q̄de tamꝙ negligētes audire · hi tāꝙ deli
cati & debiles · Hi vero tamꝙ ſerui facti voluptatis
& rerū mūdi a bono deſiſtūt · Bonus etiā ordo vie ·
petre · & ſpinarū · opꝰ eſt em̄ p̄mo memorie & cau-
tele · deinde fortitudīs · cōſequēter cōtemptꝰ preſen
tiū · Cōſequēter ponit bonā terrā cōtrario modo ſe
habētē ad viā & petram & ſpinas · cū ſubdit · Quod
aūt ī terrā bonā · hi ſūt · qui ī corde bono & optimo
v̄bū recipiūt · & fructū afferūt ī patientia · Nā qui
ſecꝰ viā poſiti ſūt · ñ retinēt v̄bum · ſed rapit eis ſe
men diabolꝰ · Qui vero ſūt in petra · nō ſuſtinent in
patiētia tēptationis inſultū · propter imbecillitatē ·
Qui vero ſūt ī ſpinis · nō fructificāt · ſed ſuffocantᷣ ·
¶ Grego · in home · Terra gͦ bona fructū per pati-
entiam reddit · quia nulla ſunt bona que agimus · ſi
non equanimitᷣ etiam ꝓximorum mala toleramꝰ ·
fructum ergo per patiētiā reddūt · quia cum humilitᷣ
v̄ba ſuſcipiūt · poſt flagella ad requiem ſublimiter
cum gaudio ſuſcipiuntᷣ · Sequitur textus
¶ Nemo autem lucernam accēdēs operit eam vaſe
aut ſubtus lectum ponit · ſed ſuper candelabrum po
nit · vt intrantes videant lumen · Non enim ē occul
tum · quod non manifeſtetur · neqꝫ abſconditum ·
quod non cognoſcatur · & in palam veniat · Videte
ergo quomodo auditis · Qui em̄ habet · dabitur illi ·
Et quicumqꝫ non habet · etiam quod putat ſe habe
re · auferetur ab illo · ¶ Beda Quia ſupra dixerat
ap̄lis · vobꝫ datū eſt noſſe miſteriū regni dei · ceteris
aūt ī pabolis · Nūc oñdit p eos aliqñ etiā ceteris idē
miſteriū eē reuelādū · dicēs · nemo aūt lucnā accēdēs

operit eam vaſe· aut ſubtus lectum ponit·ſed ſup candelabrum ponit vt· intrantes videant lumen· ¶ Euſebi?· Quaſi dicēt ſicut lucerna accenditur· vt luceat· nō vt operiat̄ ſub modio vel lecto. ſic eti am ſecreta regni celorū in parabolis edita· quāuis lateant alienos a fide· non tamen penes omnes ma nifeſtum habebunt ſenſum· Vnde ſubdit· Non emē occultum· quod nō manifeſtetur· neq̧ abſconditum quod nō cognoſcat̄ & i palam veniat· Quaſi dicēt quāuis plurima i parabolis dicta ſunt· vt viden tes non videant· & audientes non intelligant· pro pter ſui incredulitatem· tot? tamen ſermo patebit ¶ Auguſtinus· de queſtionibꝰ euangeliſtarum· Vel aliter· Totam his verbis tipice docet fiduciā predicandi· ne quis timore carnalium incōmodorū lucem ſcientie abſcondat· vaſis enim & lecti nomi ne carnem· lucerne autem vocabulo verbum deſig nat· quod ob metū carnalium incomodorum occul tat· qui ipſam carnem preponit manifeſtationi ve ritatis· & ea quaſi operit verbū· qui predicare tre pidat· Supra cādelabrum autem ponit lucernā· q corpus ſuum miniſterio dei ſubijcit· vt ſuperior ſit predicatio veritatis· & inferior ſeruitus corporis· ¶ Origenes· Sed & qui vult adaptare lucernam perfectioribus chriſti diſcipulis· pſuadebit nobis per ea que dicta ſūt de iohanne· qm̄ ipſe erat lucer na ardēs· & lucēs· nō decz ḡ eū q̄ lucernā rōnalē ac cendit i aīa· abſcōdere eā ſub lecto· vbi q̄s requieſcit· nec ſub aliquo alio vaſe· quia qui facit hoc· nō pro uidet intrantibus domum· quibus lucerna parat̄· ſed oportet ſupponere candelabro id ē omni eccleſie· ¶ Chriſ· Hoc autem dicens inducit eos ad vite di ligentiam docens eos ſtrenuos eſſe quaſi expoſi tos aſpectibus omniū· ac pugnātes in mundo qua ſi in theatro· Quaſi dicēt· ne cōſideretis ꝙ mane mus in modica parte mundi· eritis enim omnibus noti· quia tantam virtutem impoſſibile eſt latere· ¶ Maximus· Vel forſan ſeipſū appellat dominus lucernam radiantē cūctis habitātibus domum id ē mundū· cum ſit naturaliter deus· & factus diſpen ſatiue caro· & ſic quaſi lux adinſtar lucerne retie tur in teſta carnis per mediam animam ſicut per lichnum ignis in teſta lucerne· Vocat autem cā delabrum eccleſiam· ſupra quam verbum diuinum effulgēs· quaſi quandam domum illuminat radijs veritatis· Dixit aūt ſimilitudinarie vas aut lectū· corporalem cultum legis· ſub quo cōtineri nō vult· ¶ Beda· Inſtanter autem nos dominus docet ver bo auſcultare· vt etiam & noſtro illud pectore con tinue ruminare & alieno eructare ſufficiam? audi tui· Vnde ſequitur· Videte ergo quomodo audi atis· Qui enim habet· dabitur illi· Et quicumq̧ nō habet· etiam quod putat ſe habere· auferetur ab illo· Quaſi diceret· tota intentione verbo quod au ditis· operam date· quia qui amorem habet verbi· dabitur illi· & ſenſus intelligendi quod amat· at q̄ verbi audiendi amorem nō habet· & ſi vel naturali īgenio vel litteratorio callē ſeputarit exercitio· nul la ſapiētie dulcedine gaudebit· Sepe em̄ deſidioſus ingenium accipit· vt de negligentia iuſtius punia atur· quia quod ſine labore aſſequi poterit· ſcire cō temit· & nōnumq̧ ſtudioſus tarditate intelligentie premitur· vt eo maiora premia retributionis inue niat· q̄ magis ſtudio iuentiōis elaborat· Textꝰ ¶ Venerunt autem ad illū mater & fratres ei?· & non poterant adire eum pre turba· & nuntiatum eſt illi· Mater tua & fratres tui foris ſtant· volen tes te videre· Qui rn̄dens dixit ad eos· Mater mea & fratres mei hi ſunt· qui verbum dei audiunt· & faciunt· ¶ Titus· Derelictis cognatis carnalibꝰ dn̄s iſiſtebat doctrine p̄ne· q2 vō deſiderabat ꝑpt̄ abſentiā· accedūt ad eum· Vnde dicitur· Venerūt aūt ad illum mr̄ & fratres eius· & non poterant ad ire eum pre turba· Si audieris de fratribus domi ni addiſce pietatē· & intellige gratiam· nullus em̄ ſecundum diuinitatem ſaluatoris frater ē· vnige nit? em̄ eſt· ſed pietatis gratia communicauit no bis in carne & ſanguine· & factus ē frater noſter· cum eſſet naturaliter deus· ¶ Beda· Fratres tamē domini ſecundum carnem dicuntur· non filij beate marie genitricis dei· nec filij ioſeph de alia vxore ſecundum quoſdam putandi ſunt· ſed eorum poti us itelligēdi ſūt etiā ɔgnati· ¶ Tit?· Putabāt aūt frēs ei? ꝙ cū eoꝝ audiret pſentiā· dimittēt ꝑpl̄m· reuerit? matr̄ nū nomē· & flex? amore matr̄no· Vn̄ ſeqt̄· Et nūciatū ē illi· Mater tua & frēs tui foris ſtant volentes te videre· ¶ Chriſ· Conſidera qua le erat aſtante ei toto populo & ab ore ei? pendente iā incohata doctrina eū foras extrahere· Ob hoc do mi? q̄ſi increpando reſpōdit· Sequit̄ enim· Qui re ſpondēs dixit ad eos· Mater mea & fratres mei hi ſunt· q̄ verbū dei audiunt· & faciūt· ¶ Ambroſi?· Moralis magiſter qui de ſe ceteris prebz exemplū· preſcripturis ceteris quoniam qui non reliquerit patrē aut matrem ſuam· non eſt filio dei dignus· Sententie huic ipſe primus ſe ſubicit· non ꝙ ma terne refutet pietatis obſequia· ipſi? enim precep tum eſt· qui non honorificauerit patrem & matrē morte morietur· ſed quia paternis ſe miſterijs am plius ꝙ maternis affectibꝰ debere cognoſcit· Neq̧ tamen iniurioſe refutantur parentes· Sed religio ſiores copule mentium docent̄ eſſe ꝙ corpoꝝ· Ergo hic non vt quidam heretici tendiculas aucupant̄· mater negatur· que etiam de cruce agnoſcitur· ſed neceſſitudini corporali preſcriptorum celeſtium for ma prefert̄· ¶ Beda· Si igitur qui verbū dei au diunt· & faciunt· mater dn̄i vocātur· eo ꝙ illū q̄ti die ſuo exēplo vel dicto q̄i parturit i cordibꝰ pxio rum· fratres quoq̧ ſūt ei?· cū & ipſi faciāt volūtatē p̄ris ei?· q̄ i celis ē ¶ Chriſ· Nō aūt hoc dixit icre pādo mrēm· ſ; eā plurimū adiuuādo Nā ſi erga cete ros ſollicit? erat· vt generaret eis de ſe debitā opio nem· multomagis erga matrem· Non autē eleuaſ ſet eā ad illa faſtigia· ſi ſemp expectaret honorari

ab eo tamq̄ a filio· non autem eum dominum repu
taret· ¶ Theo· Quidam vero hec ſic intelligunt· ꝙ
chriſto docente quidam inuidentes· ſubſanãtes eũ
ſuper doctrina eius dixerunt. Mater tua & fratres
tui ſtant foris volentes te videre· tãq̄ propter hoc
ignobilem eum demonſtrarent· & ideo qui mentem
eorum cognouit· ſic eis rñdit· quoniam non nocet
vilis cõſanguinitas· Sed ſi ignobilis q̃s exiſtat·
Audiat aũt verbum dei· ipſum cõſanguineũ repu-
tat. quia tamen audire ſolum neminem ſaluat. ſed
magis condemnat. ſubiungit. Et faciunt· Decet ei
audire & facere. verbum aũt dei dicit ſuam doctri
nã· quecũq; enim ipſe dicebat· patris erãt. ¶ Am
broſius· Miſtice autem non debuit foris ſtare· qui
chriſtum querebat· Vnde & ille ait accedite ad eũ·
& illuminamini· Si enim foris ſtant. nec ipſi ag
noſcũtur parentes. & propter noſtrum fortaſſe nõ
agnoſcuntur exemplum· quemadmodum nos non
agnoſcimur· ſi foris ſtemus· Illud quoq; intellige
re non abhorret· quia per figuram parentum demõ
ſtrat iudeos. ex quibus eſt chriſtus ſcðm carnem·
Eccleſiamq; ſinagoge credidit pferendã ¶ Beda·
Intus enĩ eo docente venientes intrare nequeunt·
c9 ſpiritalit̃ ĩtelligẽ dicta negligũt· p̃occupans aũt
turba intrauit in domum. quia differente iudea gen
tilitas confluxit ad chriſtum. foris autem ſtantes
volunt chriſtum videre qui ſpiritalem in lege ſen
ſum querentes· ſeſe ad cuſtodiã littere foris fixe-
runt. & quaſi chriſtũ poti9 ad docenda carnalia co
gunt exire· q̃ ſe ad dicenda ſpiritalia conſentiunt
intrare· Sequitur textus

¶ Factum eſt aũt ĩ vna dierũ & ipſe aſcẽdit ĩ vnã
nauiculam & diſcipuli eius. & ait ad illos· Trans
fretemus trans ſtagnum· & aſcenderunt· Naui-
gantibus aũt illis obdormiuit· & deſcendit ꝓcella
venti in ſtangnum· & cõpellebantur· & periclita-
bant̃· Accedentes aũt ſuſcitauerũt eũ dicẽtes· Pre
ceptor pimus· at ille ſurgens increpauit ventum·
& tempeſtatem aque· & ceſſauit. & facta eſt tran-
quillitas· Dixit autem illis· Vbi eſt fides veſtra!
Qui timentes mirati ſunt adinuicẽ dicentes· Quiſ-
putas hic eſt quia & ventis impat· & mari! & obe
diunt ei· ¶ Cirillus· Quia diſcipuli omnes benefi-
ciatos a chriſto videbãt· decebat etiã ipſos ſenſim
in beneficijs chriſti delectari· non enĩ ſimiliter q̃s
conſiderat· que fiunt in alienis corporibus & in ſuo·
& ideo dñs diſcipulos & mari & ventis expoſuit·
Vnde dicitur· factũ eſt autem in vna dierũ· & ipſe
aſcẽdit in vnam nauiculam· & diſcipuli ei9· & ait
ad illos. Transfretemus trans ſtagnum· & aſcẽde
runt· ¶ Chriſo. Vitans quidem lucas queſtionẽ
que ſibi fieri poſſet de tẽpoꝝ ordine· dicit eũ in vna
dieꝝ ĩtraſſe nauiculã. ¶ Ciril· Si aũt vigilãte do
mio accidiſſet tẽpeſtas· vel nõ timuiſſent diſcipl'i· vl'
ñ exhorruiſſent vel nec credidiſſent eũ poſſe tale ali
quid facẽ· Quapropt̃ dormit p̃ſtans temp9 timori·
Seq̃t̃ enĩ· Nauigãtibꝰ aũt illis obdormiuit· & de-

ſcẽdit ꝓcella venti ĩ ſtagnũ· ¶ Ambro· Supra ha
bes quia pernoctabat ĩ oratiõe. quõ hic ĩ tẽpeſtate
dormit! ſed exprimitur ſecuritas tempeſtatis· quõ
oĩbus timẽtibus ſol9 intrepid9 q̇eſcebat· ſed q̇eſce
bat corporis ſõno· cum intenderet diuinitatis mi-
ſterio· nihil enĩ ſine v̂bo fit· ¶ Ciril· Cũ magna aũt
diſpenſatione videt̃ eſſe pactũ· ne mox poſtq̄ tẽpe
ſtas ĩuadere cepit nauiculã. q̄rerẽt ab eo ſuffragiũ
Sed poſtq̄ malũ ĩualuit· vt manifeſtior fiat diui-
ne maieſtatis poteſtas. Vñ dicit̃. Et ꝯpellebant̃·
& piclitabant̃· Quod q̇dẽ dñs pmiſit exercitatõis
gratia· vt cũ cõfeſſi fuerit periculũ· cognoſcãt mi-
raculi magnitudĩe. Vñ poſtq̄ magnitudo periculi
ĩ intolerabilẽ metum eos vrgebat· tãq̄ aliam ſpem
nõ habẽtes ſalutis· niſi ſolũ ipſũ dominũ virtutũ·
eum excitauerũt. Sequit̃ ei· Accedentes autem
ſuſcitauerunt eum dicentes· Preceptor perimus.
¶ Auguſtinus· de con· euan· Matheus quidem di
cit· domine ſalua nos perimus· Marcus autem ma
giſter· non ad te attinet· quia perimus! Eadem aũt
eſt ſententia excitantium dñm volentiũq; ſaluari·
Nec opus eſt querere· quid horum potius chriſto
dictũ ſit· ſiue enim aliquid horum trium dixerit·
ſiue alia verba que nullus euangeliſtarum cõme-
morauit· tantundem autem valentia· quid ad rem
intereſt· quamq̄ etiam hoc fieri potuerit· vt pluri-
bus eum excitantibus· omnia hec. aliud autem ab
alio diceretur· ¶ Cirillus· Non autẽ erat poſſibile
eos perire. exiſtente cũ eis omnipotente· Vnde il-
lico ſurgit· chriſtus· q̇ habet omnium poteſtatem·
& ſedat confeſti procellam· & ventoꝝ impetum· &
ceſſauit tẽpeſtas· & facta eſt trãquillitas. ĩ quo oñ
dit ſe deum eſſe· cui ĩ pſalmo dicit̃· Tu dominaris
poteſtati maris· motũ aũt fluctuũ ei9 tu mitigas·
¶ Beda· Sic igitur in hac nauigatiõe dñs vtraq;
vni9 eiuſdemq; perſone naturam oſtendit· dum is
qui vt hõ dormit ĩ naui· furorẽ maris vt de9 v̂bo co
ercet. ¶ Ciril· Simul aũt cũ tempeſtate aquarũ
ſoluit tempeſtatẽ animarũ· Vnde ſequitur· Dixit
aũt illis· Vbi eſt fides veſtra! In quo verbo oſtẽ-
dit· ꝙ timorẽ nõ facit temptationũ ĩductio· ſed im
becillitas mentis. Sicut enĩ aurũ probat̃ in igne.
ſic in temptationibus fides. ¶ Auguſtinus· de cõ
cordãtia euangeliſtarum· Hoc autẽ ab alijs euãge
liſtis alijs verbis dictũ ẽ· Mathe9 enĩ· d· eũ dixiſſe·
Quid timidi eſtis modice fidei! Marcus autẽ dicit·
Quid timidi eſtis· ne dum habetis fidem! id eſt illã
perfectam· velut granum ſinapis. hoc ergo & ille
ait· Modice fidei· Lucas autem· Vbi eſt fides ve-
ſtra! Et totum quidẽ dici potuit· Quid timidi eſtis!
vbi eſt fides veſtra! Modice fidei· Vñ aliud hic ali
ud ille cõmemorat· ¶ Ambroſius· Pacata igitur
tempeſtate ad imperium chriſti. diſcipuli ſtupefa
cti miraculo ſuſurrabant ad inuicẽ· Vñ ſeq̇tur· Qui
timẽtes mirati ſũt adinuicẽ dicẽtes. Quiſputas hic ẽ
q2 & vẽtis ĩpat· & mari & obediũt ei· Nõ aũt diſcipl'i
vt ignorãtes eũ hoc dixerunt adinuicẽ· Nouerãt eũ

deū eē & filiū dei ihm · admirātur aūt ī nāte poteſta
tis abundantiā · & diuinitatis gloriam · quamuis ſi
milis nobis eſſet · & viſibilis ſecūdum cārnē · Vnde
dicunt · Quis eſt hic id eſt qualis & quantus & in
quāta virtute & maieſtate · Imperioſū ei eſt opus
dominantium preceptū · nō ſeruilis petitio · ¶ Beda
Vel non diſcipuli · ſed naute & alij mirantur · qui
in naui erant · Allegorice aūt mare vel ſtagnum te
nebroſus eſt & amarus mūdi eſtus · Nauicula ar-
bor crucis · cuius bñficio fideles adiuti emerſis mūdi
fluctibus obtinēt littus patrie celeſtis · ¶ Ambroſi ·
Itaq; dñs qui ſe intelligit propter diuinum in terras
miſterium veniſſe relictis nauem aſcendit paren-
tibus · ¶ Beda · Aſcendūt autem & diſcipuli admo
niti cū eo · Vñ ipſe ait · Si qs vult poſt me venire
abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam · & ſeq-
tur me · Diſcipulis nauigantibus id eſt fidelibus
ſeculū calcantibus · & futuri ſeculi animo quietē
meditantibus · & per ſancti ſpiritus flatum · vel eti
am proprij remigij conatum · infidos mundi faſtus
certatim poſt terga iactantibus · ſubito obdormiuit
dominus id eſt aduenit tempus dominice paſſiōis ·
& deſcendit procella · quia domino ſomnum mortis
in cruce ſubeūte · fluctus perſecutionū demoniacis
flatibus excitati exurgunt · fluctibus autē ñ domi
patientia turbatur · ſed diſcipulorum imbecillitas con
cutitur · & trepidat · qui ſuſcitarūt dñm · ne eo dor-
miēte peant · quia cuius mortē viderant · reſurrectionē
optāt · que ſi differretur · ipſi ī perpetuū perirēt · Vñ
ſurgens īcrepat ventū · quia celeſti reſurrectione per
mortē deſtruit ſupbiā diaboli qui habebat imperiū
mortis · Tempeſtatē aūt aque facit ceſſare · quia ra
biem iudeorum · morti eius inſultantium · reſurgens la-
befacit ¶ Ambro · Et aduertas ſine tēptatione ne
minē poſſe ex hoc vite curriculo demigrare · quia exerci
tiū fidei tēptatio ē · Subiecti igitur ſumus neqtie ſpiri
talis procellis · Sed quaſi peruigiles naute gubna
torem excitemus · qui nō ſeruiat · ſed īperet vētis ·
Qui & ſi iā nō dormiat ſui corporis ſōno · & caueāmus
tamē ne noſtri corporis ſomno nob dormiat · & qui
eſcat · Bene aūt arguūtur · q pñte chriſto timebāt ·
cum vtiq; ibi aderat · qui perire nō poſſit · ¶ Beda ·
Cui ſimile eſt · quod poſt mortem diſcipulis apparēs
exprobrauit incredulitatem eorum & ſic tumidis
gurgitibus ſedatis patefecit cunctis potentiam ſue
diuinitatis · Sequitur textus

¶ Et nauigauerūt autem ad regionem gerazenorum
que eſt contra galileam · Et cum egreſſus eſſet ad
terram · occurrit ei vir quidam · qui demonium ha-
bebat · iam temporibus multis · & veſtimento non
induebatur · neq; in domo manebat · ſed in monumē
tis · Is vt vidit ihesum · procidit ante illum · & ex
clamans voce magna dixit · Quid mihi & tibi eſt
ihesu fili dei altiſſimi ? obſecro te ne me torqueas
Precipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret abho
mine · Multis enim temporibus arripiebat illum ·
& vinciebatur cathenis & compedibus cuſtoditus ·
& ruptis vīculis agebatur a demonio ī deſerto · In
terrogauit autem illū ihesus dicens · Quod tibi no
men eſt · At ille dixit legio · quia intrauerūt demonia
multa ī eum · & rogabant eū ne imparet illis vt in
abiſſum irent · Erat autem ibi grex porcorum multo
rū paſcentium in monte · & rogabant eū · vt pmitte
ret eos in illos ingredi · & pmiſit illos · Exierūt
ergo demonia ab homine · & intrauerūt ī porcos · Et
impetu abijt grex pceps in ſtagnū & ſuffocatus
eſt · Quod vt viderunt factum qui paſcebant · fu-
gerunt · & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas ·
Exierunt autem videre quod factum eſt · & vene-
runt ad ihesum · & inuenerunt hominem ſedentem
a quo demonia exierant · veſtitum · ac ſana mēte ad
pedes eius · & timuerūt · Nuntiauerūt autem illis ·
qui viderant · quomodo ſanus factus eſt a legione ·
Et rogauerunt illum omnis multitudo regiōis ge
razenorum · vt diſcederet ab ipſis quia timore mag
no tenebantur · Ipſe autem aſcendēs nauem reuer-
ſus eſt · & rogabat illum a quo demonia exierant ·
vt cum eo eſſet · Dimiſit autem ihesus dicēs · Redi
in domum tuam · & narra quanta tibi fecit deus · Et
abijt per vniuerſam ciuitatem predicans quanta il
li fecit ihesus · ¶ Chriſoſtomus · Saluator nauigā
do vna cum diſcipulis ad portum peruenit · Vñ di
citur · Et nauigauerūt autem ad regionem geraze-
norum que eſt contra galileam · ¶ Titus · Verati-
ora exēplaria nec gerazenorum habent nec gadarorum ·
ſed gergezinorum · Eſt eīm gadara ciuitas ī iudea · ſtag
num autē vel mare nullatenus inuenitur in ea · Sed
geraza ciuitas arabie eſt nec ſtagnū nec mare iux
ta habēs · Eſt autē gergeſa aqua · gergezei vrbs
antiq iuxta tiberiacum ſtagnū · circa quā eſt rupes
ſtagno vicino · In qd oſtenditur deiectos fuiſſe por
cos a demonibus · Quia tamē geraza & gadara confi
niū habent cū terra gergezinorū · veriſimile ē ide ad
horum terram porcos fuiſſe adductos · ¶ Beda · Ge
raza eñi vrbs eſt inſignis arabie trans iordanē iun
cta monti galaad · quam tenuit tribus manaſſe · nō
longe a ſtangno tiberiadis in quo porci precipita-
ti ſunt · ¶ Chriſoſtomus · Cum autem dominus
deſcēdiſſet a mari · occurrit ei aliud terribilius mira-
culum · Nam demoniacus tanquam ſeruus videns do-
minum ſeruitutem confitetur · Vnde ſequitur · Et
cū egreſſus eſſet ad terrā occurrit ei vir quidā q de-
moniū habebat iam temporibus multis · ¶ Augus de
con · euan · Quod matheus duos dicit fuiſſe demonia-
cos · Marcus & lucas aūt vnū cōmemorāt · intelli-
gas vnum eorum fuiſſe perſone alicuius clarioris
& famoſioris · quē regio illa maxime dolebat · & pro
cuius ſalute plurimum ſatagebat · hoc volentes ſi
gnificare duo euāgeliſte ſolū cōmemorādū iudica-
uerunt · de quo facti huius fama latius preclarius ſcꝫ
fragrauerat · ¶ Chri · Vel lucas elegit ex illis du
obus eū q ſeuior erat · Vñ flebilius nārat eius īfortuniū
cū ſubdit · Et veſt · ñ ī due · neq; in do · ma · ſ; in mo ·
Viſitant autem demones mortuorum ſepulchra ·

volētes imbuere homines ꝑiculoſa doctrina · ꝙ · ſ.
mortuoꝝ anime demones fiūt. ¶ Cirillus · Quod
aūt nudus petebat defunctoꝝ ſepulchra · demoni
ace ferocitatis erat inditium ꝑmittit aūt quoſdam
diſpenſatiue deus ſubeſſe demonibꝫ · vt nos ꝑpēda=
mus ꝑ eos q̄les ſunt demones erga nos · vt renua
mus eis ſubiici velle · & ſic vno patiente edificat̄
ꝗplures · ¶ Chriſ. Quia vero hominem eū popu=
li fatebantur · acceſſerūt demones diuinitatem pre
dicantes ip̄ius · quā etiā mare ſua trāquillitate cla
mauerat · Vn̄ ſequitur · Is vt vidit ih̄m · procidit
an̄ illū & exclamans voce magna dixit. ¶ Ciril.
Attendas hic timorē annexum audacie & deſpe
ratōni multe · Signū em̄ diabolice deſperatōnis ē
in audiendo dicere · Quid mihi & tibi eſt iheſu fili
dei altiſſimi · Timoris vero cum ꝑcatur · Obſecro
te ne me torqueas · Sed ſi noſti eum eſſe filiū dei
altiſſimi · fateris eum deū celi & terre · & eoꝝ que
cōtinentur in eis · q̄liter igr̄ nō tua immo ſua vſur
pas? Et dicis · Quid mihi & tibi? Quis aūt ꝑncipū
terrenoꝝ om̄ino ſuſtinebit a barbaris laceſſiri ſuo
ſubiectos imperio · Vn̄ ſequitur · Precipiebat em̄
ſpiritui immundo vt exirē ab homine · Et neceſſi=
tatem ꝑcepti oñdit ſubdēs · Multis em̄ temporibꝫ
arripiebat illū · & vinciebatur cathenis · & cōpedi
bus cuſtoditus & ruptis vinculis agebatur · a de=
monio in deſerto · ¶ Chriſ · Vnde qꝛ nemo aude=
bat demoniacū tenere · ip̄e xp̄us ad eū vadit · allo
quens ip̄m. Sequitur · em̄ · Interrogauit aūt illū
iheſus dicens · quod tibi nomen eſt · Non velut in=
ſcius nomen inquirit · ſed vt cōfeſſa peſte quā to=
lerabat · virtus curantis ḡtior emicaret · ¶ Beda ·
Sed & noſtri temporis ſacerdotes q̇ ꝑ exorciſmi
gr̄am demones eiicere norunt · ſolent dicere patiē=
tes non aliter valere curari · niſi omne quod ab im
mūdis ſpiritibꝫ vigilantes dormienteſue ꝑtulerit
cōfitendo patenter exponāt · & maxime quādo cor
poris humani cōcubitum petere ſe ac patrare con
fingunt · vn̄ & hic cōfeſſio ſubditur · At ille dixit.
legio qꝛ intrauerūt demonia multa in eū ¶ Greg̊ ·
Nicenus · Imitantes q̄dam demones ſuꝑnas ma=
litias & legiones āgelicas dicūt ſe legionem · ſicut
& eoꝝ ꝑnceps dicit ſe poſituꝝ thronū ſuꝑ aſtra.
vt fiat altiſſimo ſimilis · ¶ Chriſ. Poſtꝗ autem
dn̄s ſuꝑuenerat · demonibꝫ creaturā dei perturban=
tibꝫ · putabant eū ꝓpter exceſſum eoꝝ que fiebāt
nō expectare tempus ſupplicii · Et qꝛ culpā diffi=
teri nō poterāt · inſtant ne cito ſuſtineant penam ·
Vnde ſequitur · Et rogabāt eū ne imparet illis ·
vt in abiſſum irent · ¶ Theo · Quod quidē poſtu=
lant demones volentes adhuc cū hominibꝫ cōuer=
ſari · ¶ Ciril · Hoc aūt palam eſt · ꝙ emule cater=
ue maieſtatis · diuine · ineffabili potentia ſaluato=
ris detrudebantur ad inferna · ¶ Maximus · Sta
tuit aūt deus vnicuiqꝫ manerici peccatoꝝ cōſonā
penam · Gehennam ignis ꝓpter carnis incendiū ·
Stridorē dētium ꝓpter riſū laſciuiū · Intolerabilē
ſitim · ꝓpter voluptatem & crapulam · peruigilem
vermen · ꝓpter obliquum & malignum cor · Cali=
ginem perpetuam ꝓpter ignorantiam & fallatiā ·
Limbum abiſſi ꝓpter ſuꝑbiam · Vnde demonibꝫ
tamꝗ ſuperbis abiſſus delegatur · Sequitur · Erat
autē ibi grex multoꝝ porcoꝝ paſcentiū in mōte ·
¶ Auguſtinus · de cō · euang · Quod marcus dixit
circa montem fuiſſe gregem porcoꝝ · Lucas autē
in mōte · nō repugnat · grex em̄ porcoꝝ tam mag=
nus fuit · vt aliquid eius eſſet in monte · aliq̄d cir=
ca montem. Erāt em̄ duo milia porcoꝝ ſicut mar=
cus expreſſit · ¶ Ambroſius. Demones autē ce=
leſtis luminis claritatem ſuſtinere non poterant ·
vt qui oculos dolent radios ſolis ferre nō poſſunt ·
¶ Cirillus · Et ideo turba immundoꝝ ſpirituū pe
tit mitti in conformem ſibi gregem immundorum
porcoꝝ · Sequitur · enim · Et rogabant eum · vt ꝑ
mitteret eos in illos ingredi · ¶ Athana · in vita
antonii · Quod ſi ſuper porcos poteſtatem non hn̄t ·
multomagis nullum habent dominium contra ho
mines factos ad imaginem dei · Oportet ergo deū
ſolum timere · illos autem contemnere · ¶ Ciril=
lus · Dominus autem conceſſit eis poteſtatem vt
hoc inter cetera fiat nobis cauſa ſalutis & roboris
ſpes · Sequitur · enim · Et permiſit illos · Conſide
rare ergo oportet · ꝙ demones praui ſūt & hoſtiles ·
his qui eis ſunt ſubditi · vt poteſt patere ex eo ꝙ
precipitauerunt & ſuffocauerunt in aquis · vnde
ſequitur · Exierunt ergo demonia ab homine & i=
trauerunt in porcos · & impetu abiit grex perpre=
ceps in ſtagnum · & ſuffocatus eſt · Et ideo con=
ceſſit eis chriſtus petentibꝫ · vt ex euentu appareat
ꝙ ſint crudeles · Erat etiam neceſſarium oſtendere
filium dei prouidentiam rerum habere non minus
ꝙ̄ pater · vt equalitatis decor in vtroqꝫ appareat ·
¶ Titus · Fugam autem paſtores arripiunt · ne
cum porcis perirent · Vnde ſequitur · quod vt vi=
derunt factum qui paſcebāt · fugerūt & nūtiauerūt
in ciuitatem & in villas · & huiuſmodi terrorem ·
ciuibꝫ intulerūt · Duxit aūt eos ad ſaluatorē dāni
neceſſitas · Seq̄tur em̄ · Exierūt aūt videre quod
factum eſt · & venerūt ad ih̄m · Vbi cōſidera ꝙ dū
deus homines punit in rebꝫ · confert beneficiū ani=
mabꝫ · Cum aūt profecti eſſent · viderūt ſanū eū q̇
iugiter vexabat̄ · Seq̄r em̄ · Et inuenerūt hoīem
ſedētem a q̊ demonia exierāt · veſtitū · Qui antea cō
tinuo nudus erat · ac ſana mente ad pedes eius nō
em̄ diſcedit a pedibꝫ a q̇bꝫ ē nactus ſalutem · & ſic
agnoſcentes ſignū · mirati ſūt paſſionis remedium
& obſtupuerūt in facto · Seq̄r · ei & timuerūt · hoc
aūt factū ꝑtim viſu cōpiūt · ꝑtim v̂bis audiuerāt ·
Seq̄tur em̄ · Nūtiauerūt aūt illis qui viderāt quō
ſanus factus ē a legione · Oportebat aūt eos ſuppli=
care dn̄o ne inde recederet · ſʒ cuſtos eſſet regionis ·
ne demones hn̄t acceſſum ad eos · ſʒ ꝑ timore ꝓꝑa
ſalutem amiſerūt · rogantes ſaluatorem recedere ·
Seq̄tur em̄ · Et rogauerunt illū omnis multitudo

regionis geraſenoꝝ vt diſcederet ab ipſis q꜡ timore
magno tenebantur. ¶ Theo. Timebant enim ne
iterum damnū aliquod paterentur. ſicut paſſi fue-
rant in ſubmerſione porcoꝝ ¶ Chriſo. Attendas
autem xpi humilitatem. Poſtq̄ enī collatis a ſe
talibus beneficijs emittebant eū nō obſtat ſed diſce
dit. eos qui ipſos indignos ſua doctrina promulga
uerāt relinquens. Sequitur enī. Ipſe aūt aſcen-
dens nauem reuerſus eſt. ¶ Titus. Sed eo deſcē
dente ille qui paſſus fuerat a ſaluatore non diſce-
dit. Sequitur enī. Et rogabat illum a quo demo
nia exierant. vt cū eo eſſet. ¶ Theophilus. Nam
ſicut expertus timebat ne forte elongatus a iheſu
rurſus demonibus eſſet paratus. dn̄s aūt oſtendit
ei q꜡ q̄uis nō ſit cum eo pſentialiter. tn̄ poteſt eū
gratia ſua protegere. Sequitur enī. Dimiſit autē
iheſus dicens. Redi in domum tuam & narra q̄n
ta tibi fecit deus. Non autem dixit quanta tibi fe-
ci ego. formam prebens humilitatis. vt rectitudi-
nes noſtras referamus in deum. ¶ Titus. Nec ta
men preuaricatur in lege veritatis. quicquid enim
filius operatur. pater operatur. Cur autem q̄ vbiq;
omnes liberatos monebat nulli dicere. huic libera
to a legione dicit. narra quanta tibi fecit deus. q꜡
ſcilicet tota regio illa deum ignorabat irretita cul
tibus demonū vel verius. Quandoquidem ad patrem
retorquet miraculum dicit narra. Cum vero loq̄t
deſeipſo monet nulli dicere. Ille autem qui libera
tus eſt a demonibus. nouerat deum eſſe iheſum. &
ideo predicauit quanta fecit illi iheſus. Sequitur
enim. Et abijt per vniuerſam ciuitatem predicās
quanta illi fecit iheſus. ¶ Chriſoſtomus. Et ſic
illos qui ſe indignos ſua doctrina promulgauerāt
derelinquens. ſtatuit eis eum in magiſtrum qui
fuerat a demonibus liberatus. ¶ Beda. Miſtice aūt
geraſa ſignificat nationem gentium quas poſt paſ
ſionem & reſurrectionem ſuam dominus per predi
catores viſitauit. Vnde geraſa vel gergeſi vt qui
dam legunt. interpretatur colonum eijciens. ideſt
diabolum a quo prius incolebatur. vl' aduena ppin
quans qui prius longe erat ¶ Ambroſius. Licet
autem diſcordet numerus curatorum a chriſto ſe-
cundum lucam & matheum. tamen concordat mi
ſterium. Vt enim iſte qui habebat demonium po
puli gentilis eſt figura. duo q̄z illi ſimiliter figu-
ram populi gentilis accipiunt. Quoniam cum tres
filios noe generauit. ſem. cham & iaphet. ſem tā
tummodo familia in poſſeſſionem aſcita eſt dei. ex
duobus illis diuerſarum nationum populi pullularūt
qui multis inquit temporibus habebat demonium.
vtpote qui a diluuio vſq; ad aduentum domini vex
abatur. Nudus autem erat q꜡ tegumentum natu-
re ſue & virtutis amiſit. ¶ Auguſ. de queſtionibus
euangeliorum. In domo non habitabat. hoc eſt
in conſcientia ſua non requieſcebat. In monumen
tis manebat. id eſt in mortuis operibus. hoc eſt pec
catis delectatur ¶ Ambroſi. Vel q̄ſ ſunt corpora

perfidorum niſi quedam ſepulchra in quibus dei verba
non habitant. ¶ Auguſ. de queſtionibus euange-
liorum. Quod aūt compedibus ferreis & cathenis liga
batur. ſignificat graues & duras leges gentium. quibus
etiam in eorum republica peccata cohibentur. quod
autem vinculis talibus diruptis agebatur. a demo-
nio in deſertum. ſignificat q꜡ etiā ipſis tranſgreſ-
ſis legibus ad ea ſcelera cupiditate ducebatur. que
iam vulgarem conſuetudinem excederet q꜡ vero in
eo legio demonum erat. ſignificate ſunt gentes q̄
multis demonibus ſeruiebāt. q꜡ in porcos paſcentes
in montibus demonia ire conceſſa ſunt. ſignificant
etiam immundos & ſuperbos homines quibus de-
monia dominatur ppter idoloꝝ cultus. ¶ Ambro
Porci enim hi ſunt. qui immundorum vſu animaliū
vocis & rationis expertes. luculentis vite ſue acti-
bus. naturalium coinquinauerunt ornamenta vir
tutum. ¶ Auguſtinus. de queſtionibus. euangeli-
orum. quod autem in ſtagnum precipitati ſunt
ſignificat q꜡ iam clarificat' eccleſia. & liberato po-
pulo gentium a dominatione demoniorum in abditis.
agunt ſacrilegos ritus ſuos qui chriſto credere no
luerunt ceca & profunda curioſitate ſubmerſi.
¶ Ambroſius. Impetum autem fecerunt in pre-
ceps. quoniam nullius meriti cōtemplatione reuo-
cantur. ſed tamq̄ deſuperioribus ad inferiora p im-
probitatis procliue detruſi. inter fluenta mundi
huius. intercluſo pereunt ſpiritus commeatu. Ne-
q; enim in his qui fluido eſtu voluptatis huc atq;
illuc feruntur. illius ſpiritus poteſt eſſe commer-
tium. Videmus igi' q꜡ ho ipſe ſue eſt autor erūne.
Nā niſi qs porci more vixiſſet. nūq̄ accepiſſet in
eū diabolus ptatē. aut ſi accepiſſet nō vt pderet.
ſ vt pbaret. Et fortaſſe diabolus q꜡ poſt dn̄i ad-
uētū bonos iā depdari nō poterat. nō omīum hoīm
ſ leuiū q̄rit interitū. vt latro nō armatis ſ inſidia
tur inermibus. Viderūt hoc mgr̄i gregū & fugerūt
Neq; enī vl' philoſophie pfeſſores vl' pncipes ſina
goge peuntibus pp̄lis poſſunt ferre medicinā. ſolus
eſt xpus. qui aufert peccata pploꝝ. ¶ Auguſti.
de q̄ſtō. euang. Vel q꜡ porcoꝝ paſtores fugientes
iſta nūtiauerunt. ſignificat quoſdā pmates impioꝝ
tamq̄ xpianā legē fugientes. potentiā tn̄ eius per
gentes ſtupēdo & mirādo pdicare q꜡ autē geraſeni
cogſcentes qd factū eſt. rogant iheſum vt ab eis
diſcederet. magno timore ppulſi. ſignificat magni-
tudinem vetuſta ſuauitate delectatā. honorare qdē
ſ nolle pati xpianā legē. dū dicūt q꜡ eam implere
nō poſſunt. Admirātes tamē fidelem pp̄lm a priſti-
na pdita cōuerſatione ſanatū. ¶ Ambro. vel in ge
raſenoꝝ ciuitate ſpecies ſinagoge videt' exiſtere.
qui rogabāt vt diſcederet. q꜡ timore magno tene-
batur. Infirma enī mens nō capit dei vbū. nec pt
pondus ſuſtinere ſapie. Et ideo diutiꝰ moleſtꝰ nō
fuit. ſ aſcēdit ab inferioribus ad ſupiora. a ſinago-
ga. ſ. ad eccleſiā. & egreſſus e p ſtagnū. Nemo enī
de eccleſia ad ſinagogā ſine piculo tranſit ſalutis.

Sed ille qui de ſinagoga ad eccleſiam trāſire deſi-
derat · crucem ſuam tollat vt diſcrimen euadat ·
¶ Auguſ · de cō · euang · Quod autem ille ſanatus
cupit iam eſſe cū xp̄o · & dr̄ ei · Redi in domū tuā
& narra q̄nta tibi fecit deus · ſic intelligit̄ · vt ſic
q̄ſq̄s intelligat poſt remiſſionē peccatoꝝ redeūdū
ſibi in cōſcientiā bonā ſicut in domū · & ſeruiendū
euāgelio ꝓpter eoꝝ ſalutē · vt deīde cū xp̄o requie-
ſcat · ne cū p̄ꝓpere vult eſſe cū xp̄o · negligat miſte-
riū p̄dicatōnis · fraterne redēptōni accōmodatum ·
¶ Factū ē at̄ cū rediſſet iħus · excepit illū turba ·
Erāt · n · omēs expectātes eū · Et ecce vir cui no-
men iair⁹ · & ip̄e p̄nceps ſinagoge erat & cecidit
ad pedes iħu rogās eū vt īttraret ī domū ei⁹ · q꞉ fi-
lia vnica erat illi · fere ānoꝝ xij · & hec moriebat̄ · &
ↄtigit dū iret a turba cōp̄mebat̄ · & mlr̄ q̄dā erat ·
ī fluxu ſāguīs ab āīs · xij · q̄ ī medicos erogauit
omēz ſubſtātiā ſuā · nec ab illis potuit curari · ac-
ceſſit retro · & tetigit fibriā veſtimēti ei⁹ · & ↄfeſti
ſtetit flux⁹ ſāguīs ei⁹ · & ait iħs · q̄s ē q̄ me teti-
git? negātibꝫ at̄ oībꝫ · dixit petr⁹ & q̄ cū illo erāt ·
p̄ceptor · turbe te cōp̄mt̄ · & affligt̄ · & dicis · q̄s me
tetigit · & dixit iħs · tetigit me aliq̄s · nā & ego no-
ui v̄tutē de me exiſſe · vidēs at̄ mlr̄ · q꞉ n̄ latuit eū ·
tremēs veīt · & ꝓcidit an̄ pedes illi⁹ · & ob quam
cauſam tetigerit eū indicauit corā omī ꝓp̄lo · &
queādmoduz cōfeſtim ſanata ſit · At ip̄e dixit · fi-
lia fides tua te ſaluā fecit · vade in pace ¶ Auguſ ·
de con · euang · Poſt narratū apud geraſenos mi-
raculū tranſit ad narrandū de archiſinagogi filia ·
dicens · Factum eſt autē cum re · iħus ecce · illum
tur · Erāt em̄ omnes expec · eum · ¶ Theophilus ·
Simul quidē ꝓpter doctrinam & ꝓpter miracula ·
¶ Auguſtinus · de concor · euangeliſtarum Quod
vero adiungit · Et ecce vir cui nomen iairus · Nō
continuo factum accipiendum eſt · ſed prius illud
de conuiuio publicanorum · ſicut narrat matheus ·
cui rei ſic coniungit hoc · vt non poſſit aliud factū
conſequenter intelligi · ¶ Titus · Eſt autem poſi-
tum nomen iudeorum cauſa qui tunc nouerunt ·
quod accidit · vt nomen demonſtratō miraculi fiat
Acceſſit autem non aliquis infimorum · ſed prin-
ceps ſinagoge · vt magis obturarentur iudeorum ·
ora · Vnde ſequitur · Et ipſe princeps ſinagoge ·
erat · Acceſſit autem ad chriſtum cauſa neceſſita-
tis · vrget enim aliquando dolor ad agendum ea q̄
decent · ſecundum illud pſalmi · In chamo & fre-
no maxillas eorun conſtringe · qui non a ꝓximi-
ant ad te · ¶ Theophilus · Vnde neceſſitate inſtā-
te cecidit ad pedes eius · ſeq̇tur em̄ · Et ceci · ad pe-
iħu · Decebat at̄ vt abſqꝫ neceſſitate cogēte cade-
ret · ad pedes eius & cog̊noſceret ip̄m deum eſſe ·
¶ Chriſ · Sed cōſidera ei⁹ iertiā · q̄rit em̄ a xp̄o ·
vt in domū veīat · ſeq̇t̄ · em̄ · rogās eū vt intra · do ·
eius ig̊rās · ſ · ꝙ abſens poterat liberare · nā ſi ſciuiſ-
ſet · dixiſſet ſicut cēturio · dic v̂bo & curabit̄ filia
mea · ¶ Gre · Cauſa autē aduentus eius ponit̄ · cū

ſubditur · q꞉ vnica filia erat illi · domus fundamen-
tum · ſucceſſio generis · fere annoꝝ · xij · in ipſo · ſ ·
flore etatis · & hec moriebat̄ · ꝓ thalamis efferen-
da ad tumulū · ¶ Chriſoſtomus · Aduenerat aūt
dominus · non vt iudicaret mundū · ſed vt ſalua-
ret · Quaꝓpter non examinat · dignitatem peten-
tis · ſed equanimiter arripit opus · ſciens quod q̄re-
batur · vocabatur autez ad remedium egrotantis ·
nouit autem ſe ſuſcitaturum iam mortuam inſer-
turū terrenis firmā ſpem reſurrectōis ¶ Ambro-
ſius · Suſcitaturus autem mortuam ad faciendū
fidē · emorroiſſam curauit · ſic vt & reſurrectō tē-po-
ralis in paſſione domini celebrabatur · vt perpetua
illa credatur · Et cōtigit duz iret a turba cōprime-
batur · ¶ Cirillus · Quod maximum erat inditium
ꝙ veram carnem induerat · & omnem cōculcaret ſu-
perbiam · Neqꝫ em̄ alonge ſequebantur ſed eū cir-
cumdabant · ¶ Gre · Quedam autem mulier graui
morbo detenta ob cuius infirmitatis curā medici
omnes diuitias conſumpſerant · ſolam ſpem in tā-
ta diffidentia reꝑperit vt procideret domino · De
qua ſequit̄ · Et mulier quedā erat influxu ſang ·
ab annis duodecim · que in me erogauerat om-
nem ſubſtantiam ſuam nec ab illis potuit curari ·
acceſſit retro · ¶ Titus · Qualiter autem non eſt
digna p̄conio hec mulier · que viribꝫ extinctis cor-
poreis ob cōtinuū ſanguinis fluxum & tanto ꝓp̄lo
cōcurrente circa illū affectu roborata & fide peti-
erat populum · & retro latens tetigerat fimbriam ·
veſtimenti · Sequitur · enim · Tetigit fimbriam
veſtimenti eius · ¶ Cirillus · Neqꝫ em̄ licebat im-
mundis vl̄ tangere quemq̄ ſanctoꝝ vl̄ a ꝓpinq̄re
viro ſancto · ¶ Chriſoſtomus · Ritu autem legis
huiuſmodi paſſio reputabatur immundicia mag-
na · aliter etiam · non dum enim nec ipſa habebat
dignam opinionem de eo · Non enim · putauiſſet
latere · ſ; tn̄ confiſa de ſanitate accedit · ¶ Theo ·
Sicut aūt cū aliq̄s oculū lucerne lucēti adhibet ·
aut igni ſpinas ſtatim opant̄ · ſic q̄dem qui fidem
affert potēti curare · ſtatim curatōnem cōſeq̇t̄ · Et
cōfe · ſte · flux · ſan · eius · ¶ Chriſ · Nō at̄ ſola ve-
ſtimenta ip̄ius mulierē ſaluauerūt · nā & milites
ſortiti ſūt ea intra ſe · ſ; fidei eius intentō ¶ Theo ·
Credidit em̄ & ſaluata eſt · & vt cōgruū fuit · p̄mo
tetigit xp̄m intellectualiter · deinde corporaliter ·
¶ Gre · Audiuit aūt dn̄s tacitas mulieris cōſide-
ratōnes · liberauit tacentez · paſſus ſua ſponte ſani-
tatis rapinā · ſ; poſtea miraculū publicat vn̄ ſeq̇t̄ ·
Et ait iħus · q̄s ē q̄ me tetigit? ¶ Ciril · Nō · n · la-
tuit dn̄m ꝑpetratū miraculū · ſ; q̄ cūcta cog̊ſcit · q̄ſi
neſciret · interrogat · ¶ Grec⁹ · Neſcientibꝫ autem
diſcipulis qđ q̄rebatur · ſ; putantibꝫ de ſimplici q̊-
dā tactu dicere dn̄i q̄ſtōnī rn̄det · Seq̇t̄ · n · Negā-
tibꝫ autē · omnibꝫ dixit petrus & qui cū illo erant ·
p̄ceptor tur · te · cōp̄mūt · & affligūt · & dicis · quis
me tetigit? Et ideo dn̄s tactū ſua rn̄ſione diſting-
uit · ſeq̇t̄ · n · & dixit illis iħs · tetigit me aliq̄s ſicut

etiam dicebat · qui habet aures audiendi audiat ·
quamuis omnes habeant huiuſmodi corporalem
auditum · ſed non eſt vere audire · Si audiatur in
caute · Nec vere tangere · ſi infideliter tangatur ·
¶ Cirillus · Propalat autem conſequenter quod
factum eſt · cū ſubditur · Nam & ego noui virtutē
de me exiſſe · ¶ Ciril · Reſpondet ſecundū opinio-
nem audientium · his tamen nobis manifeſtatur ·
ꝙ ipſe verus eſt deus · & ex eo quod prodigialiter
factum eſt · & ex ſermonibꝫ · tranſcendit em̄ natu-
ram noſtram & forſan angelicam · poſſe quemꝗ̃
virtutem emittere · quaſi a ꝓpria natura · Conueīt
autem hoc ſoli ſupreme nature · Nulla namqꝫ crea
turarum aliquam gerit · ſaluandi poteſtatem · Vel
etiam aliqua alia · ſ · miracula faciendi · ſed diuini-
tus preſtitam · non em̄ ambitōne glorie non dimi-
ſit latere diuine virtutis oſtenſionem · qui multo
ciens preceperat taceri ſua miracula · ſed qꝛ ſpecta
bat ad vtilitatem eoꝝ qui vocabantur · per fidē ad
grām · ¶ Chriſoſtomus · Primo em̄ ſoluit femi-
neum metum · ne remorſum cōſcientie pateret̄ q̄ſi
ſurripiens grām · Secūdo corrigit eā qꝛ latere pu-
tauerat · ¶ Tercō fidē eius exprimit cunctis · vt &
alij imitentur proditqꝫ non min⁹ miraculū reten-
tōne ſanguinis · dum oſtendit ſibi cuncta patere ·
¶ Cirillus · Inſuper principem ſinagoge perſuade
bāt indubitabilit̄ credere ꝙ a laqueis mortis eri-
piet filiam eius · ¶ Chriſoſto · Ob hoc aūt dn̄s nō
ſtatim eam manifeſtauerat · vt oſtenſio ꝙ omnia
ſibi liquent · faciat mulierem p̄dicare quod factuꝫ
eſt · vt ſuſpitōne miraculū careat · Vnde ſequitur ·
Videns autez mulier qꝛ non latuit eum tre · ve · &
proci · ante pedes eius · & ob quam cauſam teti · eū
indicauit · co · om · po · & quemadmodum cōfeſtim
ſa · ſit · ¶ Origenes · Eandem aūt ſanitatem quam
nacta eſt mulier ex cōtactu verbi cōfirmauit ſal-
uator · Vnde ſequitur · At ip̄e dixit illi · fi · fi · t ·
te ſal · fe · vade · in pa · id eſt eſto ſana a tuo flagello
& ſanat quidem primo per fidē animā · deinde vero
corpus · ¶ Titus · Vocat aūt filiam iam fidei cau
ſa ſanatam · fides em̄ grām adoptōnis impendit ·
¶ Euſebius · Dicunt autez hanc mulierem in pa
meade que eſt ceſarea philippi · vnde fuit oriunda ·
ſtatuiſſe triumphos inſignes collati ſibi beneficij
a ſaluatore · ſtabat nāqꝫ ſup altam baſim ad limi
na domus eius eneum ſimulacruꝫ mulieris flexis
genibus · manibuſqꝫ iunctis quaſi precaretur · ex
cuius oppoſito aliud erectum ſimulacrū adinſtar
viri eiuſdemqꝫ materie amictum diploide & ma-
num verſus mulierem extendens · ante cuius pe-
des ſuper ip̄am baſim aliena ſpecies plante orta q̄
vſqꝫ ad enee diploidis oras pertingens medicina
omnium paſſionū eſſe ferebatur · Hanc aūt ſtatuā
dicebat rep̄ſentare xp̄m · quā maximus deſtrux-
it · ¶ Ambro · Miſtice aūt reliquerat in geraſenis
ſinagogam xp̄us · & quem ſui non receperant · re-
cepim⁹ alieni · ¶ Beda · Vel in fine ſeculi domin⁹

eſt ad iudeos rediturus · atqꝫ ab eis per fidei confeſ-
ſionem libēter accipiendus · ¶ Ambroſius · Quem
autem putamus ſinagoge principem eſſe · niſi le-
gem cui⁹ cōtemplatōne dn̄s ſinagogā nō penitus
dereliq̄t · ¶ Beda · vel p̄nceps ſinagoge moyſes in
telligitur · Vn̄ bn̄ iairus · i · illuminās vel illumi-
natus vocat̄ · qꝛ q̇ accipit v̇ba vite dare nob̄ · & p
hoc ceteros illuminat & a ſpūſancto illuminatur ·
cecidit at̄ archiſinagogus ad pedes ih̄u · qꝛ legiſla
tor cū tota patꝝ ꝓgenie xp̄m in carne apparētem
lōge ſibi p̄ferēdū eſſe cognuit · Si em̄ caput xp̄i de
us cōuenīēter pedes accipiēdi ſūt incarnatō q̄ ter-
rā nr̄e mortalitatis tetigit · rogauit aūt intrare in
domū eius qꝛ eius videre deſiderabat aduētū · filia
aūt vnica eius ē ſinagoga · q̄ ſola legali ē īſtitutōe
cōpoſita q̄ · xij · etatis anno · hoc ē tp̄e pubertatis ·
appinquāte moriebat̄ · qꝛ nobiliter a ꝓphetis edu
cata · poſtꝗ̃ ad intelligibiles annos peruenerat · in
quibꝫ ſpiritales deo fructus gignere debebat · ſubi
to erroꝝ languore cōſternata ſpiritalis vite viam
amiſit · & ſi xp̄us nō ſuccurreret corruiſſet in mor
tem · Ad puellā aūt ſanādā pgens dn̄s a turba cō
primitur · qꝛ genti iudee ſalutaria monita p̄bēs car-
nalium populorum eſt conſuetudine grauatus ·
¶ Ambroſius · Ad hanc autem principis filiam
dum properat dei verbum vt ſaluos faceret filios
iſrael · ſancta eccleſia ex gentibus congregata que
inferiorum lapſu criminum deperibat · paratā alijs
fide p̄ripuit ſanitatem · ¶ Beda · Dupliciter autē
ſanguinis fluxus poteſt intelligi · hoc eſt & ſuper
idolatrie proſtitutione & ſuper his que carnis &
ſanguinis oblectatione patrantur · ¶ Ambroſius
Quid autem ſibi vult ꝙ hec principis filia annoꝝ ·
duodecim moriebatur · & mulier iſta fluxu ſang-
uinis ab annis · duodecim laborauit · niſi vt intelli-
gatur quia ꝙ̃ diu ſinagoga viguit · laborauit · ec-
cleſia · ¶ Beda · Vna enim pene ſeculi etate ſina-
goga in patriarchis naſci cepit · & gentilium na-
tionem idolatria fedauit · ¶ Ambroſius · Sicut
autem illa in medicis erogauerat omnem ſubſtā-
tiam ſuam · ita congregatio gentium amiſerat om
nia dona nature · ¶ Beda Medicos autem intelli-
ge ſiue falſos theologos · ſiue philoſophos · legum
qꝫ doctores ſecularium qui multa de virtutibꝫ vi-
tijſqꝫ differentes · vtilia ſe viuendi inſtituta mor-
talibus dare promittebant · ſeu ipſos immundos
ſpiritus qui velut hominibus cōſulendo · ſe pro deo
colendos ingerebant · quibꝫ audiendis gentilitas
quātomagis naturalis induſtrie vires expenderat
tanto min⁹ potuit ab iniquitatis ſue ſorde curari ·
¶ Ambro · audiēs at̄ egrotare ꝑp̄l'm iudeoꝝ · ſpera
re cepit ſalutis ſue remediū · Tempus veniſſe cog-
nuit · q̊ medicus adeſſet de celo · ſurrexit vt occurre-
ret fide ꝓmptior · pudore cōtactior · hoc ei ē pudoris
& fidei ag̊ſcē īſirītatē · n̄ deſperare veniā · verecūda
g̊ fibriā tetigit · fidelis acceſſit · religioſa credidit
ſapiens ſanatā ſe eē cognuit · ſic ſācta plebs gentiū

que deo credidit · peccatum erubuit · vt deſereret ·
fidem detulit · vt crederet · deuotōnem exhibuit · vt
rogaret · ſapienciam induit · ut ſanitatē ſuam ipſa
ſentiret · fiduciā ſūpſit · ut fateretur ꝙ preripuiſſet
alienum · Retro autē tangitur xp̄c · qꝛ ſcriptū eſt ·
Poſt dn̄m deū tuū ambulab · ¶ Beda · Et ipſe ait
Si quis mihi miniſtrat · me ſequatᷣ · ſiue qꝛ p̄ntez
in carne dn̄m non videſ · vel qꝛ pactis diſpenſatō-
nis ſacramētis per fidē cepit veſtigia ei⁹ ſubſequi
¶ Grego · iij · mor · Premente aūt turba vna redē-
torem noſtrū mulier tetigit · qꝛ carnales quiq; in
eccleſia eum cōprimūt a quo longe ſūt · & ſoli tan
gunt · qui huic veracitᷣ humiles adiungunt · Tur
ba igitur premit · & non tangit · qꝛ & importūa eſt
per p̄nciam · & abſens per vitam · ¶ Beda · Vel
vna credula mulier dn̄m tangit · qꝛ qui diuerſ he
reſibus inordinate affligitur · ſolo catholice eccleſie
corde fideliter queritur ¶ Ambro · Non em̄ credūt
qui cōprimūt · credunt qui tangunt · fide tangitur
xp̄c · fide videtᷣ · Deniq; vt fidem credētis exprime
ret · dicit · Ego cognoui virtutem de me exiſſe · qd
eſt euidentius inditum quia nō intra poſſibilitatē
cōdicionis humane atq; intra corporis clauſtrum
diuinitas coartata eſt · Sed vltra finem noſtre me
diocritatis virtus exundat eterna · Nō enim huma-
na ope plebs gentium liberatur · ſed dei munus eſt
cōgregatio nacionum · que eciam breui fide miſeri-
cordiam inclinat eternam · Nam ſi conſyderemus
quāta ſit fides noſtra · & intelligamus quant⁹ ſit
dei filius · videmus qꝛ cōparatōe ei⁹ fimbriaz tantū
modo tangam⁹ · Superiora vero veſtimenti ei⁹ ne
quimus attigere · Si igitur & nos curari volum⁹
fide tangamus fimbriaz xp̄i non aūt latet eum qui
cunq; tetigerit · Beat⁹ qui extremam partem ver
bi tetigerit · Nam totum quis poteſt cōprehendere
¶ Adhuc illo loquente venit quidam ad principē
ſinagoge di · ei · qꝛ mortua eſt filia tua · noli vexare
illū · Jheſus aūt audito hoc verbo r̄ndit patri puel
le · Noli timere · crede tm̄ · & ſalua erit · Et cum ve
niſſet ad domum · non permiſit intrare ſecū quēꝙ ·
niſi petrum & iohannez & iacobū · & patrem & ma
trem puelle · flebant aūt om̄es & plangebāt illam
At ille dixit · Nolite flere · non eſt enim mortua · ſꝫ
dormit · & deridebant eū ſcientes qꝛ mortua eſſet ·
Ipſe aūt tenens manū eius clamauit dicens · Pu
ella ſurge · Et reuerſus eſt ſp̄us eius · & ſurrexit
cōtinuo & iuſſit illi dari manducare · Et ſtupue-
runt parentes eius · quibꝫ precepit · ne alicui dice-
rent · quod factum erat · ¶ Chriſ · Oportune domi
nus expectabat puelle mortē · ut propalaretᷣ reſur
rectionis miraculū · ꝓpter quod & tardius incedit
et loquitur cum muliere diuci⁹ vt archiſinagogi
filia expiraret · & huius aduentus nuncij aduenī-
rent · Vn̄ dicitᷣ Adhuc illo loquēte ve · qui · ad pri ·
ſina · di · ei qꝛ mor · eſt fi · t · no · vex · il · ¶ Aug⁹ · de
con · euan · Sed cum matheus archiſinagogū non
morituā filiam ſuam narret dn̄o nunciaſſe · ſed om

nino defunctam · Lucas aūt & marcus nondū mor
tuaz vſq; adeo vt dicant veniſſe poſtea qui mortu
am nunciarent cōſiderādum eſt ne repugnare vide
atur Et intelligendū eſt · breuitatis hoc cauſā ma
theum pocius dicere voluiſſe · rogatū eē dn̄m ut fa
ceret · quod eum feciſſe manifeſtū eſt · ſcz mortuam
ſuſcitare · Attendit · n · non verba patris de filia ſua
ſed quod eſt potiſſimū volūtatem · Sane ſi alij duo
vel quiſꝙ eoꝝ patrem cōmemoraſſet dixiſſe · quod
venientes de domo dixerūt · vt iam non vexaretur
Jhs qꝛ puella mortua fuiſſet · repugnarēt ei⁹ cogi-
tatōni verba que poſuit mathe⁹ · Nūc vero illud
nunciantibꝫ & ꝓhibentibꝫ ne magiſter veniret · nō
legitur ꝙ ipſe cōſenſerit · Vnde domin⁹ non diffi-
dentem reprehendit · ſed credentē robuſtius cōfir-
mauit · Vnde ſequitᷣ · Jheſus aūt au · hoc ver · reſ ·
pa · pu · no · ti · ſed crede tm̄ · & ſalua erit · ¶ Atha ·
Fidem dominus exigit ab inuocantibꝫ eum · nō qꝛ
indiget adminiculo alioꝝ · Ipſe namq; & dn̄s &
largitor eſt fidei · Sed ne videretᷣ ex acceptōne per
ſonarum ſua dona cōferre · oſ̄dit · ꝙ credentibꝫ fa-
uet · & ne ſine fide accipiant beneficia & ea per infi
delitatē aboleant · vult em̄ benefaciens durare gra-
ciam · & ſanans inconcuſſum ꝑmanere remedium ·
¶ Theo · Mortuam aūt ſuſcitatur⁹ eiecit omnem
quaſi nos docens abſq; inani gloria eē · & nihil ad
demonſtratōem facere · Et ꝙ cum quis debet mira-
cula perpetrare non decet ipſum eē in medio pluri
morum · ſed ſolitarium & ab alijs ſeparatum · Et cū
perue · ad do · non permi · intra · ſecū quēꝙ niſi petꝝ
et iohannem & iacobum · & patrem & matrem pu
elle · Solos autem hos intromiſit tanꝙ diſcipu-
los · diſcipulorum vertices · & potentes miraculuz
occultare · Non enim volebat ipſum ante tempus
pluribus reuelari · forte ꝓpter inuidiam iudeorum
Hic & cum quis nobis inuidet · non debemus in-
ſticias noſtras ei reuelare · ne ei maioris inuidie oc
caſio tribuatᷣ ¶ Chriſoſtomus · Ceteros autem
diſcipulos non aſſumpſit · prouocans eos ad ap̄pe-
titum maiorez · ob id quoq; ꝙ nondum erant plene
diſpoſiti · ut & alij iſtos imitentur · Aſſumſit eciaz
parentes in teſtes · ne quis dicere poſſet fallax eē
reſurrectionis indicium · Ad hoc eciam illud nota
ꝙ deflentes excluſit a domo & indignos oſtendit
huiuſmodi viſione · Sequitur enim · Flebant em̄
omnes & plangebant illam · Quod ſi tunc excluſit
multomagis nunc · tunc enim non patuerat in ſom
num mortem fuiſſe conuerſā · Null⁹ ergo decetero
ſe cōtendat iniuriam inſerens xp̄i victorie qui ſu-
perauit mortem · & eam in ſomnum cōuertit · ad cu
ius oſ̄ſionem ſubditur · At ille dixit · No · fle · non
eſt enim mor · ſed dormit · Oſtendens ſingula ſibi
fore in promptu · & ꝙ eam viuificaret · quaſi ſuſci-
taret in ſomno Nichilominus tamen deridebant eū
Sequitur enim · Et deridebant eum ſcientes quia
mortua eēt · Quos non obiurgauit · nec deriſionem
repreſſit · vt eciā deriſio fiat mortis indiciū · Nā qꝛ

vt plurimum poſt acta miracula homines perſeue
rent increduli · verbis ꝓprijs eos preuenit · vt aūt
quaſi per viſū diſponeret ad reſurrectionis fidē te
net manū puelle · Vnde ſequitur · Ipſe autem te
ma · e · cla · di · pu · ſurge · Cūq; tenuiſſet · ſuſcitat eā
Vnde ſequitur · Et reuer · eſt ſpiritus eius & ſur ·
continuo · Non enim infudit aliam animā · ſed illam
eandem que expirauerat reſtituit · Nec ſolummodo
ſuſcitat · immo iubet eciam illam cibari · Sequitur
enī & iuſſit illi da · man · ne ſcȝ phantaſticū eē vide
atur · quod factū ē · Nec ipſe ꝓpinat · ſed alijs man
dat · Sicut & in lazaro dixit · Soluite eum ac de-
inde participem mēſe fecit ¶ Grecus · Deinde ſtu
pefactos miraculo & pene clamantes parentes co-
hibet ne factum predicent · Sequitur · n · Et ſtu ·
pa · e · qui · prece · ne alicui dicerent · qđ factū erat ·
Oſtendēs ꝙ largitor bonoꝝ eſt · non autem cupid⁹
glorie · datq; totū nihil recipiens · Qui vero vena
tur opeꝝ gloriam aliquid quidez exhibuit · aliqđ
vo recepit · ¶ Beda · Miſtice aūt ſaluata a fluxu
ſanguinis muliere · mox filia pncipis mortua nū-
tiatur · qꝛ dū eccleſia a vicioꝝ labe mūdata eſt · con
tinuo ſinagoga perꝑfidia atq; inuidia ſoluta eſt ·
Perfidia quidē qꝛ in xp̄m credere noluit · Inuidia
vero qꝛ eccleſiam crediđiſſe doluit · ¶ Ambroſius
Adhuc aūt & ſeruuli principis increduli erant ad
reſurrectōnem quā ibus in lege p̄dixit · in euan-
gelio cōpleuit · Vnde dicūt · Noli vexare illuȝ · q̄ſi
ſit ſibi impoſſibile ſuſcitare mortuā · ¶ Beda · vel
per eos ſignificat̄ · qui a deo deſtitutum ſinagoge
ſtatū vidēt · vt reſtaurari poſſe nō credant · Ideo-
q; pro ſuſcitatōne illius ſupplicandū eſſe eſtiment ·
Sed qꝛ impoſſibilia ſunt apud homines · Vn̄ do-
minus ei dixit · noli timere · crede tm̄ & ſalua erit ·
Pater puelle cetus doctoꝝ legis accipitur · qui ſi
credere voluerit · etiam ſubiecta ei ſinagoga ſalua
erit · Itaq; cum veniſſet in domū · ¶ Ambroſi · pau
cos future reſurrectōnis arbitros aſciuit · Nō enim
a multis · continuo eſt credita reſurrectō que tam̄
tante diuerſitatis eſt cauſā · Supra publice filius
vidue ſuſcitatur · hic remouentur plures arbitri ·
paruulus · hic est maior in regno celoꝝ · Pulchre
autem dicitur · Tunc erit tibi gloria · ne nunc que
rere incipias · quod tibi seruatur in fine · Potest
eciam & hoc in hac vita intelligi · quia quotidie do
minus suas nupcias intrat · superbos despiciens · et
humilibus sepe tanta sui spiritus onera prestans ·
vt discumbentium · idest fidelium cetus eos admi
rando glorificet · Ex conclusione vero generali que
subditur manifeste claret precedentem domini ser
monem typice intelligendum · Neq3 enim omnis
qui se coram hominibus exaltat · humiliatur · aut
qui se in conspectu hominum humiliat · exaltatur
ab eis · sed qui se de meritis eleuat humiliabitur a
domino · & qui se de beneficijs humiliat exaltabi
tur ab eo · Sequit textus

⁋ Dicebat autem ei qui se inuitauerat · Cum fa
cis prandium · aut cenam · noli vocare amicos tuos
neq3 fratres tuos · neq3 cognatos · neq3 vicinos di
uites · ne forte & ipsi te reinuitēt · & fiat tibi retri
butio · Sed cum facis conuiuium · voca pauperes ·

debiles · claudos . cecos · & beatus eris · quia non habent retribuere tibi · retribuet̃ · n · tibi in reſurrectione iuſtoꝝ · ¶ Theo · Ex duabꝰ partibꝰ cena compoſita · ſcilicet ex vocantibꝰ & vocatis · partẽ vocatorũ ad humilitatẽ iam monuerat . Conſequenter vocantem monẽdo remunerat retrahẽs eum ne grã hominũ conuiuaret . Vnde dr̃ · Dicebat aũt ei qui ſe inuitauerat · Cũ facis prandium aut cenã . noli vocare amicos tuos · neqꝫ fratres tuos . neqꝫ cognatos neqꝫ vicinos diuites · ¶ Chriſ . Multe cauſe ſunt · quibus amicicie fedus cõtrahit̃ . & illicitas quidez pretermittemꝰ . Proponemꝰ aũt naturales & morales · Naturales quidẽ puta patris ad filium · fratris ad fratrez & alioꝝ huiuſmõi · Quod ſignificat dicens · Neqꝫ fratres neqꝫ cognatos · Morales autẽ ſũt puta cõuiua factꝰ eſt · aut cõuicinꝰ eſt . Et q̃ntum ad hos dicit · neqꝫ vicinos · ¶ Beda · Fratres igitur & amicos & diuites alterutrum cõuiuia celebrare non quaſi ſcelꝰ interdicit · ſed ſicut cetera neceſſitatis humane cõmercia . ad ꝓmerẽda vite celeſtis p̃mia nil valere oſtẽdit . Vnde ſubdit . Ne forte & ipſi te reinuitent · & fiet tibi retributiõ . Non ait · & fiat tibi peccatum . Cui ſimile eſt id quod alibi dicit · Et ſi benefeceritis hiis qui vob̃ benefaciũt que vob̃ eſt gracia · Sũt tamen quedã mutua fratrum vicinorũqꝫ cõuiuia que non ſolum in preſenti retributiõem . ſed & damnatiõem percipiunt in futuro · que aut collatiõne omniũ celebrãtur · aut vicibus ſolent cõtubernalibꝰ in quibus ad hoc cõueniũt vt feda gerantur copia vini · & incitet̃ libidinis diuerſa voluptas . ¶ Chriſoſt · Non igitur hac ſpecie aliis beneficia cõferamus · vt nobis retribuãt . Hec enim frigida eſt intentiõ · Vnde talis amicicia celerius euaneſcit . Si vero pauperem vocaueris · deũ nunq̃ obliuiſcentẽ habebis debitorẽ . Vnde ſequit̃ Sed cum facis cõuiuium · voca pauperes · debiles claudos · & cecos · Quãto em̃ minor eſt frater · tãto magis ꝑ eũ xp̃c accedit · & viſitat · Nam qui magnum ſuſcipit ſepe per vanã gloriã facit · ſꝫ & vtilitas pluries querit̃ · vt ꝓmoueat̃ per illũ · Poſſem quidẽ plures ꝓponere ab hoc celeberrimos ſanctoꝝ colentes . vt illis mediãtibꝰ ampliorẽ grãm obtineant principũ · Non igit̃ illos queramꝰ · qui nob̃ retribuere poſſunt · Sequit̃ · n · Et beatus eris · qꝛ n̄ hñt retribuere tibi . Non g̊ turbemur · cũ nõ recipimus bñficii recõpenſatiõem · ſed cũ receperimꝰ · qm̃ ſi receperimus · non amplius recipiemꝰ illic . ſed ſi minime retribuat homo · tũc tibi deꝰ retribuet Vñ ſequit̃ · Retribuet̃ em̃ in reſurrectione iuſtorum · ¶ Beda · Et ſi oẽs reſurgũt iuſtoꝝ tñ reſurrectio dicit̃ · qꝛ in hac reſurrectiõe beatos ſe eẽ nõ dubitãt Ergo qui pauperes ad cõuiuiũ vocãt · in futuro premia recipient · Qui aũt amicos . fratres · & diuites vocat · recepit mercedẽ ſuam · Sed & ſi hoc ꝓpter deum facit in exẽpluz filioꝝ iob . ſicut cetera f̃rne dilectionis officia · ipſe qui iuſſit · remũerat . ¶ Chriſoſto . Sed dicis immũdꝰ ẽ paup & ſordidꝰ · laua eum . & fac tecum in menſa ſedere · Si veſtes ſordidas habet · mundũ indumentũ exhibeas . Xp̃c accedit per eũ & tu friuola loqueris · ¶ Greg · niſſenꝰ Non ergo negligas iacẽtes quaſi nullo ſint digni Cogita quid ſint & precõſitatẽ eoꝝ inuenies . Saluatoris induerunt ymaginẽ · futuroꝝ bonoꝝ hẽdes regni clauigeri accuſatores & excuſatores ydonei . non loquẽtes ſed inſpecti a iudice · ¶ Chriſo · Decet g̊ eos ſurſũ in ſolaria ſuſcipere · ſi nõ placet · ſaltem deorſũ vbi ſũt ſubiugalia & famuli xp̃m ſuſcipias · fiat ſaltem pauper edituus vbi em̃ eſt elemoſina · non audet intrare dyabolus . Et ſi non ſecũ conſedeas · mitte ſaltẽ eis de menſa fercula . ¶ Ori · Myſtice vero qui vanam gloriam vitat · vocat ad ſpiritale cõuiuiũ pauperes id ẽ imperitos · vt dicet debiles hoc eſt leſam cõſcientiã habentes . vt ſanet claudos · id ẽ declinantes a ratione . vt rectas ſemitas faciant · Cecos · i · qui carent contemplatione veritatis . vt verã lucem videant · Quod autem dicitur · Non poſſunt retribuere tibi id eſt non nouerũt reſponſum proferre Sequit̃ textus

¶ Hec cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbẽtibꝰ dixit illi · Beatus qui mãducabit panem in regno dei · At ille dixit ei · Homo quidam fecit cenã magnam · & vocauit multos · & miſit ſeruum ſuum hora cene dicere inuitatis · ut venirent · quia iam parata ſũt omnia · Et ceperunt ſimul omnes excuſare · Primꝰ dixit ei · Villam emi & neceſſe habeo exire & videre illam · Rogo te . habe me excuſatum Et alter dixit · Iuga boum emi quinqꝫ & eo ꝓbare illa · Rogo te habe me excuſatũ · Et alius dixit Vxorem duxi · & ideo non poſſum venire · Et reuerſus ſeruꝰ nunciauit hec dño ſuo · Tunc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo · Exi cito in plateas et vicos ciuitatis · & pauperes · ac debiles · cecos · & claudos introduc huc · Et ait ſeruus · Domine factum eſt vt imperaſti · & adhuc locus eſt · Et ait dñs ſeruo · Exi in vias & ſepes & cõpelle intrare · vt impleatur domus mea · Dico autem vob̃ · qꝛ nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati ſũt · guſtabit cenam meam

¶ Euſebius · Docuerat ſupra dominus preparare conuiuiũ rependere nequeuntibꝰ · cum ſit recompenſandum in reſurrectione iuſtorum · & ideo quidaz intelligens vnũ & idẽ eẽ reſurrectionem iuſtorum et regnum dei · recompenſatiõez predictam commendat · Sequitur em̃ · Hec cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibꝰ dixit illi · Beatus qui manducabit panem in regno dei ¶ Cirillus · Homo iſte animalis erat · non diligenter percipiens ea que xp̃c protulerat · putauit enim corporeas eẽ remuneratiões ſanctorum · ¶ Auguſtinus de verbis domini Vel quia in longinqua iſte ſuſpirabat · & panis iſte quem deſiderabat · ante illuz diſcumbebat · Quis enim eſt panis regni dei · niſi qui dicit · Ego ſum panis viuꝰ qui de celo deſcẽdi · nolite parare fauces · ſꝫ cor ¶ Beda · Sꝫ qꝛ nonnulli hũc panẽ fidetenꝰ q̃ſi

adorando percipiunt · dulcedineꝫ vero eius attinge
re veraciter guſtādo faſtidiunt · Subiecta parabo
la dominꝰ talium torporem celeſtibꝫ epulis dignū
non eē redarguit · Sequitᷣ enī · At ille dixit ei · ho
mo quidam fecit cenam magnā & vocauit multos
Cirillꝰ · Homo iſte deus pater eſt · ſcđm ꝙ yma
gines ad ſimilitudinē veritatis figuratur Chri ·
Quociens enī punitiuam ſuā virtutē indicare vult
deus · vrſa · pardus · leo · & huiuſmodi nuncupatur
qn̄ vero miſcđiam exprimere vult · dr̄ homo · Ci
rillus · Hic ḡ cōditor omniū · atqꝫ glorie pr̄ parauit
cenam magnam in xp̄o peractā · In nouiſſimis eī
temporibꝫ & quaſi in occaſu noſtri ſeculi · illuxit
nobis dei filius · & mortē pro nobis ſuſtinens · dedit
nobis ꝓprium corpus comedere · Vnde & agnus in
veſpere immolabatᷣ iuxta legeꝫ moſaicam · Merito
igitur cena dictum eſt paratū in xp̄o conuiuium
Grego · in home · Vel facit cenam magnam · qꝛ
ſocietatē nob̄ dulcedinis eterne preparauit · Qui vo=
cauit multos · ſed pauci veniunt · qꝛ nonnunꝙ̄ ipſi
qui ei per fidē ſubiecti ſūt · eterno eius conuiuio viuē
do cōtradicūt · Hoc aūt diſtare inter delicias corpo
ris & cordis ſolet · ꝙ corporalies delice cū non habē
tur · graue in ſe deſiderium accendūt · Cū vero habi
te eduntᷣ · comedentem ꝓtinus in faſtidium per ſaci
tatem vertūt · At cōtra · ſpirituales delicie cū non
habentur in faſtidio ſunt cum vero habentur in de
ſiderio · Sed ſuperna pietas cōtemptas illas delici
as ad memorie noſtre oculos reuocat · atqꝫ vt faſti
dium noſtrū repellere debeamus · inuitat · Vnde ſe
quitur · Et miſit ſuū ſuū hora cene dicē inuitatis
vt venirent · Cirillus · Iſte ſeruꝰ qui miſſus eſt
ipſe xp̄c eſt · qui cuꝫ eēt naturaliter deus · & verus
dei filius · exinaniuit ſeipſū formā ſerui accipiens
Melius eſt aūt hora cene · Non enim a principio
verbum patris noſtram naturā ſuſcepit · ſed in no
uiſſimo tempore Subdit autem · Quia parata ſunt
omnia · Parauit enim pater in xp̄o bona collata
mūdo per ipſū peccatoꝝ ammotōeꝫ ſpūſſancti par=
ticipatōeꝫ adoptōis ſplendorē · Ad hoc vocauit xp̄c
per euangelica documenta Augꝰ · de verb̄ domini
Vel aliter · Homo iſte mediator eſt dei & homis
xp̄c Ihs · Miſit vt venirēt inuitati · ideſt p miſſos
vocati ꝓphas · qui olim inuitabant ad cenam criſti
ſepe miſſi ſūt ad populū iſrahel · ſepe vocauerūt vt
ad horam cene venirent · Illi inuitantes acceperūt ·
cenam repudiarunt · Prophas legerunt · & xp̄m
occiderunt · & tunc nobis cenam neſcientes paraue
rūt · Parata iam cena ideſt immolato xp̄o miſſi ſūt
apoſtoli ad quos miſſi fuerāt ante ꝓphe · Greg ·
in home · Per hūc ḡ ſeruū qui a pr̄efamilias ad in
uitandū mittitur · p̄dicatoꝝ ordo ſignificatur · ſepe
aūt ſolet euenire vt perſona potens famulū habeat
deſpectum · Cumqꝫ per eum dominus aliquid man
dat · nō deſpicitur perſona loquentis ſerui · qꝛ ſerua
tur in corde mittentis reuerentia domini · Offert ḡ
deus quod rogari debuit · non rogare · dare vult qđ

vix ſperari poterat · Et tn̄ ſimul omnes excuſant ·
Sequitur · n · Et ceperunt omnes ſimul excuſare
Ecce homo diues inuitat · & pauperes occurrē fe
ſtinant · Ad dei inuitamur conuiuiū · & nos excuſa
mus · Auguſtinꝰ de verbis domini · Tres aūt
fuerunt excuſatōes de quibꝫ ſubditur · Primꝰ dix
it ei · Villam emi · & neceſſe habeo exire & videre
illam · rogo te habe me excuſatum · In villa emp=
ta dominatō notatur · Ergo ſupbia caſtigatᷣ viciū
primum · Primꝰ enim homo dominari voluit · qui
dominum habere noluit · Gregorius in homelia
Vel per villam terrena ſubſtancia deſignatur ·
Exit ergo videre villaꝫ · qui ſola exteriora cogitat
propter ſubſtanciam · Ambro · Hic igitur eme
rite militie viro condemnendaruꝫ ſtipendium pre
ſcribitur facultatum · ꝙ neqꝫ ille qui ſtudijs inten
tus inferioribus poſſeſſiones ſibi terrenas coemit ·
regnum celi poſſit adipiſci · cum dominus dicat ·
Vende omnia tua & ſequere me · Sequitur · Et al
ter dixit · Iuga boum emi quinqꝫ · & eo probare il
la · Auguſtinus de verbis domini · Quinqꝫ iuga
boum ſenſus carnis huius quinqꝫ numerantur · In
oculis viſus eſt · in auribꝫ auditus · in naribus odo
ratus · in faucibꝫ guſtus · in omnibus membris tac
tus · Sed quia iuga ſunt in tribus prioribus ſenſi
bus facilius apparet · Duo ſunt oculi · due aures ·
gemine nares · Ecce tria iuga · & faucibꝫ · i · ſenſu
guſtandi geminatō quedam inuenitur · qꝛ nihil gu
ſtando ſapit niſi lingua & palato tangatur · volup
tas carnis q̄ ad tactum pertinet occulte geminatᷣ
Eſt enī et forinſecus & intrinſecus · Dicuntur aūt
iuga boū · qꝛ per ſenſus iſtos carnis terrena reqrun
tur · Boues enim terram verſant · homines autem
remoti a fide terenis dediti · nolūt credere aliqđ niſi
ad qđ ſenſu corporis perueniūt quinqꝫ partito · Nō
inqt ego credo · niſi qđ video · Si talia cogitare=
mus quinqꝫ illis iugis boum a cena impediremur ·
vt noueritis autem iſtoꝝ quinqꝫ ſenſuum non de
lectatōem que mulcet · & ingerit voluptatem · ſed
curioſitatem quandam notatam fuiſſe · Non ait ·
quinqꝫ iuga boum emi · eo paſcere illa · ſed eo pro=
bare illa · Grego · in homelia · Corporales eciaꝫ
ſenſus quia interna comprehendere nequeunt · ſed
ſola exteriora agnoſcunt · recte per eos curioſitas
deſignatur · que dum alienam querit vitam diſcu=
tere · ſemper ſua intima neſciens ſtudet exteriora
cogitare · Sed notandum ꝙ is qui propter villā et
is qui ꝓpter probanda iuga boum a cena ſui inuita
toris ſe excuſat · humilitatis verba permiſcet · Dū
enim dicit · rogo · & venire cōtemnit · humilitas ſo
nat in voce · ſuperbia in actione · Sequitur Alius
dixit · Vxorem duxi · & ideo non poſſum venire ·
Auguſtinus de verbis domini · Iſta eſt volup=
tas carnis que multos impedit · vtinam foris & nō
intus · Qui enim dixit · vxorem duxi · carnem am=
plexatᷣ · carnis voluptatibꝫ iocundatᷣ a cena excu=
ſatᷣ · obſeruet ne fame interna moriatur · Baſili ·

Dicit autez non poſſum venire eo ꝙ intellectus hu
manus vergens ad mūdanas illecebras debilis eſt
ad agendū · Grego · in home · Quamuis aūt bonū
ſit coniugiū · atqꝫ ad ꝓpagandā ſobolem diuina ꝓui
dentia cōſtitutum · nonnulli tamen per hoc nō fecū
ditatem prolis · ſed deſideria expetunt voluptatis ·
Et idcirco per rem iuſtam ſignificari poteſt nō in
cōgrue res iniuſta Ambroſi. Vel coniugiū non
reprehendit · ſed ad maiorem honorē vocat integri
tas · qm̄ mulier innupta cogitat que ſūt domini · vt
ſit ſancta corpore & ſpiritu · Que aūt nupta eſt · co
gitat que ſūt mūdi Augꝰ · de ver · dn̄i · Johannes
aūt dicens omne quod eſt in mūdo concupiſcentia
carnis eſt · & cōcupiſcentia oculorū & ambitō ſecu
li · inde cepit vbi euangelium terminū poſuit · Con
cupiſcentia carnis vxorem duxi · Concupiſcentia
oculoꝝ · Quinqꝫ iuga boū emi · Ambitō ſeculi · Vil
lam emi · Aperte aūt in totum commemorati ſunt
quinqꝫ ſenſus per ſolos oculos · quorū eſt in quiqꝫ
ſenſibꝫ principatus · ꝓpterea cū ꝓprie ad oculos per
tineat viſus · ipſū videre per omnes quinqꝫ ſenſus
ſolemus appellare · Cirillꝰ · Quos autem itellige
mus fuiſſe eos qui renuerūt predictoꝝ cauſa veni-
re · niſi preſides iudeorum · quos per totam ſacrā pa
ginam de hiis redargutos eſſe videmus · Orige ·
Vel aliter hii qui villam emeruut & refutant ce
nam · ſūt qui receperūt alia dogmata diuinitatis ·
nec experti ſūt verbū · quod poſſidebant · Js autem
qui quinqꝫ paria boum emit eſt · qui naturā intellec
tualem contemnit & ſenſibilia ſequitur · Vnde in
corpoream naturā cōprehendere non poteſt · Qui aūt
vxorem duxit · eſt qui cōiunctus eſt carni · volup
tatū magis amator ꝙ̄ dei · Ambro · Vel tria ge
nera hominum a cōſortō iſtius cene eſtimemꝰ ex-
cludi · gentilium · iudeoꝝ · & hereticoꝝ · iudei corpo
rali myſterio iuga ſibi legis imponūt · Quinqꝫ autē
iuga ſūt verboꝝ decem · vel quinqꝫ libri veteris le
gis · At vero hereſis velut eua femineo rigore fidei
temptat affectū · Et apoſtolus dicit auariciam eē
fugiendam · ne impediti more gentili ad regnū xp̄i
peruenire nequeamꝰ · Ergo & ille qui villam emit
aliennꝫ a regno eſt. Et ille qui iuguz pocius legis
ꝙ̄ gratie munꝰ elegit · Et ille qui ſe ꝓpter ducēdā
excuſat vxorem · Sequitur · Et reuerſus ſeruꝰ nū
ciauit hec domino ſuo Auguſtinꝰ quinto ſuper
gen̄ · ad litteram · Non ꝓpter inferiorū ſcientiam de
us nūciis īdiget quaſi per eos fiet ſcientioꝛ · ſed no
uit omnia ſtabiliter atqꝫ incōmutabiliter · Habet
aūt nuntios ꝓpter nos & ꝓpter ipſos · quia illo mo
do deo parere & aſſiſtere · vt eum de inferioribus cō
ſulant · eiuſqꝫ ſupernis iuſſis obtemperent bonum
eſt eis in ordine ꝓprie nature · Cirillꝰ · Judeorū
autem primatibꝰ vocatōnem renuentibꝫ ſicut ipſi
dicebāt · Nunqd aliqs ꝑncipū credidit ī eum · Jndi
gnatus eſt paterfamilias quaſi eis dignis indig-
natōe & ira · Vnde ſequitur · Tunc iratus paterfa
milias · Baſilius · Non ꝙ ire paſſio diuine ſub
ſtantie accidat · ſed talis operatio que in nobis ab
ira fit · dei ira & indignatō dicitur · Cirillꝰ · Sic
ergo indignatꝰ dicitur paterfamilias in principes
iudeorū & vocati ſunt loco eoꝝ · qui erant de multi
tudine iudeoꝝ fragilem & impotentē mentē haben
tes · Loquente em̄ petro primo quidem tria milia ·
deinde quinqꝫ milia crediderunt · Et poſtmodū plu
rimus populus · Vnde dicitur · Dixit ſeruo ſuo ·
Exi cito in plateas & vicos ciuitatis · & pauperes
ac debiles cecos & claudos introduc huc Ambro
ſius · Jnuitat autem pauperes · debiles · & cecos · vt
oſtendatur ꝙ nullum debilitas corporis excludit a
regno rariuſqꝫ delinquat · cui deſit illecebra peccan
di · Vel ꝙ infirmitas peccatoꝝ per miſericordiā do
mini remittatur · vnde mittit ad plateas · vt de lató
ribus vitiis ad anguſtam venirent viam · Gre
gorīꝰ in home · Quia ergo venire ſuperbi renuunt
pauperes eligūtur · Dicūtur enim debiles qui iudi
tio ſuo apud ſemetipſos infirmi ſūt · Nam paupes
et quaſi fortes ſunt · qui poſiti in paupertate ſuper
biunt · Ceci ſūt qui nullius ingenii lumen habent ·
Claudi ſūt qui rectos greſſus in operatōne non ha
bent · Sed dum horum vitia in membrorū debilita
te ſignificantur · ſicut illi peccatores fuerunt · qui
vocati venire noluerunt · ita hii quoqꝫ qui inuitan-
tur & veniūt · ſed peccatores ſuperbi reſpuuntur ·
humiles eliguntur · Hos itaqꝫ elegit deus · quos de
ſpicit mundus · quia plerūqꝫ ipſa deſpectio hominē
reuocat ad ſemetipſū · Et tanto celerius vocem dei
aliqui audiunt · qnto in hoc mundo non habent vn
de delectentur · Cuz ergo de vicis & plateis ad cenā
quoſdam dominus vocat · illum populum deſignat
qui tenere legis vrbanam cōuerſatōnem nouerat ·
Sed multitudo que ex iſrahel populo credidit · lo
cum ſuperni conuiuii non impleuit · Vnde ſequit̃
et ait ſeruus · Domine factum eſt vt imperaſti · et
adhuc locus eſt · Jntrauit enim iam frequentia iu
deorum · ſed adhuc locus vacat in regno vbi ſuſci
pi debeat numeroſitas gentium · Vnde ſubditur ·
Et ait dominꝰ ſeruo · Exi in vias & ſepes · & com
pelle intrare · vt impleatur domus mea · Cum cōui
uas ſuos colligi ex viis & ſepibus precipit · agre-
ſtem populum · i · deſt gentilem querit Ambro ·
Vel mittit ad vias & circa ſepes · quia hii apti ſūt
in reguo celorum · qui nullis preſentium cupidita
tibus occupati · ad futura feſtinant in quodaz bono
voluntatis tramite conſtituti · & qui modo ſepis q̄
ab incultis culta ſecernat · & incurſus arceat beſti
arū norint bona malaqꝫ diſtinguē · & aduerſus tēp
tamēta neqtie ſpiritalis fidei mūimē ꝑtendē Au
guſ · de ver · dn̄i · Venerunt de plateis & vicis gen
tes · veniūt de ſepibꝫ heretici · Nam ſepes qui cōſtru
unt · diuiſiones querūt · abſtrahant̃ a ſepibꝫ · euellā
tur a ſpinis · ſed cogi nolūt · volūtate inquiunt nr̄a
intremus · Non hoc dn̄s imparauit coge inquit intra
re · foris inueniat̃ neceſſitas naſcitur inde volūtas ·
Orego · in ho · Qui g̊ huius mūdi aduerſitatibꝫ

fracti a dei amore redeunt · cõpellũtur intrare · Sed valde tremẽda eſt ſentẽcia que ſubinfert · Dico aũt vobis quod nemo viroꝝ illorum qui vocati ſũt · guſtabit cenam meam · Nemo ergo contemnat · ne cũ vocatꝰ excuſat · cum voluntatem habuerit · intrare non valeat Sequitur textus

¶ Ibãt aũt turbe multe cum eo · et conuerſus dixit ad illos · Si quis venit ad me · & non odit patrem ſuum · & matrem · & vxorem · & filios · & fratres & ſorores · adhuc autem et animam ſuã · nõ poteſt meꝰ eſſe diſcipulus ¶ Grego · in home · Ad audita celeſtia premia inardeſcit animus · Iamq̃ illic cupit aſſiſtere · vbi ſe ſperat ſine fine gaudere · Sed ad magna premia perueniri non poteſt · niſi per magnos labores · Vnde dicitur · Ibant autem turbe multe cũ eo · & cõuerſus dixit ad illos · Si quis venit ad me · & non odit patrem ſuum & matrem & vxorem & filios & fratres & ſorores ad huc autem & animã ſuam non poteſt eẽ meus diſcipulus ¶ Theophilꝰ · Quia enim multi comitãtiũ ipſum non ex toto affectu · ſed tepide ſequebantur · oſtendit qualem deceat eẽ ſuum diſcipulum ¶ Grego · in home · Sed percontari libet quomodo parentes & carnaliter propinquos precipimur odiſſe · qui iubemur & inimicos diligere · Sed ſi vim precepti ꝑpendimus · vtrunq̃ agere per diſcretõnem valemꝰ vt eos qui nobis carnis cognatõne coniuncti ſunt & quos proximos nouimus · diligamus · Et quos aduerſarios in via dei patimur · odiendo · & fugiẽdo neſciamus · Quaſi enim per odium diligitur qui carnaliter ſapiens dum praua nobis ingerit · non auditur ¶ Ambroſiꝰ · Etenim ſi propter te dominus ſue renuntiat matri dicens · Que eſt mater mea & q̃ fratres mei · cur tu domino tuo cupias anteferri! Sed neq̃ ignorare naturam neq̃ ſeuire dñs iubet Sed ita indulgere nature vt venereris autorẽ nec a deo parentum amore deſiſtas ¶ Grego · in home · Vt autem dominus demonſtraret hoc erga proximos odium non de affectione procedere · ſed de caritate · addidit dicens · Adhuc autem & animã ſuam Conſtat ergo quia amando debet odiſſe proximũ qui ſic eum odit · ſicut ſeipſum · Tunc em̃ bene animã noſtrã odimus · cum eiꝰ carnalibus deſiderijs non acquieſcimus cum eius appetitum frangimus eius voluntatibus reluctamur · Que ergo contẽpta ad meliꝰ ducitur · quaſi per odium amatur ¶ Ciril · Non eſt autem fugienda vita qua in corpore viuitᷣ ſed ſeruanda ſicut & paulus ſeruauit · vt xp̃m adhuc viuens in corpore ꝑdicet · Sed vbi oportebat vitam contemnere vt curſum cõſumaret · nec aĩam preticoſam ſibi eẽ fatetᷣ ¶ Grego · in home · Hoc aũt anime odium qualiter exhibere debeat · manifeſtat ſubdens · Qui nõ baiulat crucẽ ſuã & venit poſt me non poteſt meꝰ eẽ diſcipulus ¶ Chriſoſt · Non aũt hoc dicit vt trabem ſup humeros apponamus · ſed vt ſemp mortem pre oculis noſtris habeamus · ſicut & paulus moriebatᷣ quottidie · & mortẽ contemnebat ¶ Baſiliꝰ · Crucem etiam tollens · mortẽ domini ãnuntiabat dicens · mihi mundꝰ crucifixus eſt · & ego mundo · quod etiã nos in ipſo baptiſmate anticipamus · vbi verus homo noſter crucifixꝰ eſt · vt deſtruatur corpus peccati ¶ Grego · in ho · Vel quia crux a crutiatu dicitur · Duobus modis crucem domini baiulamus · cum aut per abſtinẽtiã carnem affligimus · aut per cõpaſſionem proximi neceſſitatem illius noſtrã putamus · Sed quia nõnulli carnis abſtinentiam non pro deo · ſed ꝑ inani gloria exhibent · & cõpaſſionem nõ ſpiritaliter ſed carnaliter impendunt Recte additur · et venit poſt me · Baiulare enim crucem & poſt dominum ire · ẽ vel carnis abſtinentiam vel conpaſſionem proximorum pro ſtudio eterne intentõnis exhiberi · textus

¶ Quis em̃ ex vobis volẽs turrem edificare · nonne prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſũt ſi habeat ad perficiendum; ne poſteaq̃ poſuerit fundamentum · & non potuerit perficere · om̃es qui viderint · incipiant illudere ei dicentes · quia hic homo cepit edificare · & non potuit conſũmare Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduerſus alium regem nonne ſedens prius cogitat · ſi poſſit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad ſe · Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea que pacis ſunt · Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus que poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. ¶ Greg · in home · Quia ſublimia precepta data ſunt · protinus comparatio edificande ſublimitatis adiungitur · cum dicitur · Quis enim ex vobis volens turrem edificare · nonne prius ſedens cõputat ſumptus qui neceſſarij ſunt · Si habeat ad perficiendum · Omne enim quod agimus · preuenire per ſtudium conſiderationis debemus · Si igitur humilitatis turrim conſtruere cupimus · priꝰ nos preparare ad aduerſa huiꝰ ſeculi debemus · ¶ Baſilius · Vel turris eſt alta ſpeculatio ad cuſtodiã ciuitatis & perceptionem hoſtilium occurſuum apta · Ad huius iſtar nobis datus eſt intellectus conſeruatiuus bonorum premeditatio contrariorũ Ad huius edificationem precipit dominus ſedentes põnere calculum · ſi ſuppetat facultas adfinem

¶ Gregorius · Niſenus · Inſiſtendum eſt enim vt cuiuſlibet ardui propoſiti terminus attingatur varijs augmentis mandatorum dei conſummando opus diuinum · Nã neq̃ lapis vnꝰ ẽ tota turris fabrica · neq̃ vnicum mandatum ducit ad anime perfectionem · Sed fundamẽtum oportet ſubſiſtere & ſecundum apoſtolum inſuper apparatus eſt auri & argenti & precioſorum lapidum apponendus · ¶ Vnde ſubditur Ne · poſteaq̃ poſuerit fundamentum & non potuerit perficere · omnes qui viderint · incipiant illudere ei dicentes · Quia hic homo cepit edificare · & non potuit conſummare

¶ Theophilus · Nos enim debemus ponere fundamẽtum ideſt ſe qui chriſti initium & finem

non imponere · ſicut illi de quibus iohannes dicit quod multi ex diſcipulis eius abierunt retrorſū Vel fundamentum intellige doctrinalem ſermonē puta de abſtinētia · Op⁹ eſt igitur predicto fundamento operatōis edificiū · vt pficiatur nobis turris fortitudinis afacie inimici · Alioqn deridet hō a videntibus eum tam hominibus quam demonibus · Greg. in home · In bonis enim operationibus intenti niſi contra malignos ſpiritus ſollicite vigilem⁹ · ipſos irriſores patimur quos ad malum perſuaſores habemus · Sed ex minori adinaius ſimilitudo ſubditur · vt ex rebus minimis maiora penſentur · Nam ſequitur · Aut quid rex iturus committere bellum aduerſus alium regem · nōne prius ſedens cogitat ſi poſſit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit adſe · Cirillus · Incumbit enim nobis prelium contra ſpiritalia nequicie i celeſtibus · Vrget autem nos & aliorum hoſtium multitudo · carnale flagitium lex ſeuiens in mēbris noſtris · & varie paſſiones hoc eſt dira hoſtium multitudo · Auguſtinus de queſt · euage · Vel decem milia pliaturi cū rege qui habet viginti milia · ſignificat ſimplicitatē chriſtiani hominis dimicaturi cum duplicitate diaboli · Theophi · Eſt autem rex peccatum regnans in noſtro mortali corpore · Sed & noſter itellectus creatus eſt rex · Ergo ſi repugnare velit peccato · toto aīo cogitet ſecum · Nam demones ſūt peccati ſatellites qui videntur viginti milium numero precellere decem milia noſtrum · quia cum incorporei ſint nobis cōparati corporeis multo maiorem fortitudinem habere cenſentur · Auguſ · de queſt · euang · Sicut autem de turri non perfecta per obprobrium deterruit dicentium · quia hic homo cepit edificare · & non potuit conſummare · Sic in rege cum quo dimicandū eſt · ipſam pacem accuſauit cum ſubdit · Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea que pacis ſunt · Significans etiam minas imminentium temptationum a diabolo nō ſuſtinere eos qui renuntiant omnibus que poſſident · & pacē cū eo facere conſentiendo illi ad committendum peccata · Gregor · Vel aliter i illo tremendo examine cum rege noſtro ex quo ad iuditium nō venim⁹ · decem milia quippe ad viginti milia ſimplum ad duplū ſūt · Cū duplo ḡ exercitu cōtra ſimplū veit q̄a nos vix i ſolo opere pparatos · ſil' de opere & cogitatōne diſcutit · Dum ergo adhuc longe eſt · quia adhuc preſens per iuditium non videtur · mittamus ad eum legationem lacrimas noſtras · miſericordie opa · hoſtias placatiōis · hec eſt noſtra legatō que regē venientem placat · Auguſt · ad letū · Quomodo autem pertineant iſte ſimilitudines ipſa occaſione ſatis aperuit dicens · Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus que poſſidet · nō pt̄ meus eē diſcipulus · Itaque ſumptus ad turrem edificandam · & valentia decē milium aduerſus regē qui vigīti milia habet · nihil aliud ē quam vt renūtiet vnuſquiſque omnibus que ſunt eius · Prelocutio aūt ſuperior cum extrema locutione concordat · In eo enim quod adhuc renuntiat omnibus que ſunt eius etiam illud continetur · vt oderit patrem ſuum aut mrēm & vxorē & filios & frēs & ſorores · adhuc & animā ſuam · Omnia enim hec propria alicuius ſunt · que plerumque implicant & impediunt ad obtinenda non iſta propria temporaliter tranſitura ſed ineternum manſura cōmunia · Baſili⁹ · Eſt autem intentio domini per exempla predicta · non vtique prebere poteſtatem eius diſcipulū fieri vel non fieri ſicut licet · vel non inchoare fundamentū vel tractare pacem ſed oſtendere impoſſibilitatem diuini beneplaciti obſernādi inter diſtrahētia aīaz inter que piclitatur facta venalis ab aſtutijs demonis · Beda · Diſtat autem inter renuntiare omnibus & relinquere ōnia · Paucorum enim pfectorum eſt relinquere omnia · hoc eſt curas mūdi poſt ponere · Cunctorum autem fidelium ē renuntiare omnibus · hoc eſt ſic tenere q̄ mundi ſunt · vt tamē per ea non teneantur in mundo · Textus

Bonum eſt ſal · Si autem ſal euanuerit · iquo condietur · neque in terram neque in ſterquilinīū vtile eſt ſed foras mittetur · Qui habet aures audiendi audiat · Beda · Dixerat ſuperius turrem virtutum non ſolum conſummandam · ſed etiam inchoādam · ad quod pertinet · quod dicitur · Bonum eſt ſal · bonum eſt ſale ſapientie ſpiritalis cordis archana condire · immo cum apoſtolis ſal terre fieri · Euſebius · Sal enim ſecundum ſubſtantiam quidem ex aqua conſtat · & ſpiritu modicum quid terreſtritatis pticipās · deſiccat autem fluidam naturā corruptorū corporū vt mortua corpa cōſeruet · Merito igitur diſcipulos ſuos comparat ſali · eo quod ipſi regenerati ſunt per aquam & ſpiritum · Cumque toti ſpiritualiter viuerent & non ſecundum carnē ad modum ſalis corruptam vitam hominū i terra degentium conuertebant · & virtuoſa vita ſuos ſequaces oblectando condiebant · Theophil⁹ nō ſolum autē eos qui donati ſunt magiſtrali gratia ſed etiam idiotas expoſcit ad modum ſalis fieri vtiles proximis · Si vero qui futurus eſt vtilis alijs fiat reprobus · inuari non poterit · Vnde ſequitur · Si autem ſal euanuerit · in quo condietur? · Beda · Quaſi diceret ſi quis ſemel condimento veritatis illuminatus ad apoſtaſiam redierit quo alio doctore corrigetur? qui ſcilicet eam quam ipſe guſtauit ſapientie dulcedinem · vel aduerſus ſeculi perterritus vel illecebris illectus abiecit · Vnde ſequitur · Neque in terram · neque in ſterquilinium vtile eſt · ſed foras mittetur · Sal enim cū ad condiendos cibos carneſque ſiccandas valere deſierit · nulli iam vſui aptum erit · Neque enim in terram vtile eſt · Cuius in iectu germinare prohibet · Neque in ſterqlinīū agriculture pfuturū · Sic q̄ p⁹ agnitōz veritatis retrocedit · neque ipſe fructum

boni operis ferre neq₃ alios excolere valet ſed foras
mittendus eſt · hoc eſt ab eccleſie vnitate ſecernē
dus · ¶ Theo · Verum quia ſermo parabolicus &
obſcurus erat excitans dominus auditores ne qua-
litercũq₃ acciperent quod dictũ eſt de ſale · ſubdit ·
Qui habet aures audiendi audiat · hoc eſt ſi cui ſa-
piencia ineſt intelligat · Aures enim hic cognoſciti
uam vim anime & aptitudinē intelligendi accipe-
re debem⁹ · Audiat eciam nō cōtemnendo · ſed obe-
diendo & faciendo que dicit

¶ Capitulum · xv

Erant autem appropinquantes ei
publicani & peccatores vt audi-
rēt illũ · Et murmurabant ſcribe
& phariſei dicētes · quia hic pecca
tores recipit & manducat cũ illis
Et ait ad eos parabolā iſtā dicēs
Quis ex vobis hō cui cētũ oues & ſi pdiderit vnam
ex illis nōne dimittit nonagintanouē in deſerto &
vadit ad illam que perierat · donec inueniat illā · &
cũ inuenerit illā · imponit in humeros ſuos gaudēs
& veniēs domum cōuocat amicos & vicinos dicēs
illis · Cōgratulamini michi quia inueni ouē q̄ peri
erat · Dico vobis ꝙ ita gaudium erit in celo · ſuper
vno peccatore penitēciā agente quam ſup nonagin
tanouē iuſtis qui nō indigēt penitēcia ¶ Ambro ·
Didiceras ī ſuperioribꝫ ſecularibꝫ occupatōibꝫ nō
teneri · caduca non preferre perpetuis · Sed quia
fragilitas humana firmum nequit intanto ſecu-
li lubrico tenere veſtigium · eciam aduerſus erro-
rem · remedia tibi bon⁹ medicus demōſtrauit ſpem
venie iudex miſericors non negauit · Vnde ſubdit̄
Erāt autē appropinquantes ei publicani & pcto-
res vt audirēt eũ Glo · Id eſt qui publica exigũt
vectigalia vel cōducũt · & qui lucra ſeculi p nego
cia ſectant̄ · ¶ Theo · Hoc enim exequebat̄ cuius
cauſa carnem ſuſceperat · admittens pctores ſicut
medicus egrotantes · Sed phariſei vere criminoſi
huic pietati murmurare cōpenſabant · Vnde ſequi
tur · Et murmurabāt phariſei & ſcribe · di · quia h
pec · re · & · man · cũ illis ¶ Gregori⁹ · In home · Ex
qua re colligit̄ q̄ vera iuſticia cōpaſſionē cũ hȝ fal
ſa dedingnatōne quamuis & iuſti ſoleāt recte pecto
ribꝫ indignari · ſed aliud eſt quod ag̃ t̄ tipo ſupbie
aliud quod zelo diſcipline · quia iuſti & ſi foris in
crepatōnes p diſciplinam exaggerāt · int⁹ tamē dul
cedinē p caritatem ſeruāt · Preponũt ſibi in animo
ipſos plerũq₃ quos corrigũt · quod agētes p diſcipli
nā ſubditos & p humilitatē cuſtodiunt ſemetipos
At cōtra hij qui de falſa iuſticia ſupbire ſolent · cete
ros q̄ꝫ deſpiciũt · nulla infirmātibꝫ miſericordia cō
deſcendũt · Et quo ſe pctores eſſe non credũt · eo de
teri⁹ pctores fiũt de quoꝝ numero phariſei erant
qui deiudicātes dñm ꝙ peccatores ſuſciperet arenti
corde ipſũ fontē miſericordie dephēdebāt · Sed q̄
egri erāt ita vt egros ſe eē neſcirēt · q̃tin⁹ quod erāt
agnoſcerēt · celeſtis medic⁹ blandis eos fomētis cu
rat · Sequit̄ enī · Et ait ad illos parabolam iſtam
dicens Quis ex vobis homo ſimilitudinē dedit · quā
in ſe homo recognoſceret · & tñ ad autorem homi-
nũ ptineret · Quia enī centenari⁹ pfect⁹ eſt nume-
rus · ipſe cētum oues habuit cũ ſanctoꝝ angeloꝝ &
hominũ naturā poſſedit · Vnde ſubdit · Qui habet
cētũ oues ¶ Cirill⁹ Hinc pcipe latitudinē regni ſal
uatoris noſtri · Dicit enī oues eſſe cētum · referens
numerũ ſubiectaꝝ ſibi racōnaliũ naturaꝝ ad inte-
grā multitudinē · Eſt enī cētenari⁹ numer⁹ pfect⁹
ex decē decadibꝫ cōſtitut⁹ · Sed ex hijs vna oberra
uit · ſ · gen⁹ humanũ quod t̄ram colit · ¶ Ambro ·
Diues paſtor cuius nos omnes cētesima porcō ſu-
m⁹ · Vnde ſequit̄ · Et ſi pdiderit vnam ex illis ·
¶ Grego · Vna ouis tũc perit · quando peccādo ho
mo paſcua vite reliquit · In deſerto autē nonagin-
tanouē remāſerāt quia racōnalis creature numer⁹
angeloꝝ videlicet & hominũ que ad uidēdum deū
cōdita fuerat · pereũte homine erat imminut⁹ · Vñ
ſequit̄ · nōne dimittit nonagintanouē in deſerto · q̄
ſcilicet angeloꝝ choros reliquit in celo · Tũc autē
homo celum deſeruit cũ peccauit · Et vt pfecta ſũ-
ma ouiũ integraret̄ i celo hō pdit⁹ querebat̄ i t̄ra
Vnde ſequit̄ Et vadit ad illam que perierat donec
inueniat illam · ¶ Cirill⁹ · Nũquit autem ſeuiens
in reliquas · mot⁹ eſt pietate vni⁹ · nequaq̄ꝫ · Sunt
enim ille in tuto circumſepiente illas potentiſſima
dextera · ſed magis oportebat miſereri pereuntis ·
ne imperfecta videretur reſidua multitudo · Vna
enim reducta ſortitur centenarius ppriam ſpeciem
¶ Auguſtinus · de que · euan · Vel illas nonagin-
tanouem dixit · quas reliquit in deſerto · ſuperbos
ſignificans tanq̄ꝫ ſollicitudinem gerentes in animo
dũ ſolo ſe videri volũt · quibꝫ ad perfectionem vni
tas deeſt · cum enim quiſq₃ a vera vnitate diuellit̄
ſuperbe diuellitur · ſue quippe poteſtatis eſſe cupi-
ens non ſequitur vnum quod deus eſt · Vni autem
deputat oīs p penitenciā recōciliatos que humili
tate obtinetur · ¶ Gregori⁹ · miſenus · Cum autem
paſtor inueniſſet ouem · non puniuit · nō duxit ad
gregem vrgendo · ſed ſupponens humero & portās
clement̄ annumerauit gregi · Vnde ſequitur · Et
cum inuenerit ouem imponit in humeros ſuos gau
dens · ¶ Gregori⁹ · in homel · Ouem humeris ſuis
impoſuit · quia humanam naturam ſuſcipiens pec
cata noſtra ipe portauit Inuēta autē oue ad domũ
redit · quia paſtor noſter reparato homine ad reg
num celeſte redijt · Vnde ſequitur · Et veniens do-
mũ cōuocat amicos & vicinos dicēs ill̄ · cōgratula
mini michi quia īueni ouē meam que perierat · ami
cos & vicinos vocat angelorum choros · quia ami
ci ei⁹ ſunt · quia voluntatem ei⁹ cōtinue in ſua ſta
bilitate cuſtodiunt · Vicini quoq₃ eius ſunt · quia
claritatem viſionis illius ſua aſſiduitate perfruun
tur ¶ Theophilus · Superne igit̄ virtutes oues
dicũt̄ ī eo ꝙ omnis natura creata reſpectu dei beſti
alis ē · In eo vero ꝙ rōnal̄ ē · amici & vicini dicũt̄

¶ Grego. in home. Et notandum ꝙ non dicit Cõgratulamini inuente oui. ſed mihi. quia videlicet eius eſt gaudium vita noſtra. & cū nos ad celū reducimur. ſollennitatē leticie illi⁹ implem⁹. ¶ Ambroſi⁹. Angeli aūt quoniā ſunt racōnabiles. non inmerito hominum redemptōe letantur. Vnde ſeq̄t. Dico vobis. ꝙ ita gaudiū erit in celo ſup vno peccatore penitētiam agēte. quā ſupra nonagitanouē iuſtis. qui non indigent penitentia. Hoc proficiat ad incentiua probitatis. ſi vnuſquiſq conuerſionē ſuam ḡtam fore credat cetib⁹ angelorū. aut q̄r affectare patrociniū aut vereri debet offēſā. ¶ Gre. In home. Plus autē de cōuerſis peccatoribus q̄ de ſtantibus iuſtis in celo gaudium eſſe fatetur. quia plerūq₃ hij qui nullis ſe oppreſſos peccatorum molibus ſciunt. ſtant quidem ī via iuſticie. ſed tamē ad celeſtem patriam anxie nō anhelant. & plerūq pigri remanent ad exercenda bona precipua. quia ſecuri ſibi ſunt ꝙ nulla cōmiſerint mala grauiora. At contra nōnunq̄ hij qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerunt. ex ipſo ſuo dolore compuncti ad amorem dei inardeſcūt. Et q̄r erraſſe ſe a deo cōſiderant damna precedencia lucris ſequentibus recōpēſant Maius ergo gaudiū fit in celo. quia & dux ī p̄lio pl⁹ eum militem diligit. qui poſt fugam reuerſus hoſtem fortiter premit. quam eū qui nūquam terga p̄buit. & nūquā aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam ampli⁹ terrā amat. que poſt ſpinas vberes fructus ꝓfert. quam eam que nūquam ſpinas habuit & nūquam fertilem meſſem ꝓducit. Sed inter hec ſciendum eſt. quia ſūt plerīq iuſti. in quorum vita tantum eſt gaudium vt eis quelibet peccatorum penitēcia prepōi nullatenus poſſit. hinc ergo colligendum. quantū deo gaudium facit quādo humiliter plangit iuſtus ſibi facit in celo gaudium. quando hoc quod male geſſit per penitenciam damnat iniuſtus. Sequit̄ textus

¶ Aut que mulier habens dragmas decem. ſi pdiderit dragmā vnam. nonne accendit lucernam & euertit domum. & querit diligenter. donec īueniat & cū inuenerit. conuocat amicas & vicinas di. Cōgratulamini mihi. quia inueni dragmam. quā pdiderā. Ita dico vobis. quia gaudiū erit corā āgelis dei ſup vno peccatore penitenciā agente. ¶ Ciril. Per precedentem parabolam ī qua gen⁹ humanū dicebatur ouis erratica. docebamur nos fore creatura ſublimis dei qui fecit nos & nō ipſi nos. cuius paſcue oues ſum⁹. ſubiungit̄ ſecunda pabola. qua genus humanū cōpat̄ dragme q̄ perijt. Per quā oſtendit nos ad ſīlitudinem & ymaginem regiam factos eē ſcilicet ſummi dei. Nam dragma nūmus eſt impreſſam habens regiā figurā. Vnde dicitur Aut que mulier habens decē dragmas. ¶ Grego. in home. Qui ſignificat̄ per paſtorē. ipſe per mulierem. ipſe enim de⁹. ipſe & dei ſapiētia. Angelorum autem & hominum naturā ad cognoſcendum ſe domin⁹ cōdidit. et ad ſimilitudinem ſuā creauit Decem ergo dragmas habuit. quia nouem ſūt ordines angelorꝫ. ſed vt cōpleret̄ electorū numerus homo decimus eſt creatus. ¶ Auguſtinus de queſtione euangeliorum. Vel in nouem dragmis. ſicut & ī nonagitanouem ouibus ponit eorum ſignificatōnem qui de ſe preſumentes. peccatoribus ad ſalutem redeūtib⁹ ſe preponūt. vnū enim deeſt a nouem vt decem ſint & a nonagintanouē vt centū ſint. cui vni deputat oēs p penitēciā recōciliatos ¶ Grego. in home. Et q̄r ymago exprimit̄ ī dragma. mulier dragmā perdiderat. quando homo qui conditus ad imaginem dei fuerat. peccando a ſimilitudine ſui cōditoris receſſit. Et hoc eſt q̄d ſubditur Si perdiderit dragmam vnam nonne accendit lucernā. Accēdit mulier lucernā q̄r dei ſapīa apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen ī teſta ē Lumen vero ī teſta ē diuinitas in carne. Accenſa autem lucerna. ſequit̄. Et euertit domū. quia ſcilicet mox vt ei⁹ diuinitas p carnē claruit. omnis ſe noſtra cōſciencia concuſſit. Qui euerſionis ſermo ñ diſcrepat in eo ꝙ ī alijs codicib⁹ legit̄ emūdat. q̄r p̄ua mēs ſi nō pri⁹ p̄ timore euertitur. ab aſuetis vicijs nō mūdat̄. Euerſa aūt domo inuenit̄ dragma Sequit̄ enim. Et querit diligenter donec inueniat quia ſcilicet cum perturbatur cōſciencia hoīs. repatur in homine ſimilitudo cōditoris. ¶ Grego. naziazen⁹. Inuenta aūt dragma. celeſtes virtutes facit pticipes gaudij. quas miniſtras diſpenſatōis fecit. Vnde ſequit̄. Et cū inuenerit. cōuocat amicas & vicinas dicens. Congratulamini mihi quia inueni dragmam quā pdiderā ¶ Grego. in home. Supne enim virtutes tanto diuine ſapie iuxta ſūt quāto ei p gratiam cōtinue viſionis appropinquāt ¶ Theophil⁹. Vel amice ſunt vt exequentes voluntatē ipſi⁹. vicine vero vt incorporee. vel forte amice ipſi⁹ ſunt omēs ſupne virtutes. vicine vero ſunt propinquiores ſcilicet throni. cherubin & ſeraphin. ¶ Gregori⁹. niſen⁹. Vel aliter hoc reor dominum nobis proponere inquiſitōne perdite dragme. quia nulla nobis a ceteris virtutibus vtilitas prouenit quas dragmas vocat. q̄uis preſto ſint omnes. vna ſola deficiente anime viduate qua ſcilicet diuine ſimilitudinis nitorem ſortitur. Propter quod primo quidem iubet lucernam accendere ſcilicet verbum diuinum quod abſcondita patefacit Vel forſan penitencie lampadem. ſed in domo ꝓpria. id eſt in ſeipſo & in ſua conſciencia oportet perquirere dragmam perditam id eſt Regis imaginem. que non penitus deperijt. ſed eſt tecta ſub fimo. qui ſignificat carnis contagia. quibus ſtudioſe abſterſis id eſt dilutis per ſollertiam vite eluceſcet quod queritur. Vnde oportet ipſam que uenit ḡtulari necnō ad pticipia gaudij vocare vicinas. id eſt contubernales virtutes. id eſt rationalē & cōcupiſcibilē & innatū iracūdie affectū. Et ſi q̄ ſint tales vires circa aīam cōſiderate quas docet

gaudere in domino· Deinde cõcludens parabolam
ſubdit· ita dico vobis· gaudium erit angelis ſuper
vno peccatore penitenciam agente· ¶ Grego· in
homel· penitenciam agere eſt preterita mala plan-
gere & plangenda non ppetrare· Nam qui ſic alia
deplorat· vt tamen alia cõmittat adhuc penitenciã
agere aut ignorat. aut diſſimulat· Cogitandum ē
eciã· vt per hoc cõditori ſuo ſatiſfaciat· vt qui com
miſit prohibita ſibi· abſcindere debeat eciam cõceſ
ſa & ſeſe rephendat in minimis· qui ſe meminit in
maximis deliquiſſe· Textus

¶ Ait autem· Homo quidam habuit duos filios·
& dixit adoleſcencõr ex illis patri· Pater da michi
porcõnem ſubſtancie que me cõtingit· Et diuiſit il
li ſubſtanciã· & nõ poſt multos dies adoleſcencõr
fili? cõgregatis omnibꝫ pegre pfectus eſt in regi
onē longinquam· & ibi diſſipauit ſubſtanciam ſuã
viuendo luxurioſe· & poſtꝗ̃ omnia cõſũmaſſet· fac
ta eſt fames valida in regione illa· & ipſe cepit ege
re· Et abijt & adheſit vni ciuium regionis illi?· &
miſit illum in villam ſuã vt paſceret porcos· & cu-
piebat implere ventrē ſuum de ſiliquis quas porci
mãducabant· & nemo ille dabat ¶ Ambro· Tres
ex ordine· lucas parabolas poſuit Ouis perierat &
inuēta eſt· Drachma perierat & īuenta eſt fili? q̃
erat mortu? reuixit· vt triplici remedio puocati
vulnera noſtra curem?· Criſtus vt paſtor te ſuo
corpore vehit· querit vt mať eccleſia· recipit deus
pater pma miſericordiam· ſcd̃a ſuffragio· tercia re
cõciliacõ ¶ Criſoſto· Eſt eciam inť pabolas ſupra
dictas racõ diſtinctõnis ſecũdũ pſonas vel mētes
peccanciũ· vt pater filiũ recipiat penitentem q̃ ar-
bitrij ſui libertate vtitur· vt cognoſcat vnde cecide
rit· Paſtor vero ouem errantem & non ſapientem
reuerti· reqrat· & humeris ſuis referat· irracõnabi
li animali imprudētem hominē cõparans· qui alie
no dolo circumuēt? errauerat· ſicut ouis· Preſens
ergo parabola ppoň cum dicit· Ait autē· Homo
quidam habuit duos filios· Sunt qui dicant de
duobꝫ filijs iſtis ſeniorem angelos eſſe· Iuniorem
vero hominem ponunt qui in longinquam peregri-
nacõnem abierit· quando in ťram de celis & paradi
ſo cecidit· & aptant cõſequēcia reſpicientes ad cau
ſam vel ſtatum ade ſed hic ſenſus pius quidem vi
deť neſcio tñ ſi ver? ſit qr iunior fili? ad penitenci
am venit ſua ſponte· recordatus pterite abundancie
patris ſui· Domin? autem veniens ad penitenciã
vocauit humanum genus dum ſponte ſua regredi
vñ ceciderat ñ cogitaret deinde ſenior fili? ī redditu
& ſalute fratris ſui triſtať· cum domin? dicat letici
am eſſe apud angelos ſup vno peccatore penitenciã
agente· ¶ Cirill?· quidam vero p ſeniorem filium
dicunt ſignificari iſrael ſcd̃m carnem p aliũ vero q̃
diſceſſit a patre· deſcribiť multitudo genciũ ¶ Au-
guſtin?· de que· Euange· Hic ergo homo habens
duos filios· de? habens duos populos intelligitur·
& tamquam duas ſtirpes generis humani· vnam

eorꝫ qui permãſerunt in vni? dei cultu· alterã eo-
rum qui vſqꝫ ad colendũ idola deſerũt deũ· Ab ipo
ergo exordio creature mortaliũ· maior fili? ad cul
tũ vni? dei pertinet· minor autem petit vt ſibi pꝫ
ſubſtancie que eum tangeret dareť a patre· Vnde
ſequiť· & dixit adoleſcencior ex illis patri· Pater
da michi porcõnem ſubſtancie· que me cõtingit· tã
ꝗ̃ anima poteſtate ſua delectata· id quod illi eſt vi
uere intelligere meminiſſe vel ingenio alacri excel-
lere· petit que diuina ſũt· munera· hec autem in po-
teſtate ſua accepit p liberum arbitrium· Vnde ſe-
quiť· Et diuiſit illi ſubſtanciã ¶ Theo· hominis
ſubſtancia racionalitas eſt· quã comitať libertas
arbitrij· & ſimiliť quecũqꝫ domin? dedit nobis· p
ſubſtancia noſtra putabiť· ut celum ťra & vniuer
ſa creatura· lex & pphete· ¶ Ambro· vides autem
ꝙ diuinũ patrimoniũ petētibꝫ dať· nec putes cul-
pam patris ꝙ adoleſcenciori dedit nulla dei regno
infirma etas· nec fides grauať annis· Ipſe certe ſe
indicauit idoneũ· qui popoſcit· atqꝫ vtinam non re
ceſſiſſet a patre· impedimētũ neſciſſet etatis· ſequiť
enim· & non poſt multos dies cõgregatis omnibꝫ
adoleſcencõr fili? pegre pfect? eſt in regionē lon-
ginquam ¶ Criſoſto· Minor fili? in regionē longin
quam pfect? eſt· nõ localiť a deo decedēs· qui vbi
ꝗ eſt· ſed affectu· fugit enim deũ peccator vt a lõ
ginquo ſtet ¶ Auguſti· de verbis domini· quiſquis
enim ita vult eſſe ſimilis deo· vt fortitudinem ſuã
ad illam cuſtodiat· non ab illo recedat ei coherendo
vt cuſtodiat ſimilitudinē & imaginē ad quã factus
eſt· Porro nõ pverſe vult imitari deũ ut quomo-
do de? nõ habet a quo regatur· ſic ipſe velit ſua po
teſtate vti· vt nullo regēte viuat· quod reſtat· niſi
vt recedens ab ei? calore torpeſcat· recedēs a veri-
tate vaneſcat· ¶ Auguſti· de que· euan· Quod
autē non poſt multos dies dixit factũ· vt cõgrega
tis omnibꝫ peregre pficiſceretur in regionē lõgin-
quam· que eſt obliuio dei· hoc eſt quia non multo
poſt inſtitucõnē humani generis· placuit anime p
liberum arbitriũ ferre ſecum velut quandam potē
ciam nature ſue· & deſerere eum a quo cõdita eſt fi
des de viribꝫ ſuis· quas vires tanto cõſumit ciciꝰ·
quanto eum deſeruit a quo date ſunt· Vnde ſequiť
Et ibi diſſipauit ſubſtanciam ſuam viuendo luxuri
oſe· Luxurioſam vero vel prodigam vitam vocat
amantem fundere atqꝫ ſpaciari pompis exterioribꝫ
it? inaneſcētē· cum ea quiſqꝫ ſequitur· que ad alia
procedunt· & relinquit eum· qui ſibi eſt interior·
Vnde ſequitur· Et poſtꝗ̃ cõſummaſſet omnia fac
ta ē fames magna ī regione illa· Fames eſt indigē
cia verbi veritatis· Sequitur· Et ipſe cepit egere
¶ Ambroſi?· Merito egere cepit· qui theſauros
ſapiencie & ſciencie dei diuiciarumqꝫ celeſtium al-
titudinem dereliquit· Sequitur· Et abijt & ad
heſit vni ciuium regionis illi?· ¶ Auguſtinus·
de queſtione euangeliſtarum. Vnus ciuium re-
gionis illius aliquis aere? princeps eſt ad miliciã

diaboli pertinens. cuiꝰ villa eſt modus poteſtatis
ipſiꝰ. de qua ſequitur. Et miſit illum in villam ſuã
vt paſceret porcos. Porci ſunt immundi ſpiritus
qui ſub ipſo erant. ¶ Beda. Porcos autem paſce
re eſt ea quibꝯ immundi ſpiritꝰ gaudent. operari
ſequitꝛ. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſi
liquis quas porci manducabant ¶ Ambroſiꝰ. Si
liqua genꝰ leguminis eſt. intus inanis. foris mol
lis. quo corpus non reficitur. ſed impletur. vt ſit
magis oneri ꝙ vſui. ¶ Auguſti. de que. euan. Si
lique ergo. quibꝯ porcos paſcebat. ſeculares doctri
ne ſunt. ſteriles. vanitatem perſonantes. de quibus
laudes idolorum fabularũꝗ ad deos gencium ptinẽ
tium vario ſermone atꝗ carminibꝯ percrepant qui
bus demonia delectanꝛ. Vnde cum iſte ſatiari cu
piebat. aliquid ſolidum & rectum quod ad beatam
vitam pertineret. inuenire volebat in talibus & nõ
poterat. Vñ ſequitꝛ. Et nemo illi dabat. ¶ Ciril.
Sed cum iudei multipliciꝛ arguãtur in ſacra ſcri
ptura de multis criminibus. quomodo populi illi
cõuenient verba maioris filij dicentis. Ecce tot an
nis ſeruio tibi. & nũꝗ mandatum tuum pterii;
Eſt ergo hic ſenſus parabole. arguẽtibus eũ phari
ſeis & ſcribis ꝙ reciperet peccatores. ꝓponit pſen
tem parabolam. in qua hominem vocat deũ. qui pa
ter eſt duoꝝ fratrum. iuſtorum ſcilicet & peccato
rum. quoꝝ pmꝰ gradꝰ eſt iuſtorũ ab inicio iuſti
ciam ſequẽcium. Secũdus gradus eſt hominum p
penitenciam ad iuſticiam reductoꝝ. ¶ Baſiliꝰ. Fa
cit eciam ad antiquioris. cõſiſtenciam. magis ani
mꝰ ſenilis & grauitas ꝙ canicies capillorum. nec
q̃ ſcd̃m etatẽ ẽ iuuenis icrepaꝛ. ſ; iuuenis moribꝯ
qui ſcd̃m paſſiones viuit ¶ Titus. Abijt ergo ado
leſcencior nondum adultꝰ mente. petitꝗ a patre id
quod ei de hereditate cõtingit. vt ſcz non ex neceſ
ſitate ſeruiat. Sumus enim animalia rationalia li
berum arbitrium habencia. ¶ Criſoſto. Dicit au
tem ſcriptura diuidere patrem ex equo filijs ducbꝯ
ſubſtanciam ſuam id eſt ſcientiã boni & mali. que
vere & perpetue ſũt opes bene vtendi. Que enim ex
deo eſt in pma natiuitate hominibus ſubſtãcia ra
tõnalis equaliter cunctis naſcentibus daꝛ. De ſub
ſequẽti autem cõuerſatõne vnuſquiſꝗ plꝰ aut mi
nus huius ſubſtancie poſſidere inueniꝛ. dum vnus
ea que ſũpſerit. patris eſſe credens. quaſi paterna
cuſtodit aliꝰ ſicut ꝓprie poſſeſſionis licencia diſſi
pandis abutiꝛ. Oſtendiꝛ autem libertas arbitrij
quia pater qui neꝗ diſcedere volentem retinuit. ne
liberi arbitrij aufferat poteſtatem. neque manere
cupientem cogit abſcedere. Abijt autem longe nõ
locorum trãſlacõne. ſed mentis declinacõne. Vnde
ſequitur. Peregre ꝓfectꝰ eſt in regionem longin
quam. ¶ Ambroſiꝰ. Quid enim longinquiꝰ eſt ꝙ a
ſe recedere! nec regionibus. ſed moribus ſeperari!
etenĩ qui ſe a xp̃o ſeprat. exul eſt patrie. & ciuis
mundi. Merito ergo ꝓdegit patrimoniũ qui receſ
ſit ab eccleſia. ¶ Titꝰ. Vnde. & denoĩatus ẽ
ꝓdigus diſſipans ſubſtanciam ſuam. id eſt intel
lectum rectum. caſtimoniam. documenta veritatis
noticiam genitoris. memoriam creacõnis. ſenſum
¶ Ambroſiꝰ. Facta eſt autẽ in regione illa fames
non epularum ſed bonorum operum atꝗ virtutum
que ſunt miſerabiliora ieiunia. etenim qui recedit
a verbo dei eſurit. quia nõ in ſolo pane viuit hõ ſed
in omni vbo dei. Qui recedit a theſauro eget. Ege
re ergo ideo cepit & famẽ pati. quia nihil ꝓdige
ſatis eſt voluntati. abijt itaꝗ & adheſit vni ciuiũ
Qui enim heret. ĩ laqueo ẽ. & videtur ciuis iſte pn
ceps eſſe iſtiꝰ mundi. Deniꝗ ad villam eiꝰ mittiꝛ
quam emit. qui ſe excuſat a regno ¶ Beda. In vil
lam enim mitti eſt ſubſtancie mundialis cupidita
te ſubiugari. ¶ Ambro. Paſcit autem porcos il
los in quos petit diabolꝰ introire. in ſordibus ac fe
tore viuentes. ¶ Theo. Nos igitur paſcit. qui ali
os pcellit in vicõ. vt ſunt lenones. archipꝛcoenes.
archipublicani. qui alijs ſunt doctores operacõnis
rat. eum adorare vt deū. Sed ipi nequeq̄ hoc fatiē
tes. querebant eum occidere. Sequit̄ enim. Prin
cipes aūt ſacerdotum & ſcribe. & principes plebis
querebāt illum perdere. Beda. Vel quia quotti
die docebat in templo. vel quia latrones eiecerat d'
templo. vel quia veniēs illuc quaſi rex & dominꝰ
a credentiū turba laudem hymni celeſtis accepit.
¶ Cirillus. Sed populus grauiorē eſtimationē
accepit de xp̄o q̄ ſcribe & pharisei & ꝑncipes iude
orū. q̄ fidem xp̄i non acceptātes alios increpabant
Vñ ſequit̄. Et non iueniebāt. quid facerent illi.
Oīs eñ populꝰ ſuſpēſus erat audiēs illū. ¶ Beda
Quod duobꝰ modis intelligi pt̄. qꝛ vel timentes po
puli tumultū. & non inueiebāt quid facerēt de ihe
ſu. quē perdere diſpoſuerūt. vel ideo iheſum ꝑdere
querebāt. quia ſuo magiſterio neglecto plures ad
cū audiendū cōfluere cernebant. ¶ Grego. in ho.
Miſtice aūt ſicut templū dei in ciuitate eſt. ita in
plebe fideli vita religioſoꝝ. Et ſepe nonnulli reli
gionis habitum ſumunt. & dum ſacrorum ordinū
locum percipiunt. ſancte religionis offitium in cō
mertium terrene negotiatōis tradūt. vēdētes q̄ppe
in templo ſūt. qui hoc q̄d quibuſdam iure compe
tit. ad premiū largiuntur. Juſtitiam enim vende
re eſt hāc pro premii acceptione ſeruare. Emen
tes vero in templo ſunt. qui dum hoc perſoluere
proximo quod iuſtum ē. nolunt. dumq; rem iure
debitam facere contemnunt. Dato patronis pre
mio emunt peccatum. ¶ Origenes. Si quis ergo
vendit eiicietur. Et precipue ſi vendit columbas.
Si enim ea que mihi a ſpiritu ſancto ſunt reuela
ta & credita aut in vulgus pretio vendidero. aut
abſq; mercede non docuero. quid aliud fatio niſi co
lumbam id eſt ſpiritum ſanctum vendo. ¶ Am
broſius. Generaliter itaq; dominus docet ſecula
res a dei templo abeſſe debere contractus. Spiri
taliter aūt nummularios repulit. qui de pecunia
domini ideſt ſciptura diuina lucrum querūt. nec bo
na malaq; diſcernunt. ¶ Grego. in home. Qui do
mum dei ſpelūcam latronum fatiūt. quia dū ꝑuer
ſi hoīes locū religiōis tenēt. ibi malitie ſue gladiis

occidunt · vbi viuificare proximos orationis ſue
interceſſione debuerunt · Templum quoqȝ eſt ipſa
mens fideliũ · que ſi in leſione ꝓximi ꝑuerſas cogi
tationes profert · quaſi in ſpelunca latrones reſi-
dent · Cum autem mentem fidelium ad cauenda
mala ſubtilit᷑ erudit · q̄ttidie veritas ĩ tẽplo docet ·

¶ Capitulum · xx ·

Et factũ eſt in vna dierũ docente
illo populũ in templo & euange-
lizante · cõuenerũt ꝓncipes ſacer
dotum & ſcribe cum ſenioribus &
aiunt dicentes ad illũ · Dic nob ĩ
qua poteſtate hec facis? aut quis
eſt · q̄ dedit tibi hãc poteſtatẽ? Reſpõdens aũt ihs
dixit ad illos · Interrogabo & ego vos vnũ v̄bũ ·
rñdete mihi · Baptiſmus iohannis de celo erat · an
ex hoib9? At illi cogitabant intra ſe dicẽtes quia ſi
dixerim9 de celo · dicet · q̄re g̊ non crediſtis ei?
Si aũt dixerim9 ex hoib9 · plebs vniuerſa lapida-
bit nos · Certi ſunt enim iohãnẽ ꝓphetã eẽ · Et rñ-
derũt ſe neſcire vnde eſſet · Et ihs ait illis · Nec ego
dico vob ĩ qua ꝑtate hec fatio · ¶ Aug9 · d̾ cõ · euã ·
Cũ memoraſſet lucas eiectos d̾ tẽplo emẽtes & vẽ
dẽtes · ꝑt᷑miſit ꝙ exibat ĩ bethaniã · & regrediebat᷑
ĩ ciuitatẽ · & quid de ficulnea factũ eſt · & ꝙ mirãti
bus diſcipulis de fidei v̄tute reſpõſũ eſt · Atqȝ his
ꝑt᷑miſſis · nõ quaſi ex ordine dies ꝓſequens ſicut
marc9 · intulit dicẽs · Et factũ eſt ĩ vna dierũ docẽ
te illo populũ in templo & euãgelizãte · cõuenerũt
ꝓncipes ſacerdotũ & ſcribe cũ ſeniorib9 · Quod dicit
factũ in vna dierũ ea dies intelligit᷑ · in q̄ id geſtũ
matheus & marcus retulerũt · ¶ Euſebius · Cum
aũt principes mirari deberẽt docẽtẽ celeſtia dogma
ta · & cognoſcere ꝑ dicta & facta hunc eẽ chriſtũ ·
quẽ ꝓphete precinerãt · ĩcũbẽtes ſubuerſioni popu
li xp̄m prohibebãt · Seq̄tur enĩ · Et aiunt dicẽtes
ad illũ · Dic nobis · In q̄ poteſtate hec facis? Aut
q̄s eſt q̄ dedit tibi hãc poteſtatẽ? ¶ Cirillus · Qua
ſi dicãt · ſcd̾m legẽ moſaicã ſolis exorciſtis ex le
uitico ſanguine data eſt autoritas docẽdi · necnõ ſa
croꝝ atrioꝝ poteſtas · At tu ortus ex iuda cõmiſ
ſos nobis faſces vſurpas · Sed ſi nouiſſes o pha-
riſee ſc̄pturas · recoleres ꝙ hic eſt ſacerdos q̄ ſcd̾m
ordinẽ melchiſedech offert deo ĩ ſe credentes ꝑ cul
tũ · q̄ legẽ trãſcẽdit · Quid igit᷑ anxiaris? eiectis ab
atrijs ſacris que oportuna videbantur legalibus
victimis eo vocante ad verã iuſtificationẽ ꝑ fidem ·
¶ Beda · Vel quando dicũt · In qua poteſtate hec
facis · de dei dubitant poteſtate · & ſubintelligi vo-
lũt diaboli eẽ quod facit · Addentes quoqȝ · Aut q̄s
eſt qui dedit tibi hanc poteſtatem · manifeſtiſſime
dei filium negant · quem putant non ſuis · ſed alie-
nis viribus ſigna facere · poterat autem dominus
aperta reſpõſione temptatorum calumniam cõfuta
re · Sed prudenter interrogat · vt ſuo ſilentio vel
ſententia condemnentur · Sequitur enim · Reſpõ-
dens autem dixit ad illos · Interrogabo & ego vos
vnum verbum · reſpondete mihi · Baptiſmus iohã
nis de celo erat · an ex hoib9 · ¶ Theo · Vt enĩ oſtẽ
deret eos ſemꝑ fuiſſe ſpiritui ſancto rebelles · & ne
dũ eſaie cuius non erat memoria · ſed nuper viſo
iohãni credere noluerũt · Ob hoc verſa vice oppoĩt
eis hanc queſtionem · oſtendens ꝙ ſi tanto prophe
te iohãni qui apud eos maior videbatur · minime
crediderunt · perhibente teſtimonium eius · qualit᷑
ei crederent reſpondenti qua autoritate hoc faceret
¶ Euſebius · Querit autem de iohanne baptiſta ·
non vnde erat oriundus · ſed vnde legem ſuſcepiſ
ſet baptiſmatis · ¶ Cirillus · Sed illi fugere veri-
tatem non horruerunt · Deus enim miſit iohãnem
ſicut vocẽ clamantem · Parate viam domino · Ti-
muerunt autem dicere veritatem · ne diceretur eis
Cur non credidiſtis · & cauent reprehendere pre-
curſorem · non metu diuino · ſed populi · Vnde ſeq̄
tur · At illi cogitabant intra ſe dicẽtes · quia ſi dix
erimus de celo · dicet · Quare g̊ non credidiſtis ei ·
¶ Beda · Quaſi diceret · quem confitemini de celo
habuiſſe prophetiam · mihi teſtimoniũ perhibuit
Et ab illo audiſtis · in qua poteſtate hec fatiam ·
Sequitur · Si autem dixerimus · ex hominibus ·
Plebs vniuerſa lapidabit nos · Certi ſunt enim io
hannem prophetam eſſe · viderunt ergo quomodoli
bet reſpondiſſent · in laqueum ſe caſuros timentes
lapidationẽ · ſed magis veritatis confeſſionẽ · Vñ
ſequitur · Et reſpõderunt ſe neſcire vnde eẽt · Quia
ergo nolunt fateri hoc quod ſciunt · repulſi ſunt ·
vt eis dominus non diceret · quod dicebat · Vnde ſe
quitur · Et ait illis iheſus · Neqȝ ego dico vobis · In
qua poteſtate hec fatio · Ob duas eĩ cauſas maxĩe
ſcientia veritatis eſt occultanda querentibus · cũ
ſcilicet is qui querit minus capax eſt ad intelligen
dum ea q̄ q̄rit · aut odio vel contemptu · veritatis ĩ
dignus eſt cui debeat aperiri · quod querit ·

¶ Cepit autem dicere ad plebem parabolam hãc
Homo plantauit vineã · & locauit eam colonis · &
ipẽ peregre fuit multis temporib9 · Et in tꝑe vinde
mie miſit ad cultores ſeruũ · vt de fructu vinee da
rent illi · qui ceſum dimiſerũt eum inanem · Et ad
didit alium ſeruum mittere · Illi autem hunc q̊qȝ
cedentes · & afficiẽtes cõtumelia dimiſerunt ina-
nem · Et addidit tertium mittere · qui & eum vul
nerantes eiecerunt · Dixit autem dominus vinee ·
Quid fatiam · Mittam filium meum dilectum · for
ſitan · cum hunc viderint verebuntur · Quem cum
vidiſſent coloni · cogitauerunt intra ſe dicentes ·
hic eſt heres · occidamus illum · vt noſtra fiat here
ditas · & eiectum illum extra vineam occiderunt ·
Quid ergo fatiet illis dominus vinee? veniet & per
det colonos iſtos · & dabit vineam alijs · Quo au-
dito · dixerunt illi · Abſit · Ille autem aſpitiens
eos ait · Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt · La
pidẽ quem reprobauerunt edificantes · hic factus
eſt in caput anguli · Omnis qui ceciderit ſuꝑ illũ

lapidem conquaſſabitur. Super quem autem ceci
derit. comminuet illum. ¶ Euſebius. Congrega
tis ī vnū principibꝰ populi iudeoꝝ in ipſo templo
ea que contra ipſum facturi erant. & ſuperuentuꝝ
eis exterminiū figurate parabolā protulit. Dici
tur ei. Cepit autē dicere ad plebem parabolā hāc.
Homo plantauit vineā ¶ Aug⁹. de cōſenſu euā.
Tacuit matheus breuitatis cauſa quod lucas non
tacet. parabolam iſtam non ad ſolos principes di
ctā qui de poteſtate interrogauerāt. ſed ad plebē.
¶ Ambro. Pleriqꝫ aũt varie ſignificationes de vi
nee appellatione deriuant. ſed euidenter eſaias vi-
neam domini ſabaoth domum iſrael eſſe memorat.
Hanc vineam quis alius niſi deus cōdidit? ¶ Be
da. Homo ergo qui plantauit vineā ipſe eſt qui
iuxta aliam parabolā cōduxit operarius in vineā
ſuā. ¶ Euſebius. Sed parabola quā eſaias dicit
vineam reprehendit. Saluatoris vero parabola ñ
eſt contra vineam dicta. ſed de cultoribꝰ vinee de q̄
bus ſubditur. Et locauit eam colonis. Id eſt ſeni
oribꝰ populi. & principibus ſacerdotum. & docto-
ribꝰ. & optimatibus cunctis. ¶ Theophil⁹. Vel
quilibet de populo eſt vinea. Idē eſt etiā cultor.
Quilibet enim noſtrū ſeipſum colit. Hac igitᷣ vi-
nea commiſſa cultoribꝰ. Abijt ideſt dimiſit illos
progredi ſuo arbitrio. Vnde ſequitur. Et ipſe pe
regre fuit multis temporibꝰ. ¶ Ambroſius. Non
quia ex loco ad locum profectus eſt dominus. qui
vbiqꝫ ſemp preſens eſt. ſed quia preſentior ē dili
gentibus. negligentibus abeſt. Multis autem tem
poribus abfuit. ne propera videretur exactio. nam
quo indulgentior liberalitas. eo excuſabilior. per
uicatia ¶ Cirillus. Vel deus abſentauit ſe a vi
nea pluriū annorum curriculis. quia poſtq̄ viſus
eſt in ſpetie ignis deſcendiſſe in monte ſina. nō am
plius viſibiliᷣ prebuit eis ſuam preſentiā. Nulla
tamē interpellatio contigit qua non mitteret deus
ꝓphetas & iuſtos commonētes. Vnde ſequitur.
Et in tempore vindemie miſit ad cultores ſeruum.
vt de fructu vinee darent illi. ¶ Theo. Dicit aũt
de fructu vinee. quia non totum fructū. ſed aliq̄d
de fructu valeat accipere. Nam quid lucratᷣ deus a
nobis. niſi ſuam noticiā. que etiā eſt noſtra vtili-
tas? ¶ Beda. Bene autem fructū poſuit non pro
uentum. Nullus enim huius vinee. prouentus in-
uentus eſt. Seruus ergo primus miſſus eſt moi
ſes. qui per quadraginta annos fructum aliquē
legis quam dederat. a cultoribꝰ requirebat. ſed
vexatus eſt propter eos. quia exacerbauerūt ſpiri
tum eius. Vnde ſequitur. Qui ceſum dimiſerūt
eum inanem. ¶ Ambroſius. Factum ē autem vt
plures alios deſtinaret quos iudei ī honores & ina
nes ſibi de quibus nihil potuerunt proficere. dimi
ſerunt. Vnde ſequitur. Et addidit alterum ſeruū
mittere. ¶ Beda. Seruus alter dauid ſignificatᷣ.
q̄ miſſus eſt vt poſt edicta legalia cultores vinee
pſalmodie modulamine ad exercitium boni operis
excitaret. Sed & contra hunc dixerunt. Que no-
bis pars in dauid. aut que hereditas in filio iſai?
Vnde ſequitur. Illi autem hunc cedentes & affi
cientes contumelia dimiſerunt inanem. Sed nec
ſic deſtitit. Sequitur enī. Et addidit tertium mit
tere. Per quem prophetarū chorum intellige. qui
continuis atteſtationibus populum conuenerūt.
ſed quem prophetarum non ſūt perſecuti? Vnde
ſequitur. Qui & illum vulnerantes eiecerunt. His
autem tribꝰ ſeruorū gradibus omniū ſub lege do
ctorum figuram poſſe comprehendi. dominus ali-
bi manifeſtat dicens. Quoniā neceſſe eſt impleri
omnia que ſcripta ſunt in lege moiſi & prophetis
& pſalmis de me. ¶ Theophilus. Prophetis igi
tur talia mala paſſis filius deſtinatur. Sequitur
enim. Dixit autem dominus vinee. quid faciam?
¶ Beda. Quod dominus vinee dubitatiue loquitᷣ.
non de ignorantia venit. Quid enim neſciat deus
pater. ſed ambigere dicitᷣ. vt libra voluntas hoīs
ſeruetur. ¶ Cirillus. Deliberat etiam ſecum do-
minus vinee quid agat. non quaſi carēs miniſtris
Sed qꝛ pertractato quolibet ingenio ſalutis hūa-
ne. populo vero nequaq̄ adiuto. aliud maius ad-
iungit. Vnde conſequenter dicit. Mittam filium
meum dilectum. forſan cum hunc viderint. verebū
tur. ¶ Theophilus. Dixit autem hoc non tanq̄
ignorās. qꝛ peius eū eſſent tractaturi q̄ꝫ prophetas
Sed quia oportebat filium eis fieri reuerendū. qꝛ
ſi contumaces fuerint occidendo. hoc cumulat eorū
crimen. Ne ergo dicerent aliqui diuinam preſcien
tiam neceſſario fuiſſe. inobedientie cauſam. ideo ſic
figurat ſermonem. ¶ Ambroſius. Filium igitur
vnigenitum ſibi miſſum perfidi iudei quaſi heredē
remouere cupientes occiderunt crucifigendo. Et
eiecerunt negando. Vnde ſequitur. Quē cum vidiſ
ſent coloni. cogitauerunt intra ſe dicentes. Hic ē
heres occidamus eum. vt noſtra fiat hereditas.
Heres chriſtus eſt. idemqꝫ teſtator. Heres quia
morti proprie ſuperuixit. & teſtamentorū que ip
ſe contulit. tanq̄ hereditaria in noſtris profectibꝰ
emolumenta conſequitur. ¶ Beda. Manifeſtiſſi-
me autem dominus probat iudeorum principes nō
per ignorantiam. ſed per inuidentiam crucifixiſſe
filium dei. Intellexerunt enim hunc eſſe cui dictū
eſt. Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Sequi
tur. Et eiectum illum extra vineam occiderunt.
Quia iħs vt ſanctificaret per ſuū ſanguinē ꝓplm.
extra portā paſſus ē. ¶ Theo. Sed qꝛ ſupius po
pulū ī hieruſalē loco vinee ſūpſim⁹. forſan magis
ꝓprie dici poteſt. qꝛ occidit quidē eū popul⁹. ex-
tra vineam. ¶ Theo. Id eſt extra populi ma-
nus paſſus eſt dominus. Quia ſcilicet populus
ei non proprijs manibus necem intulit. ¶ Sed
tradens hunc pilato & gentibus. Quidam autem
per vineam ſcripturā intellexerūt. cui nō credētes

dominum necauerunt · vnde extra vineã id eſt ex
tra ſcripturam dicitur dñs paſſus. ¶ Beda · Siue
eiectꝰ extra vineam & occiſus eſt · quia prius eſt
ab infideliũ corde repulſus . ac deinde cruci addictꝰ
eſt · ¶ Chriſoſto · Diſpenſationis aũt nõ negligẽ
tie eſt poſt prophetas chriſtũ veniſſe · Non ei deus
oĩa repente proſequiť · ſed cõdeſcẽdit ꝓpter ſui pie
tatem · quia ſi poſt ſeruos veniente filiũ cõtempſe
rũt · multomagis nec antea eũ audirent · Qui enim
non audiebant minora precepta · quõ audiuiſſent
maiora · ¶ Ambroſi · Pulchre aũt interrogat · vt
ſua ſeipſi damnent ſententia · Sequiť em̃ · Quid ğ
fatiet illis dñs vinee ? ¶ Baſilius · Hoc autem fit
quaſi hijs qui damnanť nihil habentibꝰ opponere
euidentie iuris · Propꝰum aũt eſt diuine miſeratio
nis non infigere penas ſilentio · ſed predicere mi
nis · reuocando reos ad penitentiã · Vñ & hic ſeqť
Veniet & perdet colonos iſtos & dabit vineam
alijs ¶ Ambro · Venturum dominũ dicit vinee ·
ꝙ in filio aſſit etiã paterna maieſtas · vel ꝙ vlti
mis temporibus preſentior humanis aſpiret affe
ctibꝰ ¶ Ciril · Excluſi ſũt igitur iudeoꝝ primates
quaſi dominice voluntati repugnãtes · & ſterilem
reddentes vineam ſibi commiſſam · Eſt autem da
tus cultus vinee ſacerdotibꝰ noui teſtamenti · Cũ
autem virtutem enigmatis ſenſerunt · recuſant il
lud pati · vnde ſequiť · Quo audito dixerunt illi ·
abſit · Nec tamẽ euaſerũt ob ſui ꝑtinatiã & inobe
dietiã erga fidem chriſti · ¶ Theophilus · Aliter
autem videtur matheus dicere · dominum ſcilicet
queſiuiſſe · Quid fatiet illis cultoribus dominus vi
nee ? Iudeos vero reſpondiſſe · malos male pdet · nõ
eſt autẽ repugnãtia · Nã vtrũq factũ eſt · pmo em̃
ipſi ꝓmulgauerũt illã ſentẽtiã · poſtea ſentientes
quo tẽdebat pabola dixeȓt · abſit · vt lucas hic nar
rat · ¶ Auguſtinus · de conſ · euan · Vel aliter · in
illa · de qua loquimur turba · erãt qui doloſe dñm ĩ
terrogauerant · in qua poteſtate faceret ? Erãt etiã
q̇ non doloſe ſed fideliter acclamauerũt · Benedictꝰ
qui venit in noĩe domini · ac p hoc erant · q̇ diceret ·
perdet illos & vineã ſuã dabit alijs · Que vox recte
etiã ipſiꝰ dñi fuiſſe intelligiť · ſiue ꝓpter veritatẽ ·
ſiue ꝓpter membroꝝ eius cũ ſuo capite vnitatem ·
Erant etiam qui talia reſpondentibus dicerent ·
Abſit · quia intelligebant in ſeipſos hanc pabolã
dictam · Seqť · Ille aũt aſpitiens eos ait · Quid eſt
ergo qđ ſcptũ eſt · Lapidem quẽ reꝓbauerũt edifi
cãtes · hic factus eſt ĩ caput anguli ¶ Beda · Qua
ſi · d · quõ implebitur hec ꝓphetia · niſi qꝛ xp̃s a vo
bis reprobatus & occiſus · credituris eſt gentibus
predicandus · vt quaſi lapis angularis ex vtroq
populo vnũ ſibi templum edificet · ¶ Euſebius ·
Lapis autem dicitur chriſtus propter terreſtre
corpus abſciſus ſine manibus ſecundum viſionem
danielis propter ortum ex virgine · Lapis autem
non argenteus aut aureus · quia non rex aliquis
glorioſus · ſed homo humilis & abiectus · propter

quod edificantes eum reprobauerunt · ¶ Theo ·
Reprobauerunt em̃ eum principes populi cũ dixe
runt · Hic a deo non eſt · Ille vero tam vtilis fuit ·
tam electus · vt in capite anguli poneretť ¶ Ciril
lus · Angulo vero cõpat ſacra ſcptura concurſũ vť
uſq populi · Iſraelitici ſcilicet & gentilis · in vnam
fidem · Cõpegit enim · Saluator vtrũq populũ ĩ
vnũ nouũ hoĩem cõcilians eos in vno corpore pa
tri · Salubris ergo eſt lapis angulo facto ab eo ·
Detrimẽtũ autem infert iudeis impugnantibꝰ hũc
ſpiritalem cõcurſum · ¶ Theo · Duas aũt condem
nationes cõmemorat · Vnã quidẽ aĩarum ſuarum ·
quã paſſi ſunt ſcandalizati in xp̃o · Et hoc tangit
cũ dicit · Omnis qui creciderit ſuper illum lapidẽ ·
cõquaſſabiť · Aliã vo captiuitatis & extminij · ꝙ
intulit eis lapis ab ip̃is contẽptus · Et hoc tãgit
cum ſubdit · Supra quẽ autẽ ipſe ceciderit · conmi
nuet illum · vel vẽtilabit eum · Sic enim ventilati
ſunt iudei a iudea per vniuerſũ orbem · vt ab area
palee · Et attende ordinem · Nam preambulum eſt
ſcelus in eum commiſſum · ſequitur autem iuſta
dei vindicta · ¶ Beda · Vel aliter · qui peccator ẽ ·
& tamẽ illi credit · cadit quidem ſuper lapidem &
conquaſſať · reſeruatur em̃ per patiẽtiã ad ſalutẽ ·
Supra quẽ vero ille cecidit · hoc eſt cui lapis ip̃e
irruerit quia ipſum negauit · cõminuet eũ · vt nec
teſta quidem remaneat · in qua hauriatur aque pu
ſillum · Siue de his dicit · ꝙ cadũt ſuper eũ · qui il
lũ modo cõtemnũt · Ideo nondũ penitus ĩtereũt · ſ
conquaſſantur · vt non recti ambulent · Super q̊s
autem cadit · veniet illis deſuper in iuditio cum
pena perditionis · Ideo comminuet eos · vt ſint
tamq̃ puluis quem proijcit ventus a fatie terre ·
¶ Ambro · Vinea etiã tipus noſter eſt · Agricola
quippe omnipotens pater · Vitis chriſtꝰ · At vero
nos palmites · Recte vinea chriſti populus nomi
natur · vel ꝙ crucis in frõte pretextatur indicium ·
vel ꝙ fructus ex poſtrema anni legatur etate · vel
ꝙ oibꝰ vt ordinibꝰ vinearũ ita pauperibꝰ atq diui
tibus ſeruis & dñis in eccleſia eq̃ dimẽſio nulla di
ſcretio ſit · Et vt vitis maritatur arboribꝰ ita cor
pus aĩe hanc vineã diligẽs agricola fodere & ton
dere cõſueuit · ne luxuriet vmbra folioꝝ verborũ
q infructuoſa iactãtia maturitatem ĩdolis naturał
impꝯdiat · decet tociꝰ orbis hic eẽ vindemiã · vbi to
ciꝰ orbis ẽ vinea · ¶ Beda · vel morali ĩtellectu cui
q fideliũ vinea quã excolat locať · dũ miſteriũ bap
tiſmi quod exerceat · ſibi committitur · Mittiť ſuus
vnꝰ · alť terciꝰ · cũ lex · pſalmodia · & ꝓphetia le
giť · Sꝫ miſſus ſuus cõtumelijs affectꝰ vel ceſus
dicitur · cũ ſmo auditꝰ cõtẽniť vel blaſphematur ·
Miſſum herede q̃ntũ ĩ ſe ẽ occidit · q̇ filiũ dei peccã
do conculcat · pdito malo cultore · vinea dať alteri · cũ
dono gr̃e qđ ſupbꝰ ſpreuit · huił ditať · textus
¶ Et q̃rebãt pncipes ſacerdotũ & ſcribe mittẽ ĩ il
lũ manꝰ in illa hora · & timuerũt populum · Cog
nouerunt enim ꝙ ad ip̃os dixẽit ſimilitudinẽ iſtã ·

Et obſeruantes miſerunt inſidiatores · qui ſe iu-
ſtos ſimularent vt caperent eum in ſermone. &
traderent illum principatui & poteſtati preſidis ·
Et interrogauerūt illū dicētes · Magiſter · ſcimus
quia recte dicis · & doces · & non accipis perſonam
hoīs · ſed in veritate viā dei doces · Licet nos tribu
tum dari ceſari · an non? Conſiderās aūt dolū eoꝝ ·
dixit ad illos · Quid me temptatis ? Oſtendite mi
hi denariū · cuius habet imaginē · & ſupſcptionē ·
Reſpōdentes dixerūt · Ceſaris · Et ait illis · Reddi
te ergo que ceſaris ſūt ceſari · & que dei ſūt · deo ·
Et nō potuerūt verbū eius reprehēdere corā plebe ·
Et mirati in reſponſo eius tacuerūt · C Ciril. De
cebat quidē principes iudeoꝝ intelligētes ꝙ de ip
ſis parabola diceretur · a malo ſic diſcedē · quaſi de
futuris īſtructos · ſed hoc non cōſiderātes · occaſio
nē ſuoꝝ colligunt criminū · Vnde dicit · Et quere
bāt principes ſacerdotū & ſcribe mittere in illū ma
nus in illa hora · Nec refrenauit eos legis precep-
tū quod dicit · Innocentē & iuſtum non occides · ſ3
compeſcuit eoꝝ nefandū propoſitū plebis timor ·
Sequitur enim · Et timuerūt populum · Preferūt
enim diuine reuerentie humanū timorē · Que autē
huius prepoſiti fuerit occaſio · ſubditur · Cognoue
runt em̄ ꝙ ad ipſos dixerit ſimilitudinem iſtam ·
C Beda · Et ita querendo ipſum occidere docebāt
vera eſſe · que in parabola dixerat · Ipſe em̄ eſt he-
res cuius iniuſtam necem dicebāt eſſe vindicandā
illi nequam coloni · qui dei filiū querebāt occidere
Hoc etiā quottidie geritur in eccleſia · Cū quilibet
ſolo nomine frater · eam quā nō diligit eccleſiaſti-
ce fidei ac pacis vnitatem propter bonorum multi
tudinē · vel erubeſcit · vel timet impugnare · Et qꝛ
principes querētes dominum comprehendere · qđ
per ſe non poterāt · preſidis manibus efficere tēp-
tabant · Vnde ſequitur · Et obſeruantes miſerūt
inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularēt · C Cirillus ·
Videbātur enim eſſe leues · erāt autem graues · ob
liti dei dicētis · Quis hic qui mihi abſcondit conſi-
liū ? adeunt enim chriſtū omniū ſaluatorem quaſi
hominem communem · Vnde ſequitur · Vt cape-
rēt eum in ſermone · & traderent eum principatui
& poteſtati preſidis · C Theophilus · Parauerāt
autem domino laqueos · illaqueati ſunt tamen in
eis pedes eorum · Audi namqꝫ aſtutiam · Et inter-
rogauerunt illum dicentes · Magiſter ſcimus quia
recte dicis & doces · C Beda · Blanda & fraudulē
ta interrogatio illuc prouocat reſpondentē vt ma-
gis deum ꝙ̄ ceſarem timeat · Sequitur enim · Et ñ
accipis perſonam hominis · ſed in veritate viam
dei doces · Et hoc dicunt ad hoc · vt dicat non debe-
re tributa ſolui · vt ſtatim audientes miniſtri pre
ſidis · qui iuxta alios euāgeliſtas affuiſſe legūt ·
ſeditionis eū contra romanos autorē teneant · Vñ
cōſequenter querunt · Licet nobis dare tributum
ceſari · an non? Erat enim in populo magna ſeditio
dicentibus alijs ꝓ ſecuritate qua romani pro oī

bus militabant · debere tributa perſolui · Phariſe
is contradicentibus · non debere populum dei q̄ de-
cimas & primitias daret · humanis legibus ſubia
cere · C Theophilus · Intendebant ergo ꝙ ſi dice
ret oportere dari cenſum ceſari · crimnaretur a po
pulo quaſi ſeruituti ſubijciens gentem ! Si vero
prohiberet cenſum reddere · eum repreſentarēt vt
ſciſmaticum preſidi · Ipſe vero laqueos eoꝝ effu-
git · Sequitur em̄ · Conſiderās aūt dolū eoꝝ dixit
ad eos · Quid me tēptatis ? Oſtendite mihi denariū
cuius habet imaginē & ſupſcptionē ? C Ambroſi ·
Docet hoc loco dominus circumſpectos nos in re-
ſpōdēdo aduerſus hereticos vł iudeos eē debere · ſicˀ
alibi dixit · Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes · C Beda
Qui autem putant interrogationē ſaluatoris igno
rantiam eē · diſcant ex preſenti loco ꝙ potuerit ſci-
re ihesus cuius imago eſſet ī nūmo · ſed īterrogat ·
vt ad ſermonem eoꝝ competenter reſpōdeat · Se-
quitur em̄ · Reſpondētes dixerūt · Ceſaris · Nō pu
temus ceſarem auguſtū · ſed tiberium ſignificari
Omnes em̄ romani reges a primo · C · Ceſare · Ce
ſares appellati ſunt · Ex eorū autē reſponſione cō-
uenieter dominus queſtionē ſoluit · Sequitur em̄
Et ait illis · Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari ·
& que ſunt dei · deo · C Titus · Quaſi diceret · verb
temptatis · operibus obedite · ſubiſtis ceſaris ſer-
uitutem · ſuſcepiſtis que eius ſunt · Date ergo illi
cenſum deo timorem · Non enim exigit deus denari
um · ſed fidem · C Beda · Reddite etiam deo · que
dei ſunt · decimas ſcilicet primitias · oblationes · &
victimas · C Theo · Et attende ꝙ non dixit · Date
ſed reddite · debitum enim eſt tuetur enim te prin-
ceps tuus ab hoſtibꝰ · vitam tuam reddit trāqllā ·
pro his ergo teneris ei in cenſu · Sed & hoc ipſum
quod offers nūmiſma ſcilicet · Ab eo habes · Red
das ergo nūmiſma regium regi · Deus etiam tibi
tradidit intellectum & rationem · reſtituas hoc ei
non comparatus beſtijs · ſed in omibus rationabi-
liter procedens · C Ambroſius · Tu ergo ſi vis nō
eē obnoxius ceſari · noli habere que mundi ſunt ·
Et bene prius que ceſaris ſunt reddenda diſcernit
Neqꝫ enim pt̄ quis eē dn̄i niſi pus renuntiauerit
mūdo ꝙ̄ grauia vincula promittere deo & non ſol
uere · maior eſt contractꝰ fidei ꝙ̄ pecunie · C Ori ·
Habet autem locus iſte aliquid miſtici · Due enim
ſunt imagines in homine · Vna quā accepit a deo
Altera inimici · Sicut enim denarius habet magi
nem Imperatorum mundi · ſic qui facit opera tene
brarum portat imaginem eius cuius habet opera ·
Dicit ergo · Reddite que ſunt ceſaris · Ceſari · hoc
eſt · Abijcite terrenam imaginem vt poſſitis vobis
imaginem celeſtē imponentes reddere que dei ſūt ·
deo · vt ſcilicet deum diligamus & cetera · Que vt
moiſes dicit · deus requirit a nobis · Poſtulat au-
tem a nobis · non quia neceſſarium habet · vt ei ali
quid tribuamus · ſed vt poſtꝙ̄ ei dederimus · hoc
ipm̄ nob tribuat ī ſalutē · C Beda · Qui aūt credere

debuerāt ad tantam ſapiētiā mirati ſūt. q̄ callidi
tas eoꝝ inſidiādi nō īueniſſet locum. Vñ ſequit᷑.
Et non potuerūt verbū ei⁹ reprehendere corā ple-
be. & mirati in reſponſo eius tacuerūt. ¶ Theo.
Hoc ei erat q̄d p̄cipue ītēdebāt. increpare eū corā
populo. q̄d obtīnē neq̄erūt ꝑpt̄ ſapiētiſſimā ei⁹ re
ſponſionē. textus
¶ Acceſſerunt quidam ſaduceorum qui negant
eſſe reſurrectionē. Et īterrogauerūt eum dicētes.
Magiſter moiſes ſcp̄ſit nobis. Si frater alicuius
fuerit mortu⁹ habens vxorem. & hic ſine filiis fu
erit. vt accipiat eam frater ei⁹ vxorē. & ſuſcitet
ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres erant. &
p̄mus accepit vxorē. mortu⁹ eſt ſine filiis. & ſe-
quēs accepit illā. & mortu⁹ eſt ſine filio. & t̄tius
accepit illā. Similiter & oēs ſeptē. & non reliq̄rūt
ſemen & mortui ſūt. Nouiſſima aūt oīm mortua ē
& mulier. In reſurrectione ḡ cuius erit vxor? ſiq̄
dē ſeptē habuerāt eam vxorē. Et ait illis ihesus.
Filii hui⁹ ſeculi nubūt. & tradūt᷑ ad nuptias. illi
vero qui digni habebuntur ſeculo illo & reſurre-
ctione ex mortuis. neq̄ nubunt. neq̄ ducūt vxores
neq̄ vltra mori poterūt. Equales ei āgelis ſūt. &
filii dei ſūt cū ſint filii reſurrectionis. Quia vō re-
ſurgent mortui & moiſes oſtēdit ſecus rubum. ſi
cut dicit. dominū deū abrahā. & deū iſaac. & deū
iacob. Deus autem non eſt mortuoꝝ. ſed viuoꝝ.
Omnes eīm viuūt ei. Reſpōdētes aūt quidam ſcri
barū dixerūt. Magiſter bene dixiſti. & amplius n̄
audebāt eū quicq̄ interrogare. ¶ Beda. Due erāt
hereſes in iudeis. Vna phariſeoꝝ qui traditionū
& obſeruationū ſibi iuſtitiā preferebāt. vnde &
diuiſi vocabāt᷑ a populo. Altera ſaduceoꝝ qui int̄
pretant᷑ iuſti. vendicantes ſibi quod non erant. Il
lis ergo abeūtibus hi ad tēptādū accedūt. Vnde
dicitur. Acceſſerūt aūt quidam ſaduceorū qui ne-
gant eſſe reſurrectionem ¶ Origenes. Saduceoꝝ
hereſis n̄ ſolū reſurrectōnē mortuoꝝ negat. ſ; etiā
putat animā interire. cum corpore. hi ergo verbis
ſaluatoris inſidiantes. eo tempore queſtionem pro
poſuerūt quo eum viderūt de reſurrectione docere
diſcipulos. Vñ ſequit᷑. Et int̄rogauerūt eū dicē
tes. Magiſter ſcp̄ſit nobis moiſes. Si frater ali-
cui⁹ mortu⁹ fuerit habens vxorem. & hic ſine fi-
liis fuerit. vt accipiat eam frater eius in vxorem
& ſuſci. ſe fratri ſuo. ¶ Ambroſius. Secundum
legis litteram nubere cogitur etiā inuita. vt defun
cti ſemen excitet frater. Spirit⁹ autem magiſter
eſt caſtitatis. ¶ Theophilus. Saducei autē fra
gile fundamētū ſubſtituentes. non credebant reſur
rectionis ſermonem. Opinātes enim carnalem eē
futuram vitam in reſurrectione merito fallebāt᷑.
& ideo tanquam impoſſibile calūniantes dogma re
reſurrectionis. fingunt hanc narrationē dicētes.
Septem ergo fratres erāt. & primus accepit vxo
rem & mortuus eſt ſine filiis. Et ſequēs accepit
illam. & mortu⁹ eſt ſine filio. Et tertius accepit

illam. & ſimiliter omnes ſeptem. & non reliquerūt
ſemen. & mortui ſunt. Nouiſſima autē omnium
mortua eſt & mulier. ¶ Beda. Hanc fabulā cōfin
gunt. que deliramenti arguat eos qui reſurrectio-
nē aſſerunt mortuorum. Turpitudinem ergo fabu
le opponunt. vt reſurrectionis denegent veritatē.
Vnde ſubditur. In reſurrectione ergo cuius eoꝝ
erit vxor? ſiquidem ſeptem habuerunt eā vxorē.
¶ Ambroſius. Miſtice hec mulier. Sinagoga ē.
que ſeptem viros habuit. ſicut dicitur ſamarita
ne. quinq̄ viros habuiſti. quia ſamaritana tm̄
quinq̄ libros moſi. Sinagoga ſeptem ſequit᷑ prin
cipaliter. & de nullo ꝑpt̄ perfidiam ſuam heredita
rie poteſtatis. ſemen accepit. & ideo ꝑtē cū viris
ſuis in reſurrectione habere nō potuit. q̄ ſpiritale
preceptum ſecundum ſenſum carnis inuertit. Non
enim frater carnalis aliquis denuntiatus ē qui ſe-
men fratris ſuſcitaret d̄functi. Sed ille de mortuo
populo iudeoꝝ. ſapiētiā ſibi diuini cultus aſſciſce-
ret in vxorem. atq̄ ex ea ſemen in apoſtolis ſuſci
taret. qui quaſi defunctoꝝ reliquie iudeoꝝ. infor-
mes adhuc ī ſinagoge vtero derelicti. ſecundū ele-
ctionem gratie reſeruari noui ſeminis admixtione
meruerunt. ¶ Beda. Siue ſeptem hii fratres re-
probis congruūt. qui per totam huius ſeculi vitā
que ſeptem diebus voluitur a bonis operibus ſte-
riles exiſtūt. quibus iunctim morte prereptis ad
vltimū & ipſa mundana cōuerſatio quaſi vxor in-
fecunda tranſibit. ¶ Theophilus. Dominus aūt
oſtendens reſurrectionem nō eſſe futuram cōuerſa-
tionē carnalem. eoꝝ dogma euulſit. ſimul cum fra
gili fundameto. Vnde ſequitur. Et ait illis. ihs.
Filii huius ſeculi nubunt. & traduntur ad nupti-
as. ¶ Auguſtinus. de queſtionibus euangeliorū.
Quia connubia ꝑpter filios. filii ꝑpter ſucceſſionē
Succeſſio ꝑpt̄ mortē. vbi ḡ mors non eſt. neq̄ cō
nubia. Vñ ſeq̄t᷑. Illi vō qui digni habebūt᷑ ſeculo
illo & reſurrectione ex mortuis. neq̄ nubūt. neq̄
ducūt vxores. Neq̄ ei vltra mori poterunt. ¶ Be-
da. Quod non ita intelligendū eſt quaſi ſoli digni
vel reſurrecturi vel ſine nuptiis futuri ſint. ſed om
nes etiā peccatores reſurrecturi & abſq̄ nuptiis
ſūt ī ſeculo illo māſuri. Dn̄s aūt vt ad reſurrectōis
gloriā inquirēdam animos incitaret. de electis tm̄
voluit facere ſermonem. ¶ Auguſtinus de queſti
onibus euangeliorum. Sicut autem nunc ſermo
noſter decedentibus & ſuccedentibus ſillabis pera
gitur atq̄ perficitur. ita & ipſi homines quorum
ſermo eſt. decedendo & ſuccedendo peragunt atq̄
perſiciunt ordinem huius ſeculi qui temporali re-
rum pulchritudine contexitur. In illa autem vita
quando verbum dei quo fruemur. nulla deceſſio-
ne atq̄ ſucceſſione ſillabarum completur. Sed om
nia que habet ſemper manendo ſimul habet. ita
participes eius quibus ipſum ſolum erit vita. ne-
q̄ moriendo decedent. neq̄ naſcendo ſuccedent. ſic
nūc ē ī angelis. Vnde ſeq̄t᷑. Equales ei āgelis ſūt

¶ Cirillus. Sicut eī multitudo āgelorū plurima
quidē eſt. non autem ꝑpagata per generationem.
ſed ex creatione cōſiſtēs. Ita & hijs qui reſurgūt
non eſt opus vlterius nupcijs. Unde ſequitur. Et
filij dei ſunt. cum ſint filij reſurrectionis ¶ Theo.
Quaſi diceret quia deus eſt qui operatur in reſur-
rectione. merito dicūtur dei filij qui ꝑ reſurrectio
nē regenerantur. Non eī aliquid carnale ī reſur-
gentiū generatione conſpicitur. non coitus. nō ma-
trix. non ꝑtus. ¶ Beda. Vel equales āgelis & fi
lijs ſūt dei. quia gloria reſurrectionis innouati. ſi
ne vllo mortis metu. ſine vlla labe corruptionis.
ſine vllo terreni ſtatus actu. perpetua dei viſione
fruūtur. ¶ Origenes. Sed quia dn̄s in matheo
dicit. quod hic ꝑtermittitur. Erratis. neſciētes
ſcripturas. ꝑpono ſcpturam vbi ſcptū ſit. Neq; ne-
bent neq; nubent̄. Quantū eī ego eſtimo. neq; in
veteri neq; ī nouo teſtamēto quicq̄ tale reperitur.
Sed omnis eoꝝ error de ſcripture lectione. quā n̄
ītelligūt ſubrepſit. Dicit̄ eī in eſaia electi mei bi
bent. & putant hec & ſimilia futura eſſe in reſurre
ctione. Paulus aūt oēs has benedictiones ſpirita
lit̄ int̄pretans & ſciens nō eſſe carnales. ad epheſi
os dicit. Benedixiſti nos in omni benedictione ſpi
ritali. ¶ Theophilus. Vel dn̄s rationis ſuppoſi-
te ſcripture teſtimoniū addit ſubdens. Quia vero
reſurgāt mortui & moiſes oſtendit ſecus rubum.
ſicut dicit dn̄m deū abrahā & deū iſaac. & deū ia-
cob. Quaſi diceret. ſi ſemel redierūt in nihilū patri
arche ne viueret apud deū in ſpe reſurrectionis
non dixiſſet ego ſū. ſed fuerā. Conſueuimus eī de
rebꝫ corruptis & preteritis dicere. Eram dn̄s illi⁹
rei. Nunc vero quoniā dixit. Ego ſū. oſtēdit q̄ vi
uentiū eſt deus dn̄s. Et hoc eſt qđ ſubdit̄. De⁹
aūt non eſt mortuoꝝ. ſed viuorū. oēs eī viuunt
ei. Quāuis ei examines ſunt viuūt tamē apud deū
in ſpe reſurgendi. ¶ Beda. Vel hoc dicit. vt cū
probauerit aīas permanere poſt mortem. quod ſa-
ducei negabāt. cōſequens introduceretur & corpo
rū reſurrectio. que cū animabus bona. mala ve geſ
ſerunt. Eſt autem vera vita. qua iuſti deo viuūt.
etiā quando corpore moriunt̄. Ad comprobandam
autem reſurrectionis veritatem. multo manifeſti-
oribus exemplis ex prophetis vti valuit. ſed ſa-
ducei qnq; tm̄ libros moiſi recipiebāt. Propheta
rū vaticinia reſpuentes. ¶ Chri. Sicut autem ſā-
cti cōmunem orbis dn̄m ſibi appropriāt. non dero
gantes eius dominio. ſed ꝓpriū affectū pandētes.
ſcđm morem amantiū qui non patiuntur cū mul
tis diligere. ſed volunt precipuā & ſpetialem quā
dam dilectionē expmere. Sic & deus ſpecialit̄ ſe
horum deum dicebat. nō coartando ſuum dominiū
Sed ampliando. Non enim ſic multitudo ſubdito-
rum. ſicut virtus famulantium pandit eius domi
nium. Unde non ſic gaudet dici deus celi & terre.
ſicut cum dicit̄. Deus abrahā deus iſaac. & deus
iacob. Et apud mortales quidē a dn̄is denominat̄
famuli. Dicim⁹ eī villicus talis ducis. Econtra-
rio autem deus dicitur abrahe. ¶ Theophi. Con
futatis aūt ſaduceis. fauent iheſu ſcribe tamq̄ ſa
duceoꝝ oppoſiti. Vn̄ ſequitur. Reſpondentes aūt
quidam ſcribaꝝ dixerūt. Magiſter. bene dixiſti.
¶ Beda. Et quia in ſermonibus cōfutati ſūt. vltra
non īterrogant. Unde ſequit̄ Et amplius nō au-
debant eum quicq̄ interrogare. ſed comprehenſū
Romane tradūt ꝑtati. Ex q̊ ītelligi⁹ venena inui-
die poſſe quidē ſuperari. ſed difficile conquieſcere.

textus

¶ Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt chriſtū
filium dauid eſſe. Et ipſe dauid dicit in libro pſal-
morū. Dixit dominus domino meo ſede a dextris
meis Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedū
tuorum. Dauid ergo eum dominū vocat & quomō
filius eius eſt? ¶ Theo. Quāuis dominus ad paſ
ſionem erat iturus in breui. predicat ꝓpriā deitatē.
Nec hoc tamē incaute aut arrogāter. ſed modeſte
querit. Unde dicitur. Dixit autē ad illos. Quomō
dicūt chriſtum filiū dauid eſſe. ¶ Ambroſi. Non
reprehēdūtur hoc loco quia dauid filium cōfitēt̄.
quia cecus ille Dauid filium confitēdo meruit ſani
tatem. Et pueri dicentes. Oſanna filio dauid. pre
celſe predicationis gloriam deo deferebant. ſed re-
prehenduntur quia non credunt filium dei. Unde
ſubdit. Et ipſe dauid dicit in libro pſalmoꝝ. Dix
it dominus domino meo. Et. pater dominus. & fi
lius dominus. ſed non duo domini. ſed vnus eſt do
minus. quia pater in filio & filius in patre. Ipſe
ad dextram patris ſedet. quia patri conſors nulli
ſcđus eſt Sequitur enim. Sede a dextris meis.
Nec prefert̄ qui ad dextrā ſedet. nec iniuriam pati
tur qui admittitur. gradus non queritur dignita
tis. vbi plenitudo eſt diuinitatis. ¶ Auguſtin⁹.
de ſimbolo. Seſſione autem iſta non accipiamus
humanis menbris poſitum. tamq̄ pater ſedeat in ſi
niſtra. & fili⁹ ſedeat ad dextrā. ſed ipſam dextrā in
telligam⁹ poteſtatē quā accepit ille homo ſuſcep-
tus a deo. vt veniat iudicatur⁹ qui primo venerat
iudicand⁹. ¶ Ciril. Vel q̄ ſedet ad dextrā patris
ſupernam eius gloriam probat. Nam quorum eſt
tronus equalis & maieſtas. Seſſio vero in deo ſig
nificat regnum & omnium poteſtatem. Sedet g̊
a dextris dei patris quia verbum ex paterna ſub-
ſtantia prodiens. factum caro diuinam non exuit
dignitatem. ¶ Theophilus. Manifeſtat ergo q̄
aduerſarius patris non eſt. ſed ſecum concordat.
cum pater repugnet aduerſarijs eius. Sequitur
enim. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pe-
dum tuorum. ¶ Ambro. Ergo & deum chriſtum
& hominem eſſe credam⁹. cui a patre ſubijciuntur
inimici. non per infirmitatem poteſtatis ſue. ſed
per vnitatē nature. quia in altero alter operatur.
nam & fili⁹ ſubijcit īimicos pr̄i. q; pr̄em clarificat
ſuper terram. ¶ Theophilus. Querit ergo ipſe.
& mota dubitatōe. ſinit illos colligere qđ ſeq̄t̄.

Vnde ſubdit · Dauid ergo dominum illum vocat
et quō filius eſt eius · ¶ Chriſoſ · Dauid quidē pa
ter xp̄i & ſeru⁹ hoc quidē ſcd̄m carnē · illud ſcd̄m
ſpm̄ ¶ Chri · Et nos ğ nouis phariſeis qui nec ve
rum dei filium · neq̧ deum eē fatent̄ natuꝫ ex ſacra
virgine · ſed diuidūt vnū filium in duos · talem ob
iciem⁹ q̄onem · q̄ pacto filius dauid dn̄s ei⁹ eſt · &
non humano dominio · ſed diuino Textus
¶ Audiente autem omni populo · dixit diſcipulis
ſuis · Attendite a ſcribis qui volūt ambulare in ſto
lis · & amant ſalutatōnes in foro · & primas cathe
dras in ſinagogis · & primos diſcubit⁹ in cōuiuīs
qui deuorāt domos viduaꝝ ſimulātes longā oratō
nem hīj accipient maiorē damnatōem · ¶ Chriſo ·
Nihil aūt eſt forci⁹ q̄ ex ꝓphis diſputare · Hoc ei
eſt & ipſis reb⁹ validius · Nam xp̄o faciēte miracu
la cōtradicebāt mlt̄ociēs · cū vero allegauit ꝓphiaꝫ
tacuerūt · qꝛ non habebāt quid diceret · Eis aūt ta
centib⁹ cōtra eos inuebit̄ Vn̄ dicit̄ · Audiente aūt
omni populo dixit diſcipulis ſuis · ¶ Theophil⁹ ·
Quia enim eos orbis doctores mittebat · merito mo
net non eē eis imitandā phiſeoꝝ ambitōem · Vnde
ſequit̄ · Attendite a ſcribis qui volunt ābulare in
ſtolis · ¶ Beda · Ideſt cultōrib⁹ veſtimētis induti
ad publicū ꝓcedere · In quo inter cetera diues pec
caſſe deſcribitur · ¶ Ciril · Paſſiones aūt erāt ſcri
baꝝ · amor glorie inanis & lucri · vt igit̄ tam peſſi
ma crimina euitarēt diſcipuli · cōmonet eos ſubdēs
Et amāt ſalutatōes in foro ¶ Theo · Quod ē a blā
dientib⁹ venancium opinionem fame · Vel agunt
hoc cauſa cōgregādē pecunie · Sequit̄ · et primas
cathedraſ in ſinagogis · et p̄mos diſcubit⁹ in cōui=
uīs · ¶ Beda · Non primos ſedere vel diſcūbere ve
tat eos quib⁹ hoc officīj ordine cōpetit · ſed eos qui
hoc indebite amāt · docet eē cauēdos · animū vel gra
dū redarguēs · q̄uis & hoc culpa non careat · ſi idē
in foro litib⁹ velint intereſſe · qui in ſinagoga mgr̄i
deſiderāt appellari · Duplici aūt ratōe a vane glorie
cupidis attendē iubemur · ne vel eoꝝ ſimulatōne
ducamur eſtimātes bona eē que faciūt Vel emula
tōne inflammemur · fruſtra gaudētes in bonis lau=
dari que ſimulāt · Non ſolū aūt laudes ab homini
bus · ſed & pecunias querūt · Seq̄tur · n · Qui deuo=
rant domos viduaꝝ ſimulātes lōgam orōnem · Ju
ſtos eniꝫ & magni meriti apud deū ſe ſimulantes ·
ab infirmis & pctoꝝ ſuoꝝ cōſciētia turbatis · q · pa
troni pro eis in iudicō futuri · pecunias accipe non
dubitāt · ¶ Ciril · Jniurgitātes eciam ſe viduarū
bonis pauptatē atterūt nō q̄litercūq̧ comedētes · ſ
deuorātes & ad p̄uitatē orōne vtētes · qđ ğuiori pe
na facit eos obnoxios · vn̄ ſeq̄tur · Hīj accipiēt ma
iorem dānatōꝫ ¶ Theo · Quia nō ſolū mala faciūt
ſed & orōnes ꝑtendūt · & virtutē faciūt prauitatis
excuſacōem · Viduas eciā depauperāt · quaꝝ opor
tebat miſereri · dū ob ſui p̄nciā eas cogūt exponere
¶ Beda · Vel qꝛ laudes ab hominibus & pecunias
querūt · maiori damnatōne plectuntur ·

¶ Capitulum · xxi ·
Reſpiciens autem vidit eos · qui
mittebant mūera ſua in gazophi
latiū diuites · Vidit aūt et q̄ndā
viduā paupculā mittentē era mi
nuta duo · Et dixit · Vē dico vob
qꝛ vidua hec paup · pluſq̄ oēs mi
ſit · Nam omnes hīj ex abundanti ſibi miſerunt in
munera dei · hec autē ex eo quod deeſt illi · omnem
victū ſuū quem habuit miſit ¶ Gloſa · Poſtq̄ do
min⁹ redarguit ſcribaꝝ auariciā · qui domos vidu
arum deuorabāt · cōmendat vidue elemoſinā · Vn̄
dicit̄ · Reſpitiēs aūt vidit eos qui mittebāt mune
ra ſua in gazophilatiū diuites · ¶ Beda · Quia ſmo
ne greco philaxe ſeruare dicit̄ & gaza ligua pſica
diuitie vocant̄ · gazophilatiū locus appellari ſolet
quo diuitie ſeruant̄ · Erat aūt · Arca foramē hn̄s
deſup poſita iuxta altare ad dextrā ingredientibus
domū domini · Jn quā mittebant ſacerdotes qui cu
ſtodiebāt hoſtia oēm pecuniaꝫ que deferebat̄ ad tē
plū domini · Dn̄s aūt · ſicut opantes in domo ſua di
ſcutit · ita & dona ferentes reſpicit · & quē dignum
viderit · laudat · quē reprobū · damnat · Vnde ſequi
tur · Vidit aūt & quandam viduam pauperculam
mittentem era minuta duo · ¶ Cirillus · Duos obo
los offerebat quos cum ſudorib⁹ ad diurnū victum
acquiſierat · Vel que quotidie per aliena poſcit ſuf
fragia deo donat oſtendēs ei ſuam paupertatē fruc
tiferam · vincit igitur alios & iuſta cenſura corona
tur a deo · Vnde ſequit̄ · Et ait illis · Vere dico vo
bis · qꝛ vidua hec pauper pluſq̄ omnes miſit ·
¶ Beda · Acceptabile enim eſt deo quicquid bono
animo obtulerim⁹ · qui cor & non ſubſtantiam pen
ſat · nec perpendit quantum in eius ſacrifitō · ſed ex
q̄to proferatur · Vn̄ ſequitur · Nam omnes hīj ex
habūdāti ſibi miſerunt in mūera dei · hec aūt ex eo
quod illi deeſt · omnem victum quem habuit miſit
¶ Chriſoſto · Non enī paucitatem oblati · ſed copiā
affect⁹ intuit⁹ eſt deuſ · Non eſt elemoſina ex plu
rib⁹ pauca impendere · ſ illud vidue que totam ſibi
euacuauit ſubſtantiam · Quod ſi nequis tm̄ offerre
ſicut & vidua · offer ſaltem totum ſuperfluum ·
¶ Beda · Miſtice autem diuites qui in gazophila
cium munera mittebant · ſignificant iudeos de iu=
ſtitia legis electos · Vidua pauper eccleſie ſimplici
tatem que paupercula vocat̄ · quia vel ſuperbie ſpi
rituꝫ vel peccata tanq̄ mundi diuitias abiecit · Vi
dua vero · quia vir eius pro ea mortem pertulit ·
Hec in gazophilatium duo era minuta mittit · qꝛ
in conſpectu dei apud quem noſtri operis oblatōes
conſeruantur · munera ſua defert · ſiue dilectionem
dei & proximi · ſiue fidei & oratōis · que cunctis ſu
perboꝝ iudeorum operib⁹ preſtant · Ex abundanti
enim in munera dei immittūt iudei · qui de iuſticia
ſua preſumunt · Eccleſia autem omnem victum ſu
um mittit · quia om̄e quod viuit · dei eē muneris in
telligit · ¶ Theophi · Vel vidua poteſt intelligi

quelibet anima · orbata quaſi primo viro priſtina
lege · & non digna copule verbi dei · que loco arre
offert deo fidẽ & cõſcientiã bonã · plus videt̃ offer
re ditātibꝫ in ſermone · & ſuperfluentibꝫ moralibꝫ
gentilium virtutibus textus

¶ Et quibuſdam dicentibꝫ de templo ꝙ lapidibus
bonis & donis exornatum eẽt · dixit · Hec que vide
tis · veniẽt dies · in quibꝫ non relinquet̃ lapis ſuper
lapidẽ qui non deſtruatur · Interrogauerũt aũt il
lum dicentes Preceptor · quando hec erunt · & qꝫ
ſignum cum fieri incipient · Qui dixit · videte ne ſe
ducamini · Multi enĩ veniẽt in nomine meo dicẽtes
quia ego ſũ · & tempus appropinquabit · Nolite er
go ire poſt illos · ¶ Euſe · Quod ſpectanda forent ·
que pertinebant ad templi ſtructurã manifeſtant
hyſtorie et hucuſqꝫ quedã cõſeruant̃ reliqe · quibꝫ
percipiunt̃ · que dudũ erãt fabricarum veſtigia ·
Sed dominꝰ mirantibꝫ tẽpli fabricas ꝓmulgauit
ꝙ in eo lapis ſup lapidẽ nõ maneret · Dicit̃ · n · Et
quibuſdã dicentibꝫ de templo ꝙ lapidibꝫ bonis &
donis exornatũ eẽt dixit Hec que videtis veniẽt di
es · in quibꝫ nõ reliquetur lapis ſup lapidẽ · qui nõ
deſtruatur · Decebat enĩ locũ illuꝫ ꝓpter cultorum
audatiam omnimodam deſolatõem pati · ¶ Beda ·
Diuina etiam diſpenſatõ procurauit vt ciuitas ip
ſa & templũ ſubuerteret̃ · ne quis forte adhuc par
uulus in fide videns illa conſtare · dũ ſacrifitiorũ ri
tum attonitus ſtuperet · raperetur intuitu · ¶ Am
bro · Verum igitur dictum eſt de tẽplo manufacto
ꝙ eẽt ſubuertendũ · Nihil enĩ eſt manufactũ · quod
non aut fetuſtas conſitiat · aut vis ſubruat · aut ig
nis exurat · Vñ eſt & aliud templũ · ſ · ſinagoga ·
cuius ſtructura vetus eccleſia ſurgente diſſoluitur
Eſt etiam templuꝫ in vnoquoqꝫ · quod deficiente fi
de labitur · et maxīe ſi quis falſo xp̄i noīe obtẽdat ·
quo interiorem expugnet affectum · ¶ Ciril · Ne
quaqꝫ aũt diſcipuli aduerterãt vim dictoꝝ · ſed ar
bitrabantur de conſummatõne ſeculi dictum eẽ · Et
ideo querebãt quo tempore deberent accidere · Vñ
ſequitur · Interrogauerunt autem illum dicentes ·
Preceptor · quando hec erunt · & quod ſignum cũ
fieri incipiẽt · ¶ Ambro · Mathēꝰ terciã interroga
tõnem addidit · vt & templi tempora deſtruendi · et
ſignum aduentus · & cõſummatõ ſeculi a diſcipul'
quereretur · Interrogatus aũt dñs qñ tẽpli futura
eẽt deſtructio · & qꝫ ſignũ eẽt eiꝰ aduẽtꝰ · De ſigꝭ
docet de tempore nõ curat intimandũ · Sequit̃ enĩ
Qui dixit videte ne ſeducamini · ¶ Athana · Cum
enĩ ſint nob̃ a deo chariſmata & dogmata que ſũt
ſuper hominem tradita ſcilicet celeſtis cõuerſatõis
forma · virtus cõtra demones · & adoptõ · & noticia
patris & verbi · & ſpũſſancti donum · Aduerſariꝰ
noſter dyabolus circuit · querẽs nobis ſubripere in
ſita ſeĩa verbi · Dñs aũt tanqꝫ ſua pretoſa dona in
nob̃ ſua documẽta concludẽs · monet · ne ſeducamur
Magnum aũt quoddam donũ tribuit nobis dei ver
bum · vt nõ ſolum ex apparentibꝫ non decipiamur
ſed eciam ſiqua latentia ſint · dijudicemus per ſpiri
tus gratiam · Cum enim ſit odioſus dyabolus inuẽ
tor malitie · hoc quod ipſe eſt · occultat · Nomen ve
ro cũctis cupitum ſimulat callide · puta ſiquis ſub
ijcere ſibi volens filios alienos · parentibꝫ abſentibꝫ
fingat eorum vultus · & filios deſiderantes ſeducat
Ergo in vnaquaqꝫ hereſum dyabolus figuratus di
cit · Ego ſum xp̄c · & apud me veritas eſt · Vnde
ſequitur · Multi enim venient in nomine meo dicẽ
tes · qꝛ ego ſum · et tempus appropinquabit · ¶ Ci
rillus · Ante ſuum enim deſcenſũ de celo preueniẽt
aliqui · quibus acquieſcere non oportet · Voluit · n ·
vnigenitum verbum dei cum venit vt mundum ſal
uaret · latere · vt crucem ſuſtineret pro nob̃ · Sed
ſecundus eius aduentus non erit clanculo vt ante ·
ſed terribilis & manifeſtus · deſcendet enim in glo
ria dei patris miniſtrantibus angelis vt mundum
in iuſtitia iudicet · Vnde cõcludit · Nolite ergo ire
poſt illos · ¶ Titus · Vel forſitan non dicit pſeu
do xp̄os ante cõſumatõem venientes · ſed eos qui fu
ere tempore apoſtoloꝝ · ¶ Beda · Multi enim im
minẽte hieroſolymorum excidio principes extite
re · qui ſe dicerent eẽ xp̄os · tempuſqꝫ libertatis ap
propinquare · Multi eciam in eccleſia hereſiarche
diem domini inſtare predicarunt · quos apoſtolus
ad Theſſa · damnat · Multi eciaꝫ in nomine xp̄i ve
nere antixp̄i · quoruꝫ primus eſt ſimon magus ·
cui dicebãt · hic eſt virtus dei que vocatur magna
textus

¶ Cum autem audieritis prelia & ſeditiones noli
te terreri · Oportet primũ hec fieri · ſed nondũ ſta
tim finis · Tunc dicebat illis · Surget gens cõtra
gentem · & regnũ aduerſus regnũ · & terremotus
magni erũt ꝑ loca & peſtilẽtia & fames · terroreſqꝫ
de celo & ſigna magna erunt · ¶ Grego · in home ·
Perituri mundi precurrentia mala denuntiat domi
nus · vt eo minus perturbent venientia · quo fuerint
preſcita · Minꝰ enim iacula feriunt · que preuident̃
Vnde dicit · Cum autem audieritis prelia & ſedi
tõnes · nolite terreri · Bella ad hoſtes pertinent · ſe
ditõnes ad ciues · Vt ergo nos indicet exterius
interiuſqꝫ turbari · aliud nos fatetur ab hoſtibus
aliud a fratribus perpeti · ¶ Ambroſius · Verbo
rum autem celeſtium nulli magiſqꝫ nos teſtes ſu
mus · quos mundi finis inuenit · quanta prelia · &
quas opiniones accepimus preliorum · ¶ Grego
rius in homelia · Sed hijs malis preuenientibus
quia non ſtatim finis ſequatur · adiungitur · Opor
tet hec primum fieri · Vltima enim tribulatõ mul
tis tribulatõnibus preuenitur · quia multa debent
mala precurrere · vt malum valeant ſine fine nun
tiare · Vnde ſequitur · Tunc dicebat illis · Sur
get gens contra gentem · & regnum aduerſus reg
num · Quia neceſſe eſt vt alia ex celo · alia ex terra
alia ab elemẽtis · alia ab hominibus patiamur · hic
ergo ſignatur perturbatõ hominum · Sequitur · Et

terremotus magni erunt per loca · Ecce reſpectus
ire deſuper · ¶ Chriſo. Terremotus enim quãdoqꝫ
ire ſignuz eſt. Nam & quando crucifixus eſt domi
nus · mota eſt terra Quandoqꝫ vero ꝑuiſionis indi
tium · ſicut orantibus apoſto is commotus eſt lo-
cus in quo erãt cõgregati · Sequitur · Et peſtilẽtie
¶ Grego · in homelia. Ecce inequalitas corporum
et fames ecce ſterilitas terre. terroreſqꝫ de celo &
ſigna magna erũt · ecce inequalitas aeris quod ad
eas tempeſtates referendum eſt · que nequaꝗ̃ ordi
nem temporum ſeruant · Que enim ordinate veni-
unt ſignum non ſunt · Omnia autem que ad vſum
vite accepimus · ad vſum cõuertimus culpe · Sed
cuncta que ad vſum prauitatis inflexinus · ad vſũ
nobis vertuntur vltõis. ¶ Ambroſius · Occaſũ er
go ſeculi precedunt quedam egritudines mundi · ſ.
fames peſtilentia & perſecutõ · ¶ Theophilus.
Quidam autem hec non ſolum in conſummatõe fu
tura. ſed et tempore captionis hieruſalem fuiſſe im
pleta voluerunt · Autore nanqꝫ pacis pempto. me-
rito in eis ſeditiones & bella locum habuerũt · Ex
bellis autem peſtis & fames cõſequitur. hec quĩ
aere cadaueribꝰ infecto · illa incultis manentibus
agris · Sed & ioſephus ĩtolerabiles erũnas eueniſ
ſe recitat ꝑpter famem · & tempore Claudij ceſa
ris fames inualuit vt in actibꝰ legiť · Et plurima
terribilia cõtigerunt captõnem hieruſalem indican
tia · vt Joſephus narrat · ¶ Chriſoſto · Dicit aũt
ꝙ non ſtatim finis ciuitatis eueniet · vt ſcilicet hie
roſolyma capiatur · ſed poſt prelia multa · ¶ He
admonentur eciam apoſtoli ne terreantur hijs pre
currentibꝰ · ne hieroſolymã iudeamqꝫ deſerant · Po
teſt autem regnum contra regnum & peſtilentia
eorum quoꝝ ſermo ſerpit · vt cancer · & fames au
diendi verbi dei & commocõ vniuerſe terre. & a ve
ra fide ſeperatõ · eciam in hereticis intelligi · qui cõ-
tra ſeinuicem dimicantes · eccleſie victoriam faci-
unt · ¶ Ambroſius. Sunt autem & alia bella que
vir ſuſtinet xp̃ianus · diuerſarum quoqꝫ prelia cu
piditatuz ſtudiorumqꝫ cõflictus · Multo etiã graui
ores ſunt domeſtici hoſtes ꝗ̃ extranei · textus

¶ Sed ante hec omnia inijcient vobis manus ſuas
et perſequentur · tradẽtes in ſinagogas & cuſtodi
as. trahentes ad reges & preſides ꝑpter nomen me
um · Continget autem vobis in teſtimoniũ. Poni
te ergo in cordibus veſtris non premeditari quem
admodum reſpondeatis · Ego enim dabo vobis os
et ſapientiam · cui non poterunt reſiſtere & contra-
dicere omnes aduerſarij veſtri · Trademini autem
a patribus & fratribus & cognatis & amicis · &
morte afficient ex vobis · Et eritis odio omnibus
propter nomen meũ · Et capillus de capite veſtro
non peribit. Jn paciencia veſtra poſſidebitis anĩas
veſtras ¶ Gregorius in homelia · Quia cuncta que
predicta ſunt non de iniuſtitia ferientis ſunt · ſ; de
merito mundi pacientis · facta prauorum hominuz

prenunciantur · cuz dicitur Sed ante hec oĩa inijci
ẽt vobis manus ſuas · & perſeq̃ntur · tradentes in ſi
ordine ſuo poſuit · nō cōmemorauerat ſuperi⁹ Vtrū
q̄ autem cōiunctum eandam ſentenciam facit · que
illoꝝ eſt ſcilicet mathei & marci. ¶ Theo · Nomi
nat autem dominus hūc calicem noui teſtamenti.
Vnde ſequit᷑ · Dicens hic eſt calix nouum teſta-
mentū in ſanguine meo · qui ꝓ vobis effundet᷑ · ſig
nificās nouum teſtamētum in ſuo ſanguine ex or
dinum ſumere · Nam in veteri teſtamento ſanguis
animalium affuit · cum data fuit lex · Nūc vero ſāg
uis verbi dei ſignificat nobis nouum teſtamentū
Cum autem dicit ꝓ vobis non ſignificat pro ſolis
apoſtolis corp⁹ xp̄i datum · & ſanguinem effuſum
fuiſſe · ſed cā toti⁹ humane nature & vet⁹ q̄d paſca
ad remouēdā ſ͛uitutē egipti fiebat ſāguis aut᷑ agni
ad p̄mogenitoꝝ cuſtodiā · Nouū vero paſca ad pec
catorum remiſſionem · ſanguis autem xp̄i ad cōſer-
uatōnem eorum qui dedicati ſunt deo ¶ Chriſoſt ·
Hic enim ſanguis operat᷑ in nobis imaginem regi
am nobilitatem anime non p̄mittit marceſcere · ꝓ
tinus irrigans animam · magnamq; inſpirans vir-
tutem · Hic ſanguis fugat demones · aduocat ange
los & dominum angelorum · Hic ſanguis effuſus
lauit orbem & adibilem fecit celum Hui⁹ ꝑticipes
ſanguinis ſūt ſupernis virtutib⁹ amicti · regio pal-
lio · magis autem ipſo rege induti · Et ſicut ſi mun
dus acceſſeris ſalubriter acceſſiſti · ſic ſi imbutus
cōſciencia praua · damnoſe accedis in penam & ſup
plicia · Nam ſiqui imꝑatoriam comquinat purpurā
pari pena plectuntur cum eis qui diuellunt · abſur
dum non eſt · ſi & qui obſcena mente corpus xp̄i
recipiunt · pari pena plectūtur cū hijs qui illud cla
uis transfoderunt ¶ Beda · Quia vero panis cōfir-
mat · vinū vero ſanguinem operat᷑ in carne hoc ad
corpus xp̄i · illud refert᷑ ad ſanguinem · Verum q̄r
& nos in xp̄o · & in nobis xp̄m manere oportet · vi
nū dominici calicis aqua miſcet᷑ · teſte · em̄ iohanne
aque populi ſunt · ¶ Theo · Primo autem datur
panis · ſecundario calix · prior em̄ eſt in ſpiritalib⁹
laborioſus actus velut panis non ſolū q̄r in vultus
ſudore laborat᷑ · ſed eciam quia dum comeditur · non
eſt facilis ad glutiendum · Deinde poſt labores ſeq̄-
tur exultatō diuine gracie que eſt calix · ¶ Beda ·
Ideo autem tunc cenati cōmunicarunt apoſtoli · q̄r
neceſſe erat paſca typicum ante conſummari · & ſic
ad veri paſce ſacramenta tranſiri · Nunc autem in
honorem tanti ſacramenti placuit magiſtris eccle-
ſie · prius nos ſpiritalib⁹ epulis refici · ac deinde ter
renis ¶ Grec⁹ · Totum autem corp⁹ & ſanguinem
domini ſuſcipit etiam ſi miſterioꝝ partem accipiat
Sicut em̄ vnum ſigillum diuerſis totam ſuā figu-
ram impertit᷑ · & integrum manet poſt diſtributō-
nem · & ſicut vna vox penetrat ad multorum audi-
tus · ſic nulli dubium ſit corpus & ſanguinem do-
mini totum in omnib⁹ reperiri · Fractio autē panis
venerādi paſſionē ſignificat [Textus]

¶ Veruntamen ecce manus tradentis me · mecum
eſt in mēſa · Et quidem fil⁹ hominis · ſcd̄m q̄ defi-
nitum eſt vadit · Verūtamē veh homini illi ꝑ quē
tradet᷑ · Et ipi ceperunt querere int᷑ ſe quis eēt ex
eis · qui hoc facturus eēt · ¶ Auguſti · de con · euā ·
Cum tradidiſſet domin⁹ diſcipulis calicem rurſus
de traditore ſuo locut⁹ eſt · dicens · Verūtn̄ ecce ma
nus tradentis me mecum eſt in menſa · ¶ Theo ·

Quod dixit non ſolum vt oſtendat ſe ſcire futura.
ſed eciam vt oſtendat nobis ꝓpriam bonitatē. ſcd̄m
quam nō ꝑtermiſit. quin perſequeret̄ ea que ſpec-
tabāt ad deum. Pat enim nobis exemplū. vt vſqꝫ
ad finem ſatagamꝰ lucrari peccatores. & vt oſtē-
dat ꝓditoris nequitiam. qui & cōuiua fieri nō eru-
buit. ¶ Chriſoſto. Et particeps exiſtens miſteri
orum cōuerſus nō eſt. fit enim ſcelus eius vtrūqꝫ in
maniꝰ. tum qꝛ tali ꝓpoſito imbutus adijt miſteria.
Tum quia adiens melior factus nō fuit. nec metu
nec beneficiō nec honore ¶ Beda. Et tamē nō deſig-
nat ſpecialit̄. ne manifeſtius correptus impudētior
fieret. Mittit autē crimen in numero. vt agat cōſci
us penitentiam. Predicit autem & penam. vt quē
pudor nō vicerat. corrigant denuntiata ſupplitia.
Vnde ſequit̄. Et quidē filiꝰ hominis ſcd̄m qꝫ diffi
nitū eſt vadit. ¶ Theo. Non qſi nō valēs tueri ſe
ipſū. ſed ſicut definiens ſibi mortem. ꝓpt̄ humanā
ſalutem ¶ Criſoſto. Sed quia iudas ea q̄ ſūt ſcri-
pta praua intēcōne agebat. ne quis putet eum in-
noxiū tāqꝫ diſpēſatōnis miniſtrū. ſubdit. Verūta-
mē veh homini illi per quem tradet̄ ¶ Beda. Sed
& veh homini illi qui ad mēſam domini indignꝰ ac
cedens in exemplum iude filium hominis tradit. nō
quidē iudeis. ſed peccatoribꝫ mēbris ſuis. Et qꝫuis
ſciret. xi. apoſtoli qꝫ nihil cōtra dominū cogitarēt
quia tamē plus credūt magiſtro qꝫ ſibi. timentes
fragilitatem ſuam. querūt de peccato cuius cōſciē-
tiam nō habent. Sequit̄ enī. Et ipſi ceperūt querē
int̄ ſe. quis eēt ex eis q̄ hoc facturꝰ eēt. ¶ Baſili.
Sicut enim in corporalibꝫ paſſionibus ſunt multe
quas nō ſentiunt patientes. porro magis adhibēt
fidem coniecture medicoꝝ qꝫ ꝓpriam ſenſibilitatem
attēdant. ſic & anime paſſionibꝫ. ſi quis in ſe pec-
catū nō ſentiat. credere tamē debet hijs q̄ plus poſ
ſūt cognoſcere ſua peccata. Textus

¶ Facta eſt autem & cōtentio int̄ eos. quis eoꝝ
videret̄ eſſe maior. Dixit autem eis. Reges gen-
tium dominant̄ eoꝝ. Et qui poteſtatem habent ſu
per eos. benefici vocantur. Vos autem non ſic. ſed
qui maior eſt in vobis. fiat ſicut iunior. Et qui pre
ceſſor eſt. ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt.
qui recumbit. an qui miniſtrat? Nonne qui recum-
bit? Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui
miniſtrat ¶ Theo. Cum int̄ ſe quererent quis eēt
dominum traditurꝰ. conſequens erat adinuicem ſi-
bi dicere. tu ꝓditurus es. & ex hoc coacti ſunt dicē
ego potiōr. ego maior. & ſimilia. Vnde dicit̄ Facta
eſt autem & cōtentiō int̄ eos quis eorum videret̄ eē
maior. ¶ Grecus. Vel hec cōtentiō videt̄ habuiſſe
motiuum. qꝫ cum dominus ab hominibus tranſmi-
graret. oportebat aliquem fieri alioꝝ principem.
quaſi domini vicem gerentem. ¶ Beda. Sicut au
tem boni. in ſcripturis patrum quibus ꝓficiant &
humiliet̄ requirūt. ſic reprobi. ſi quid forte in elec
tis reprehenſibile repererint quaſi ſuas ex eo nequi
cias obtecturi libent̄ ſolent amplecti. Ideo multi
ardentius legunt. qꝫ facta eſt contentiō inter diſci-
pulos criſti. ¶ Ambroſiꝰ. Si enim cōntendebant
apoſtoli. non excuſatōni obtendit̄. ſed cautōni ꝓ
ponitur. Caueamus ergo ne in proditōne aliqua in
ter nos de prelatōne poſſit eē cōtencio ¶ Beda. Po
tius autem videamꝰ. nō quid carnales adhuc diſci
puli geſſerint. ſed quid iuſſerit ſpiritalis magiſter.
Sequit̄ enim. Dixit autem eis. Reges gencium
dominantur eorum. ¶ Criſoſtomꝰ. Gentilium me-
minit. vt ex hoc rem vituperandam oſtendat. Gē-
tilium eſt ambire primatum. ¶ Cirillus. Sed &
blandi ſermones eis offeruntur a ſubditis. Vnde
ſequit̄. Et qui poteſtatem habent ſuper eos bene-
fici vocāt̄. Sed illi quidē quaſi extorres a ſacris
legibꝫ huiuſmodi ſubiacēt morbis. Veſtrum autē
culmen eſt in humilitate. Vnde ſequitur. vos autē
non ſic. ſed qui maior eſt in vobis. fiat ſicut iuni-
or. ¶ Baſiliꝰ. Non ergo extollat preſidentem dig
nitas. ne ab humilitatis beatitudine corruat Illud
autē nouerit. qꝫ humilitas vera miniſterium plu-
riū eſt. Sicut enī q̄ pluribꝫ miniſtrat vulneratis
& abſtergit cuiuſlibet vulneris ſaniem. non ſumit
miniſterium in cauſā elatōnis. Sic multo magis
cui cōmiſſe ſūt cure fraternoꝝ languorum. vt om
nium miniſter. redditurus pro omnibꝫ ratōnem. co-
gitare debet. & eſſe ſollicitus. Et ſic qui maior eſt.
fiat ſicut minor. Decet autem & corporale obſe-
quium ab hijs qui preſident. offerri. exemplo do-
mini lauantis pedes diſcipulorum. Vnde ſequitur
Et qui preceſſor eſt. ſicut miniſtrator. Non eſt au-
tem timendum. ne in ſubdito ſoluatur humilitatis
ꝓpoſitum. dum ei a maiori ſeruitur. ſed in imita-
tōne pandit̄ humilitas. ¶ Ambroſiꝰ. Contuendū
eſt autem quia non omnis honorificētie ſtudio hu
militas definitur Poteſt enī deferre alicui ꝓpter ſe
culi graciam. potencie metum. vtilitatiſqꝫ contui-
tum. tua edificatō querit̄ non alterius. & ideo vna
datur omnibꝫ forma ſentencie. vt non de prelatōne
iactancia fit. ſed de humilitate contentō. ¶ Beda.
In hac tamen forma a domino tradita. maiores nō
minima diſcretōne opus habēt. ne ſcilicet ad inſtar
regū gencium dominari ſubiectis. ſeqꝫ ab eis gau
deant laudibꝫ attolli. & tamen cōtra delinquenciū
vicia per zelum iuſticie ſint erecti. Ad verba autē
exhortatōnis ſuimet adiungit exemplum. Vnde ſe
quitur. Nam quis maior eſt qui recumbit. an qui
miniſtrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in me
dio veſtrum ſum. ſicut qui miniſtrat. ¶ Criſoſto.
Quaſi dicat. nō putes diſcipulum tui egē. te vero n̄
illius. Ego enī qui nullo egeo. quo vniuerſa egēt
celeſtia & terreſtria. ad miniſterialē gradum cōdeſ
cendi. ¶ Theophilus. Oſtendit autem ſe mi-
niſtrantem eis cum panem & calicem diſtribuit.
cuiꝰ miniſterij mentōnē facit. rememorās eos ſi de
eodem pane comederunt. & de eodem calice biberūt
ſi ipſe chriſtus omnibꝫ miniſtrauit. vnum debent
omnes ſentire. ¶ Beda. Vel loquit̄ de miniſterio

quo ſcd'm iohannem eoꝝ pedes lauit dominus & magiſter· q̄uis etiam verbo miniſtrandi poſſint omnia que in carne geſſit· intelligi· ſed & ſuum ſanguinem ſe pro nobis effundere miniſtrando ſignificat· Sequitur textus

¶ Vos autem eſtis· qui permanſiſtis mecum in tēptatōnibꝫ meis· & ego diſpono vobis· ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum· vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo· & ſedeatis ſup thronos duodecim iudicantes· xij· tribꝫ iſrabel

¶ Theo· Sicut dominus proditori prenuntiauerat veh· ſic diſcipulis remanentibꝫ ecōtrario bona· prenunciat dicens· Vos autem eſtis· qui permāſiſtis mecum in temptatōnibꝫ meis· ¶ Beda· Non enim inchoatio pacientis· ſed perſeuerātia celeſtis regni gloria donatur· quia perſeuerentiam· que cōſtancia ſeu fortitudo mentis vocatur· dicimus eē cūctarum columnam virtutum· Filius ergo dei ſecum permanentes in temptatōnibꝫ eternum ducit ad regnum· Si enim complantati facti ſum⁹ ſimilitudini mortis eius· ſimul & reſurrectionis erim⁹· Vnde ſequit̄· Et ego diſpono vobis· ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum· ¶ Beda· Regnum dei non eſt de hoc mundo· Non autem equalitas ad dominum ſed ſimilitudinis emulatō eſt· Solus enī xp̄us plena imago dei eſt· ꝓpter expreſſam in ſe paterne gratitudinis vnitatem· Iuſtus autem homo ad imaginem dei eſt· ſi ꝓpter imitandam diuine cōuerſatōnis ſimilitudinem mundum hunc dei cognitōne cōtemnat· Vnde & corpus criſti edim⁹ vt vite eterne poſſim⁹ eē participes· propter quod ſequitur· Vt edatis & bibatis ſuper menſam meā in regno meo· Non enim victus & potus nobis premij loco ſpondetur ſed communicatō gracie celeſtis & vite· ¶ Beda· Vel menſa ꝓpoſita omnibꝫ ſāctis ad fruendum celeſtis eſt gloria vite· qua qui eſuriūt· & ſitiunt iuſticiam ſaturabunt̄ fruendo deſiderato gaudio veri boni· ¶ Theo· Non autem hoc dixit quaſi futuris illic corporalibꝫ eſcis· & q̄ſi regno ſuo ſenſibili futuro· erit enī illic angelica cōuerſacō ſicut ſaduceis predixit Sed & paul⁹ dicit nō eē regnum dei eſcam & potum· ¶ Cirill⁹· Sed ex hijs que ſunt apud nos ſpiritalia deſignat· Nam p̄ rogatiua quadam fungunt̄ apud reges terrenos· qui eis quaſi cōuiue cōſident· Ex humano ergo iudicio oſtēdit· qui apud eum in p̄mis honoribꝫ ſtatuentur· ¶ Beda· Hec eſt enim immutatō dextre excelſi· vt qui nūc humiles gaudent miniſtrare cōſeruis· tunc ſuper domini menſam· ſublimes vite perpetue dapibꝫ alant̄· Et qui hic in temptatōnibꝫ iniuſte iudicati cum domino permanent· illic cum eo ſuper tēptatores ſuos iuſti iudices veniant· Vn̄ ſequit̄· Et ſedeatis ſuper thronos· xij· iudicantes xij· tribꝫ iſrabel· ¶ Theo· Hoc eſt cōdemnātes ex duodecim tribubꝫ infideles· ¶ Ambroſi⁹· Nō autē xij thronī tāq̄ aliqua corporalis ſunt receptacula ſeſſionis· ſed quia ſcd'm diuinam ſimilitudinem iudicat xp̄us cognitōne cordium· non interrogatōne factoꝝ virtutem remunerās· impietatem cōdempnās· Ita apoſtoli in iudicium ſpiritale formantur· remuneratōne fidei· execratōne perfidie virtute errorem redarguentes· ſacrilegos odio perſequentes

¶ Chriſoſtom⁹· Nūquid autem illic ſedebit & iudas· Sed cōſidera q̄ lex eſt data a deo per hieremiam· Si quid boni ꝓmiſero· ſi cenſearis indignus mulctabo te· Et ideo loquens cum diſcipulis· non ſimpliciter ꝓmiſit· ſed addidit· Qui permanſiſtis mecum in temptatōnibꝫ ¶ Beda· Ab ei⁹ ergo ſublimitate ꝓmiſſi iudas excipit̄· Nam & anteq̄ hec domin⁹ diceret· exiſſe credendus eſt· Excipiunt̄ & illi quicūq̄ audītis incōp̄hensibilis ſācmenti verbis abierunt retro Textus

¶ Ait autem dominus ſimoni· Simon· Ecce ſathanas expetiuit vos· vt cribraret ſicut triticum· Ego autem rogaui ꝓ te· vt non deficiat fides tua· Et tu aliquando cōuerſus· confirma fratres tuos· Qui dixit ei· Domine tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire· Et ille dixit· Dico tibi petre· Non cantabit hodie gallus· donec ter abneges noſſe me· ¶ Beda· Ne gloriarent̄ vndecim apoſtoli· & ſuis viribꝫ tribuerēt· q̄ ſoli pene inter tot milia iudeorum dicerentur in temptatōnibꝫ permanſiſſe cum domino· oſtendit eos ſi non iuuantis ſe domini eēnt opitulatōne protecti· eadem procella cū ceteris potuiſſe conteri· Vnde ſequitur· Ait autem dominus ſimoni· ſimon· Ecce ſathanas expetiuit vos· vt cribraret ſicut triticum ideſt expetiuit vos temptare· & velut qui triticum purgat ventilando concuttere· In quo docet nullius fidem a diabolo· niſi deo permittente temptari· ¶ Theophilus· Hoc autem petro dixit· eoq̄ fortior alijs erat· & ſuperbire poterat i hijs que promiſſa erāt a chriſto ¶ Cirillus· Vel vt oſtendat q̄ homines nihil exiſtentes quantum pertinet ad humanam naturam & lubricum mentis noſtre· non decet· vt preeſſe ceteris velint· Et ideo omiſſis ceteris venit ad petrum ceteris prelatum· Vnde ſequitur· Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua·

¶ Chriſoſtomus· Non autem dixit· Ego permiſi· ſed oraui· humiliter enim loquit̄ tendēs ad paſſionem· vt humanitatem demōſtret· Nam qui non deprecatōne· ſed imperio dixerat· Super hanc petrā edificabo eccleſiam meā· & tibi dabo claues regni celoꝝ· quomodo op⁹ habebat oratōe vt cōcitatā vni⁹ hominis animam coerceret· Non autē dixit· rogaui vt nō neges· ſed ne deſeras fidem ¶ Theo· Nā & ſi paululū agitād⁹ ſis· habes tn̄ recōditū ſemē fidei q̄uis deiecerit folia ſp̄us tēptatoris· viget radix· petijt ergo ſathanas te ledē tāq̄ inuidēs tibi de mea dilectōe· Sed q̄uis egomet ꝓ te ſim depcat⁹ tu tn̄ deliques· Vn̄ ſequit̄ Et tu aliq̄n cōuerſus confirma fratres tuos· Quaſi diceret· Poſtq̄ me negato ploraueris ac penitueris· corrobora ceteros· cum te principem apoſtolorum deputauerim

Hoc enim decet te qui mecum robur es & petra ec
cleſie. Hoc autem intelligendum eſt non ſolum de
apoſtolis. qui tunc erant. vt roboraretur a petro ſꝫ
& de omnibus. qui vſqꝫ ad finem mundi futuri ſūt
fidelibus. ne ſcilicet aliquis credentium diffidat vi
dens eum qui cum eēt apoſtolus denegauit. ac ite
rum per penitentiam obtinuit prerogatiuam.
vt eēt antiſtes mundi. Admirare igitur exuberāti
am diuine patientie. ne diffidere diſcipulū faceret.
nondum patrato crimine largitus eſt veniam. ac
iterum ipſum in apoſtolico gradu reſtituit dicens.
Confirma fratres tuos. ¶ Beda. Quaſi dicat. Si
cut ego tuam fidem ne deficiat orando protexi. ita
tu infirmiores fratres. ne de venia deſperent confor
tare memento. ¶ Ambro. Caue ergo iactantiam
caue ſeculum. Ille iubetur confirmare fratres ſuos
q̄ dixit omnia reliquim⁹ & ſecuti ſum⁹ te. ¶ Beda
Quia vero ſe dominus dixerat pro fide petri rogaſſe
conſcius ille preſentis affectus fideiqꝫ feruentis.
Sed futuri caſus neſcius. non credit ſe vllatenus
ab eo poſſe deficere. Vn̄ ſeq̄t̄. Qui dixit ei. Dn̄e
tecū patus ſū & ī carcerē & ī mortē ire. ¶ Theo.
Pre nimia q̄dē dilectiōe flāmeſcit & īpoſſibilia ſibi
pollicet̄. Decebat aūt audito ſcił a ueritate q̄ ceptā-
dus eēt non ampli⁹ cōtēdere. Sed dn̄s videns eum
preſumptuoſe loquentem. promit temptatōis ſpeci
em ſcilicet q̄ negaturus eēt. Vnde ſequit̄. Et ille
dixit dico tibi petre non cantabit hodie gallus. do
nec ter abneges noſſe me. ¶ Ambroſius Petrus
quidē & ſi ſpiritu promptus corporis tamē adhuc
infirm⁹ affectu. denuntiat̄ dominū negaturus.
Neqꝫ enim poterat diuine conſtantiam intentionis
equare. Paſſio domini emulos habet pares non ha
bet. ¶ Theo. Hinc autem magnam doctrinā hau
rimus. q̄ non ſufficit humanum propoſitum abſqꝫ
diuino ſubſidio. Petrus enim q̄uis feruens eēt de-
relictus tamen a deo ſubplantatus fuit ab hoſte
¶ Baſilius. Sciendum autem q̄ deo permittente
timorati lapſum patiuntur quandoqꝫ ad faſtus pre
cedentis remedium. Sed q̄uis idem videatur eē de
lictum timorati & aliorum. refert non modicum.
Nam timoratus ex quibuſdam inſidijs & pene pro
vt voluit peccauit. Alij vero nullam gerendo curā
neqꝫ ſui neqꝫ dei peccant. non diſtinguentes inter
peccare & agere virtuoſe. Vnde reor & iuſſionis
modum in eis debere fore diuerſum. Nam timorat⁹
quodam iuuamine indigens. & circa eandem rem
erga quam peccauit iuſſa debet perferre. Alij vero
cum totum bonum anime deſtruxerint. affligi &
moueri & preceptis ſubici debent. quouſqꝫ ratū ſit
illis. deum iuſtum iudicem eē. & contremiſcant
¶ Auguſt. de con euan. Hoc autem quod hic dici
tur de petri negatione predicta. omnes quidem euā
geliſte commemorant. ſed non omnes ex vna eadē
q̄ occaſione ſermones ad eam cōmemorandam ve-
niunt. Nam matheus & marcus eam ſubnectunt
Poſtea q̄ dominus egreſſus eſt ex illa domo vbi
manducauerant paſca. lucas vero & iohannes. an
teq̄ inde eēt egreſſus. Sed facile poſſem⁹ intelligē.
aut illos duos ea recapitulando poſuiſſe. aut iſtos
preoccupando. niſi magis moueret q̄ tam diuerſa
non tantum verba. ſed etiam ſententias domini p̄-
mittūt quibus permotus petrus illam preſumptōez
preferret. vel pro domino vel cum domino moriēdi
vt magis cogant intelligi ter eum expreſſiſſe pre-
ſumptionem ſuam diuerſis locis ſermonis chriſti.
& ter illi a domino reſponſum. q̄ eum ante gallican
tū eēt negaturus. Textus
¶ Et dixit eis. quando miſi vos ſine ſacculo & pe-
ra. & calciamentis nunq̄d aliquid defuit vobis? At
illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis Sed nūc qui
habet ſacculum. tollat ſimiliter & peram. Et qui
non habet. vendat tunicam ſuam. & emat gladium
Dico enim vobis. quoniam adhuc hoc quod ſcrip-
tum eſt oportet impleri in me. Et cum iniquis de-
putatus eſt. etenim ea que ſunt de me finem habent
At illi dixerunt. Domine. Ecce gladij duo hic.
At ille dixit eis. Satis eſt. ¶ Cirillus Predixe-
rat autem domin⁹ petro. q̄ eum eēt negatur⁹ tem-
pore ſcilicet ſue captōnis. Sed quia ſemel facta eſt
mentō de captōne ei⁹. conſequēter nunciat ſuperue-
nientem cōtra iudeos conflictum. Vnde dicit̄. Et
dixit eis. quādo miſi vos ſine ſacculo & pera & cal
tiamētis. nūquid aliquid defuit vobis. Miſerat em̄
ſaluator ſanctos apoſtolos predicare ciuitatibus &
oppidis regnum celorum. precipiēs vt euntes nul
lius corporalium curam gererent. ſed in eo totam
ſpem viuendi reponerent. ¶ Criſoſtom⁹. Sicut
autem qui docent natare circa principium quidem
manus ſuas ſupponentes attentius ſuſtētant ſuos
diſcipulos. poſtea plerūqꝫ manum abſtrahētes iu-
bent vt ſibi opitulenter. quinimmo & paululum
emergi permittunt ita & chriſtus fecit diſcipulis.
In exordijs quidem preſto in cunctis eis aderat.
parās eis vberrime affluētiam omnium. Vnde ſe-
quit̄. At illi dixerunt. Nihil at vbi oportebat &
proprias vires oſtendere. ſubtraxit eis aliquantulū
graciam. iubens eis ex ſe nōnulla peragere. Vnde
ſequit̄. Dixit ergo eis. ſed nunc qui habet ſaccu-
lum. quo ſcilicet portatur pecunia. tollat ſimiliter
& peram qua ſcilicet portant̄ cibaria. Et quidem
quando nec calciamenta nec zonam habebant. non
baculum. nec es. nullius paſſi ſunt penuriam. vt
autem marſubium cōceſſit eis & perā. Eſurire vi-
dent̄ & ſitire & nuditatem pati. ac ſi eis diceret.
Hacten⁹ cuncta vobis vberrime affluebant nunc
autē volo vos & inopiā experiri. Ideoqꝫ nō addico
neceſſitati p̄ſtine legis. ſed mādo & loculū habere
& perā. Poterat autē & de⁹ vſqꝫ in finē eos in tāta
cōſtituere copia. ſed noluit ob multas cās Primo
q̄dē vt nihil ſibi tribuerēt. ſed recognoſceret totū
emanaſſe diuinit⁹. Scd̄o vt moderari ſibi ſciant.
Tertō ne maiora de ſe opinēt̄. Hoꝝ igit̄ cā p̄mit-
tēs eos ī currere mł'ta inopinatoꝝ relaxauit p̄oris

legis rigorem· ne grauis & intollerabilis fieret eis vita· ¶ Beda. Non enim eadem viuendi regula ꝑ ſecutōnis qua pacis tempore diſcipulos informat· miſſis quidem diſcipulis ad p̄dicandum· ne quid tollerent in via pcepit· ordinās ſcilicet vt qui euāgelium nūciat· de euāgelio viuat· Inſtāte vero mortis articulo· & tota illa gēte paſtorem ſimul & gregem perſequente· cōgruam tempori regulā decernit permittēs vt tollāt victui neceſſaria· donec ſopita inſania pſecutoꝝ· tempus euangelizandi redeat· vbi nobis quoqꝫ dat exemplum· iuſta nōnūq̄ cauſa inſtante quedam de noſtri ꝓpoſiti rigore poſſe ſine culpa intermitti ¶ Auguſti· cōtra fauſtū Nulla ergo inſtantia pcipientis ſed ratōne diſpēſatis ꝓ tempoꝝ diuerſitate pcepta vel cōſilia vel permiſſa mutant̄ ¶ Ambroſi· Qui autem ferire ꝓhibet· cur emere gladium iubet? niſi forte vt ſit parata defenſio· non vltio neceſſaria· Et videri potuiſſe vindicari· ſed noluiſſe· Vnde ſequit̄· Et qui non habet· ſcilicet ſacculū· vendat tunicam ſuā & emat gladiū ¶ Chriſoſto· Quid eſt hoc· Qui dixerat· ſi quis te percuſſerit in dextra gena· vertas ei & aliam· nunc armat diſcipulos· & ſolo gladio· nam ſi penit⁹ armare decebat· nō ſolū oportebat gladium poſſidere ſed & ſcuta & galeas· Sed & ſi mille huiuſmodi poſſiderent arma· ꝓ tot inſultibꝫ & inſidijs populorum tyrānoꝝ· vrbium natōnum· qualiter· xij· cōpareret· & ex ſolo aſpectu agminū non cōtremiſcerent? nutriti in ſtagnis & fluuijs· Non ergo putem⁹ eum iuſſiſſe vt gladios poſſiderent· ſed ꝑ gladios innuit imminētes inſidias iudeoꝝ Vnde ſequit̄ Dico enim vobis· qm̄ adhuc hoc quod ſcriptū eſt oportet impleri in me· Et cū iniquis deputat⁹ eſt· ¶ Theo· Cum em̄ ipſi int̄ ſe ſupra de pꝛogatiuis cōtenderit· non eſt inquit temp⁹ pꝛerogatiuarum immo piculoꝝ excidium· Nā ego magiſter veſter ducoꝛ ad mortem non honorabilem cum impijs deputandus· Etenim ea que ſūt de me ſcilicet p̄dicta finem habent· i· impletōnē· Volens ergo violentū inſultū innuere· meminit gladij· nec pꝛorſus reuelauit· ne tangerent̄ accidia· nec ꝓſus obtituit· ne repentinis aggreſſibꝫ fluctuarent· Sed poſtea recolētes mirarent̄· quomodo ſeipſū ꝓprium exhibuit paſſioni pro ſalute humana ¶ Baſili· Vel domin⁹ non iubet portare marſupium & perā & emere gladium· ſed predicit futuꝝ qꝫ ſcilicet apoſtoli obliti tempoꝛe paſſionis donoꝝ & legis domini auderent ſumere gladios· Sepius em̄ ſcriptura vtitur imparatiua ſermonis ſpecie loco ꝓphetie· In pluribꝫ tamen libꝛis non inuenit̄· accipiat· tollat· vel emat· ſed tollet & emet· ¶ Theo· Vel per hoc prenūtiat eis qꝫ incurrerent famem & ſitim· quod innuit per peram· & aduerſitates nonnullas· quod innuit per gladium· Vel aliter· qꝫ domin⁹ dicit· Qui habet ſacculū tollat ſimilit̄ & peram· videt̄ ſermo ad diſcipulos fieri· ſed reuera reſpicit quālibet iudei perſonam· Quaſi diceret ſi q̄s iudeoꝝ abūdat facultatibꝫ congeſtis omnibꝫ fugiat· Si autem quis vltima oppꝛeſus penuria colit regionem· hic eciam amictū vendat & gladium emat· Inuadet em̄ eos intollerabilis impetus pugne· vt nihil ad reſiſtendum ſufficiat· Deinde pandit hoꝝ maloꝝ cauſam· quia ſcilicet paſſus eſt penam ꝓphanis debitam cū latronibꝫ crucifixus· Et cum ad hoc puentum fuerit· ſumet finem verbum diſpenſatōnis· Perſecutoꝛibꝫ autem accident· que a ꝓphetis ſunt p̄dicta· Hec igit̄ domin⁹ p̄dixit de futuris regioni iudeoꝝ· ſed diſcipuli non intelligebant ꝓfunditatem dictoꝝ putantes ob futurum ꝓditoꝛis inſultum gladijs op⁹ eē· Vn̄ ſequit̄· At ille dixerūt· domine ecce duo gladij hic At ille dixit eis· ſatis eſt ¶ Criſoſto· Et quidem ſi humano eos volebat vti auxilio nec centum ſufficerent gladij· qꝫ ſi nolebat eos vti humano ſubſidio· & duo ſupuacui ſunt· ¶ Theo· Noluit ergo domin⁹ eos reprehēdere quaſi non intelligentes· ſed dicēs ſatis eſt· eos dimiſit· Quidam autē dicūt dominū ironice dixiſſe· ſatis eſt· Quaſi diceret· Ex quo duo ſunt gladij ſufficiant nobis ad tātam multitudinem q̄ta nos debet inuadere· ¶ Beda· Vel duo gladij ſufficiunt ad teſtimoniū ſponte paſſi ſaluatoris· Vn⁹ qui & apoſtolis audatiam ꝓ domino certandi & domino virtutem medicandi doceret inē· Alt̄ qui nequaq̄ vagina exept⁹ oſtēderet eos nec totū quod potuere ꝓ eius facere defenſione permiſſos· ¶ Ambro· Vel quia lex referre non vetat fortaſſe petro duos gladios offerēti ſatis eē dicit· q̄ſi licuerit vſqꝫ ad euāgeliū· vt ſit in lege eq̄tatis eruditō in euangelio bonitatis perfectio· Eſt etiam gladius ſpiritalis· vt vendas patrimoniū· & emas verbum quo mentis penetralia veſtiuntur· Eſt etiam gladius paſſionis vt exuas corpus & immolate carnis exuuijs ematur tibi ſacra coꝛona martirij Mouet adhuc qꝫ duos gladios diſcipuli protulerūt ne forte vnum noui· vnum veteris teſtamenti ſit· Deinde dicit dominus· ſatis eſt quaſi nil deſit ei quem vtriuſqꝫ teſtamenti doctrina munierit·

¶ Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum· Secuti ſunt autē illum & diſcipuli eius· Et cum perueniſſet ad locum· dixit illis Orate· ne intretis in temptatōnem· Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis· Et poſitis genibus orabat dicens· Pater ſi vis transfer calicem iſtum a me· Veruntamen non mea volūtas· ſed tua fiat· ¶ Beda· Tradendus a diſcipulo dominus conſueti receſſus locum quo facillime reperiri poſſit adit· Vn̄ ſequit̄· Et egreſſus ibat ſcd̄m cōſuetudīnē in mōtē oliuaꝝ ¶ Ciril· De die neqꝫ cōuerſabat̄ hieruſolimis· obſcura vero nocte ſuccedēte i mōtē oliuaꝝ cū ſuis cōuerſabat̄ diſcipulis· Vn̄ ſubdit̄· Secuti ſūt autē illū & diſcipl̄i ei⁹ ¶ Beda Pulchre autem ſui coꝛpoꝛis miſterijs imbutos in montem oliuarum diſcipulos educit· vt omnes in morte ſua baptizatos ſācti ſpiritus chariſmate cōfirmādos eē deſignet ¶ Theo· Poſt cenā aūt nequaq̄

inertia & iocus & ſomnus occupant dominum · ſed oratio & doctrina · Vnde ſequitur · Et cum peruemiſſet ad locum dixit illis · Orate ne intretis in temptationem · ¶ Beda Impoſſibile quidem eſt humanam animam non temptari · Vnde non ait · orate ne temptemini · ſed orate ne intretis in temptacionē hoc ē ne tēptatio vos ſuperet vltima · ¶ Cirillus · Sed ne ſolis verbis eis prodeſſet · procedens paululum · orabat · Vnde ſequitur · Et ipſe auulſus ē ab eis · quātū iactus eſt lapidis · Vbiqꝫ inuenies eum ſemotum orantē · vt diſcas ꝙ animo attēto & corde quieto colloquendum eſt cum deo ſublimi · Non autem quaſi egens alieni ſuffragij precibus inſiſtebat · qui eſt omnipotentiſſima virtus patris · ſed vt diſcamus non eſſe in temptationibꝰ dormitandum · ſed magis orationibus inſiſtēdum ¶ Beda · Solus etiam orat pro omnibus · qui ſolꝰ erat paſſurus pro omnibus ſignificans tantum orationem ſuam ꝗtum & paſſionem a noſtra diſtare ¶ Auguſt · de que euan · Auulſus eſt autē ab eis quantum iactus lapidis tanquam tipice admonuerit · vt in eum dirigerent lapidem ideſt uſqꝫ ad ipſū perducerent intentionem legis que ſcripta erat in lapide ¶ Grego · niſenꝰ Quid autē ſibi vult flexus genuum de quo dicitur · Et poſitis genibus orabat · humanus quidē vſus eſt pronos terre ſupplicare maioribus · facto oſtendentes fortiores eē qui rogantur · Palam eſt autem humanam naturam nihil habere deo cōdignum · Et ideo honorifica ſigna que inuicem exhibemus fatentes nos humiliores eē reſpectu excellentie proximi tranſumpſimus ad obſequia incōpabilis nature · Vnde ille q̇ noſtros languores portauit ac pro nobis interceſſit per hominem quem ſumpſit · genuflectit orando · ſanciēs non eē ſuperbiendum orationis tempore · ſed ꝑ omnia humilitati conformandum · quia deus ſuperbis reſiſtit · Dat autem humilibus gratiam · ¶ Chri · Quelibet autem ars verbis & operibus oſtenditur ab eo qui docet · quia ergo dominus venerat docturus nos ꝗlibet virtutem · ob hoc eadem dicit · & facit · Vnde quia iuſſerat verbis orare ne intrarent in temptationem · hoc etiam opere docet · Sequitur enī Dicens · Pater ſi vis tranſfer calicem iſtum a me Non dicit ſi vis · quaſi ignorans an patri placeret · neqꝫ enim magis ardua cognitio eſt · hac cognitiōe paterne ſubſtantie quam ipſe ſolus perſpicaciter nouit ſecundum illud · Sicut nouit me pater · & ego noui patrē · Neqꝫ hoc dicit · quaſi reſpuēs paſſionem · Qui enim conuitiatus eſt diſcipulo volēti eius paſſionem impedire vt ſathanā eum vocaret poſt mlta ꝓomia · q̄liter crucifigi nolebat ! Cur igit̄ ita dictum eſt · conſideres quantum erat audire · ꝙ deꝰ ineffabilis qui quemlibet intellectum tranſcendit voluit vterum ſubire virgineum · lac ſuggere · & humana queqꝫ pati · quoniam ergo fere incredibile erat · quod erat futurum · Primo quidē miſit ꝓphetas hoc nuntiantes poſtea ipſe indutus carne veniens vt non phantaſma putaretur · permittit carnē ferre naturales defectus · eſurire · ſitire · & dormire · laborare · affici · & anxiari · ob hoc & recuſat mortē veram humanitatem demonſtrans · ¶ Ambroſiꝰ · Dicit ergo · Si vis trāſfer a me calicem iſtum q̄ſi homo mortem recuſans · quaſi deꝰ ſententiam ſuā ſeruans · ¶ Beda · Vel tranſferri a ſe calicē poſtulat · non quidem timore patiendi · ſed miſericordia prioris populi · ne ab illo bibat calicem ꝓpinatum · Vnde & ſignanter non dicit tranſfer a me calicē ſed calicem iſtum · hoc eſt populi iudeorum · qui excuſationem ignorantie habere non poteſt · qui me quottidie vaticinantur · ¶ Dioniſius Alexādrinꝰ Vel ꝙ dicit · Tranſfer calicem iſtum a me · non ē hoc · nō adueniat mihi · niſi enī aduenerit trāſferri nō poterit · igitur vt ſenſit iā preſentē · cepit affici & triſtari & q̄ſi iam propiquātē eo dicit · Trāſfer calicem hunc · Sicut enī quod preterit nec intactū eſt nec permanens · ſic & ſaluator leuit̄ inuadentē temptatōnem flagitat pelli · & hoc eſt non intrare in temptatōnem · quod conſulit eē orandum · perfectiſſimꝰ autem modus temptatōnes euitandi manifeſtatur · cum dicitur · Veruntamen non mea volūtas · ſed tua fiat · deꝰ enim inexpertus eſt malorum · Vult autem nobis bona largiri ſupra id quod petimꝰ · vel intelligimus · Ergo perfectam voluntatē patris quam ipſe nouerat · petit ſortiri effectum · que eadem eſt & ſua ſcd̄m deitatem · Renuit autē impleri humanam voluntatem · quam dicit ſuam · paterna voluntate minorem · ¶ Athanaſiꝰ · Geminum enim hic velle oſtendit · alterum quidem humanum quod eſt carnis · alterum vero diuinum · humanitas enī ob carnis fragilitatem recuſat paſſionem · ſed diuinus eius affectus affectanter eam ſubijt · eo ꝙ non eēt poſſibile eum detineri a morte · ¶ Gregoriꝰ · niſenus · Appollinaris autem aſſerit ꝙ criſtus non habuit · ſecundum terrenam naturā ꝓpriam voluntatem · ſed ſolum in chriſto eſt volūtas dei qui de celo deſcendit · Dicat ergo quam voluntatem vult dominus nequaꝗ̄ euenire ! Neqꝫ enim deitas aufert ꝓpriam voluntatem · ¶ Beda · appropinquans etiam paſſioni ſaluator · infirmancium in ſe vocē ſumpſit · vt cum hoc imminet · quod fieri volumus ſic per infirmitatē petamus · vt nō fiat quatinus per fortitudinem parati ſimus · vt voluntas cōditoris noſtri etiā contra noſtrā volūtatē fiat ¶ Textus

¶ Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum · Et factus in agonia prolixius orabat · Et factus ē ſudor eiꝰ ſicut gutte ſāguinis decurrētis ī terrā · Et cū ſurrexiſſet ab oratōe · & veniſſet ad diſcipulos ſuos · īuenit illos dormiētes ꝑ triſticia & ait illꝭ Quid dormitis ! ſurgite & orate ne ītretis intēptatōꝫ

¶ Theo · Vt nobis innoteſceret orōnis virtꝰ · q̄tinꝰ eā aduerſis ꝓponamꝰ · Orans dn̄s ab angelo cōfortat̄ · vt dicit̄ · Apparuit aūt illi angelꝰ de celo cōfortās eū ¶ Beda · Alibi legimꝰ qꝛ āgeli acceſſert

& miniſtrabant ei. In documento ergo vtriuſq; na
ture angeli & ei miniſtraſſe & eum confortaſſe dicu̅
tur. Creator enim creature ſue non eguit preſidio
ſed homo factus. ſicut propter nos triſtis eſt. ita
propter nos confortatur. ¶ Theophilus. Quidam
autem dicunt. quoniam apparuit ei angelus glori
ficans eum & dicens. Domine tua eſt virtus. tu
nanq; potes contra mortem & infernum genus
humanum liberare. ¶ Chriſ. Et quia non phanta
ſtice ſed vere noſtram carne̅ ſuſcepit. vt approbet
diſpenſationis veritatem. & oppilet hereticorum
ora. queq; humana ſuſtinet. Sequitur enim. Et fa
ctus in agonia prolixius orabat. ¶ Ambro. Hor
rent pleriq; hoc loco. qui triſticiam ſaluatoris ad ar
gumentum moliu̅t potius a principio ꝙ ſuſcepte ad
ad tempus infirmitatis inclinant. Ego autem no̅
ſolum excuſandum no̅ puto. ſed nuſq; magis pie-
tatem eius maieſtatemq; demiror. Minus enim co̅
tulerat mihi. niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Su
ſcepit enim triſticiam meam vt mihi ſuam leticiam
largiretur. Confidenter triſticiam nomino. quia
crucem predico. Debuit ergo dolorem ſuſcipere. vt
vinceret. Neq; enim habent fortitudinis laude̅ qui
ſtuporem magis vulnerum tulerint ꝙ dolorem.
Nos ergo voluit erudire. quemadmodum mortem
& quod eſt amplius. future mortis meſticiam vin
ceremus. Doles ergo domine non mea. ſed tua vul
nera. Infirmatus eſt enim propter delicta noſtra.
Et fortaſſe triſtis e̅ ideo. q2 pꝰ ade lapſu̅ tali tra̅ſitu
nobis erat ex hoc ſeculo recedendum. vt mori eēt
neceſſe. Nec illud diſtat a vero. Sed triſtis erat ꝓ
perſecutoribꝰ ſuis quos ſciebat in malis ſacrilegijs
penas daturos. ¶ Grego. xxiiij. mora. Appropin
quante etiam morte noſtre mentis in ſe certamen
expreſſit. qui vim quandam terroris ac formidinis
patimur. cum per ſolutio̅em carnis eterno iudicio ꝓ
pinquamus nec immerito. quoniam anima poſt
puſillum hoc inuenit. quod ineternum mutare non
poſſit. ¶ Theo. ꝙ autem humane nature foret ꝑ
miſſa oratio non autem diuine vt dicunt arriani.
patet etiam ex eo ꝙ ſudauit. Sequitur enim. Et fa-
ctus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurre̅tis
in terra̅. ¶ Beda. Nemo ſudorem hunc infirmitati
deputet. quia contra naturam eſt ſudare ſanguine̅.
ſed potius intelligat per hoc nobis declaratum. ꝙ
effectum iam ſue precis obtineret. vt ſcilicet fidem
diſcipulorum quam terrena adhuc fragilitas ar-
guebat. ſuo ſanguine purgaret. ¶ Auguſt. in ſen
tencijs proſperi. Orans etiam cum ſudore ſanguieo
dominus ſignificabat de corpore ſuo toto quod eſt
eccleſia manatura martiria. ¶ Theo. Vel hoc pro-
uerbialiter dicitur de eo qui vehementer ſudauit.
ꝙ ſudauit ſanguinem. Volens igitur euangeliſta
innuere ꝙ groſſis ſudorum guttis madebat. ſumit
guttas ſanguinis ad exemplum. Poſt hoc autem
inueniens diſcipulos dormie̅tes pre triſtitia impro
perat eis. ſimul admonens vt orarent. Sequit̄ en̄

Et cum ſurrexiſſet ab oratio̅e & veniſſet ad diſcipu-
los ſuos. inuenit eos dormientes pre triſticia.
¶ Chriſoſto. Erat enim intempeſtu̅ noctis. & diſci
puloꝝ oculi p̄anguſtia premeba̅t. & erat ſomnꝰ
non corporis. ſed meroris. ¶ Auguſti. de con. eua̅.
Non aute̅ expreſſit hic lucas quota oratio̅ne domi-
nꝰ ad diſcipulos venerit. nihil tame̅ hoc matheo
& marco repugnauit. ¶ Beda. Demo̅ſtrat aute̅
dominꝰ co̅ſequenter. quia ꝓ diſcipulis orauerit q̄s
monet orationum ſuaꝝ vigilando & orando exiſtere
participes. Sequit̄ enim. Et ait illis. Quid dormi
tis? ſurgite. & orate. ne intretis intemptationem.
¶ Theo. Hoc eſt. Ne a temptatio̅ne ſupere̅t. Hoc
enim eſt no̅ induci in temptatio̅nem. n̄ demergi ab
ea. Vel ſimplicit̄ nos iubet orare. vt tra̅quilla ſit
noſtra vita nec immergamur in aliquod moleſtoꝝ.
Diabolicum enim e̅ & ſuperbum queq; ſe in temp
tatio̅ne̅ p̄cipitare. Vnde & iacobꝰ non dixit. inijcite
vos in temptatio̅nes. ſed cu̅ incideritis. omne gaudi
um eſtimate. de inuito voluntarium facie̅tes.
¶ Adhuc eo loquente ecce turba. & qui vocat̄ iu-
das vnꝰ de. xij. antecedebat eos. Et appropinquauit
iheſu vt oſcularet̄ eu̅. Iheſus aute̅ dixit ei. Iuda
oſculo filium hominis tradis? vide̅tes autem hij.
qui circa ipſu̅ era̅t. quod futurum erat. dixeru̅t ei.
Domine ſi pcutimꝰ in gladio. Et pcuſſit vnꝰ ex
eis ſeruum principis ſacerdotum & amputauit au-
riculam eiꝰ dextra̅. Reſpondens autem iheſus ait.
Sinite vſq; huc & cu̅ tetigiſſet auriculam eius. ſa-
nauit eum dixit autem iheſus ad eos qui venerant
ad ſe principes ſacerdotu̅ & magiſtratus templi &
ſeniores. Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs &
fuſtibus. cum quottidie vobiſcum fueri̅ intemplo
no̅ extendiſtis manꝰ in me. Sed hec eſt hora veſ-
tra. & poteſtas tenebraꝝ. ¶ Gloſa. Premiſſa ora-
tione chriſti. ſubiicitur de eius proditione qua a di-
ſcipulo proditur. Dicitur enim. Adhuc eo loque̅te
ecce turba & qui vocatur iudas vnꝰ de. xij. ante-
cedebat eos. ¶ Cirillus. Dicit autem qui vocabat̄
iudas. quaſi nome̅ eiꝰ habens exoſu̅. addit autem
vnꝰ de. xij. ad ſignificantiam nequicie proditoris. Na̅
qui honoratꝰ fuerat eq apoſtolis factꝰ e̅ occiſionis
cauſa in xp̄m ¶ Criſo. Sicut en̄ inſanabilia vul
neꝝ nec auſteris medicame̅tis obediunt nec demul
ce̅tibꝰ ſic aīa vbi ſemel eſt captiuata & ſi ipſa̅ dede
rit cuicu̅q; peccato nullu̅ emolume̅tu̅ ex admonitio̅ni
bꝰ oſeq̄t̄ qd' & ide accidit a proditoe n̄ ceſſanti. ꝙuis
om̄i mō doctrine eēt a xp̄o cohibitꝰ. Vn̄ ſeq̄t̄. Et
appropinquit ihū vt oſcularet̄ eu̅. ¶ Ciril. Imme
mor en̄ gl'e xp̄i. putauit forſita̅ poſſe latere̅ age̅. au
ſus p̄cipuu̅ dilectio̅is ſignu̅. organu̅ effice̅ doli.
¶ Criſo. No̅ aute̅ diſcede̅du̅ e̅ a fratrꝝ admonitio̅ne
q̄nq; nihil p̄ficere n̄ra vba euēiat na̅ & riuuli & ſi nul
lꝰ hauriat. fluu̅t. & ſi forſa̅ n̄ pſuaſeris hodie pote
ris forſa̅ cras. Piſcator en̄ p tota̅ diem vacua tra-
he̅s retia circa ſero piſcem capit. Vnde dominus
& ſi ſciret iuda̅ no̅ co̅uerte̅dum. no̅ deſtitit facere q̄

ſua intererat· Sequitur enim· Jheſus autem dixit
ei· Juda oſculo filium hominis tradis! ¶ Ambro·
Per interrogationem pronuntiandum puto· quaſi
amantis affectu corripiat ꝓditorem· ¶ Chriſo·
Proprium autem nomen ponit· quod magis dolē
tis erat· & reuocātis· ꝙ prouocati ad irā· ¶ Am-
broſius· Dicit autem oſculo tradis· hoc eſt amo-
ris pignore vulnus infligis! & pacis inſtrumento
mortē irrogas! Seuus dn̄m· diſcipl9 ꝓdis mgr̄m
elect9 autorē ¶ Chr· Nō aūt dicit· tradis mgr̄m tuū
dn̄m tuū· bn̄factorē· ſꝫ filiū hoīs· hoc eſt māſuetū &
mitē· Qui ſi nō eſſet mgr̄ & dominus· quia tamen
tam ſuauiter erga te geſſit· non eſſet a te prodend9
¶ Ambroſius· Magna o domine ſignificatio po-
teſtatis· magna diſciplina virtutis & conſilium ꝓ
ditionis aperitur· et adhuc patientia non negatur
Oſtendit deum quem proderet· dum occulta mani-
feſtat· Oſtendit quem traderet· dum dicit filium
hominis· quia caro non diuinitas comprehenditur
Jllud tamen plus confutat ingratum ꝙ eum tradi
derit· qui cum eſſet dei filius· propter nos filius ho
minis eſſe voluiſſet· quaſi diceret propter te ſuſce-
pi ingrate quod tradis hypocrita· ¶ Auguſtinus
hoc ergo domin9 cum traderetꝰ· primo dixit· quod
ait lucas· Juda oſculo filium hominis tradis! De
inde quod mathe9· Amice ad quid veniſti· Deinde
id quod iohannes cōmemorat· Quem queritis·
¶ Ambroſi9· Oſculatus eſt autem eum dominus
non quo ſimulare nos doceat· ſed ut neqꝫ ꝓditorē
refugere videretꝰ· & plus afficeret ꝓditorē cui amo
ris officia non negaret· ¶ Theo· zelantur autem
diſcipuli & gladios euaginant· Vnde ſequitꝰ· Vi
dentes autem hÿ qui circa ipſum erāt· quod futurꝝ
erat· dixerant ei· Domine ſi percutimus in gladio
Sed qualiter habent gladios· qꝛ mactauerāt agnū
& a mēſa diſceſſerant· Alÿ autem diſcipuli querūt
an percuterent· Sed petr9 vbiqꝫ feruēs ꝓ domino
perſuaſionem non expectat ſed percutit ſeruū pon
tificis· Vnde ſequitur· Et percuſſit vnus ex illis
ſeruum principis ſacerdotum· & āputauit auricu-
lam eius dexteram· ¶ Auguſt· de con· euan· Qui
percuſſit· ſecundum iohannem petrus erat· quē per
cuſſit autem malcus vocabatur· ¶ Ambro· Erudi
tus enim in lege petr9 promptus affectu· qui ſciret
phinees reputatum ad iuſtitiam ꝙ ſacrilegos pere
miſſet· percuſſit principis ſeruum· ¶ Auguſtin9·
de con euan· Deinde lucas dicit· Reſpondens aūt
iheſus ait· Sinite vſqꝫ huc· Et hoc ē qđ matheus
commemorat· conuerte gladium tuum in locum ſu
um· Nec moueat quaſi contrarium ſit· quod lucas
huc dicit dominum reſpondiſſe· Sinite vſqꝫ huc·
quaſi poſt iſtam percuſſionem ita dictum fuerit·
vt placuerit ei uſqꝫ huc factum· Sed amplius fieri
noluerit· Cum in verbis que mathe9 poſuit· intelli
gatur potius totum factum quo vſus eſt gladio pe
trus· domino diſpliciuiſſe· Jllud enim verum eſt· ꝙ
cum interrogaſſent dicentes· Domine ſi percutim9
in gladio! tunc reſpondit· Sinite vſqꝫ huc· ideſt
non vos moueat· quod futurum eſt· permittēdi ſūt
huc uſqꝫ progredi· hoc eſt vt me apprehendāt· &
impleātur que de me ſcripta ſunt Nō enim diceret
Reſpondens autem iheſus· niſi ad interrogationē
eorum reſponderet· nō facto petri· Sed inter mo-
ras verborum interrogantium dominum & illius
reſpondentis Petrus auiditate defenſionis ꝑcuſſit
Sed non potuit ſimul dici que ſimul fieri potuerꝰ
tunc ſicut dicit lucas ſanauit eū· qui ꝑcuſſus erat
Sequitur enim· Et cum tetigiſſet auriculam eius
ſanauit eum· ¶ Beda· Nunquā enim pietatis ſue
dominus obliuiſcitur· Jlli iuſto mortem inferunt
iſte perſequentium vulnera ſanat ¶ Ambro· Sed
cum dominus vlnere cruentum deterſit· miſteria
diuina ſubiecit· vt ſeruus principis mundi non na
ture conditione· ſed culpe auris vulnus exciperet·
qui non audiſſet verba ſapientie· Aut ſi petrus vo
lens percuſſit aurem· docuit ꝙ aurē in ſpem habere
non deberet· quam in miſterio non haberet· Sed
quare petrus· quia ipſe ligandi & ſoluendi adept9
eſt poteſtatem· Et ideo tollit gladio ſpiritali aurem
interiorem male intelligentis· Sed dominus ipſe
refundit auditum· demonſtrans & ipſos ſi conuer
tantur· poſſe ſanari qui in paſſione domini vulnera
ti ſunt· eo ꝙ omne peccatum fidei miſterÿs abluatꝰ
¶ Beda· Vel ſeru9 iſte populus eſt iudeorꝝ prin-
cipibus ſacerdotum indebito mancipatus offitio·
qui in paſſione domini dexterā auriculam ideſt ſpi
ritalem legis intelligentiā perdidit· que ſcilicet au
ris· petri gladio deciditur· non ꝙ ille ſenſum intel
ligendi audientibus tollat· ſed diuino ablatum iu-
dicio negligentibus pandat· Verum eadem dexte
ra auris in hÿs que in eodem populo crediderūt diui
na dignatione priſtino eſt reſtituta offitio· Seq-
tur· Dixit autem iheſus ad eos qui venerāt ad ſe
principes ſacerdotum & magiſtratus templi & ſe
niores· Quaſi ad latronem exiſtis cum gladÿs &
fuſtibus· ¶ Chriſoſt· Acceſſerunt enim nocte ti-
mentes multitudinis impetum & ideo dicit quid
vobis op9 erat hÿs armis ī eum q̀ vobiſcū eſt ſem
per· Et hoc eſt quod ſequitur· Cum quottidie vo
biſcum fuerim in templo· non extendiſtis manus
in me· ¶ Cirillus· Vbi non inculpat dominus pre
ſides iudeorum ꝙ non ſibi mature parauerant inſi-
dias mortis· ſed arguit eos qui temere opinabantꝰ
eum ſe inuaſiſſe ipſo inuito· Ac ſi dicat· Tunc nō
cepiſtis me· quia nolebam· & nec nūc poſſetis· niſi
me ſponte veſtris ſubicerem manib9· Vnde ſequitꝰ
Sed hec eſt hora veſtra· i· paruum tempus conceſ
ſū eſt vobis exercende in me veſtre ſuperbie patre
votis meis fauente· Dicit etiam quod hec poteſtas
ē tebris data· i· diabolo & iudeis inſurgēdi ī xp̄m·
Et hoc ē qđ ſubditꝰ· & ptās tebrarꝝ· ¶ Beda· q̄ſi
diceret ideo aduēſū me ī tebris cōgregami· qꝛ ptās
vr̄a q̄ ſic cōtra lucē mūdi armami· ī tebris ē· Queritꝰ
aūt q̄mō iheſus pric. pes ſacerdotū· Mgrāt9 tēpli &

ſeniores qui ad ſe venerūt· alloqui dicatur· Cum apud alios euangeliſtas nō ipſi veniſſe· verum in atrio cayphe expectantes miniſtros miſiſſe perhibeant· ſed huic cōtrarietati dat quod illi non per ſe ipſos· ſed per eos quos miſerunt ad apprehendendum criſtum· in ſue iuſſionis poteſtatem venerunt. Sequitur textus

Comprehendentes autem eum· duxerunt ad domum principis ſacerdotū· petrus vero ſequebat eū a longe· Accenſo autē igne in medio atrio & circumſtantibꝫ illis· erat petrus in medio eorꝫ· Quem cum vidiſſet ancilla quedam ſedētem ad lumen· & eum fuiſſet intuita dixit· Et hic cū illo erat· At ille negauit eum dicens· Mulier non noui illum· Et poſt puſillū· ali⁹ videns eum· dixit· Et tu de illis es· Petrus vero ait O homo· non ſū· Et interuallo facto quaſi hore vni⁹· ali⁹ quidam affirmabat dicens· Vere & hic cum illo erat· nam & galile⁹ ē· Et ait petrus· O homo neſcio quid dicis· Et cōtinuo adhuc illo loquente· gall⁹ cantauit· Et cōuerſus dominus reſpexit petrum· Et recordatus eſt petrus verbi domini quod dixerat· quia priuſqꝫ gall⁹ cantet· ter me negabis· Et egreſſus foras petrus fleuit amare. Ambroſi⁹· Non intellexerunt infelices miſterium· nec venerati ſūt tam clemētem pietatis affectum qꝫ etiam hoſtes ſuos nō paſſus eſt vulnerari· Dicit enim· Comprehendētes autē eū duxerūt ad domum pncipis ſacerdotum· Cum legimus teneri ihesū· caueamus ne putem⁹ eū teneri ſecūdū diuinitatem & inuitum· quaſi infirmum· tenetur em̄ & ligat ſcd̄m corporis veritatem. Beda· Princeps autem ſacerdotū caypham ſignificat qui ſcd̄m iohānem erat pontifex anni illi⁹· Auguſtin⁹· de con· euan· Sed pmo ad annam duct⁹ eſt ſocerum cayphe· ſicut iohānes dicit· qꝫ ad cayham vt mathe⁹ dicit· Marcus autem & lucas nomen non dicūt pontificis· Criſoſt· Ideo autem ducitur ad domum pontificis· ut de cōſenſu principis ſacerdotum ſingula queqꝫ facerent· illuc enim omnes cōuenerāt criſtum preſtolantes· magn⁹ autem feruor petri oſtendit qui nō auffugit· cū alios fugientes vidiſſet· Sequitur em̄· Petrus autē ſequebat eum a longe· Ambroſi⁹· Bene a longe ſequebat iam pximi⁹ negatur neqꝫ em̄ negare potuiſſet· ſi xp̄o proxim⁹ adheſiſſet· Sed in hoc fit reuerendus qꝫ dominū non reliquit· etiam cum timeret metus nature eſt· cura pietatis. Beda· Quod autem ad paſſionem euntem dominum a longe ſequitur petrus· ſignificat eccleſiam ſecuturam quod eſt imitaturam paſſionem domini· ſed longe differenter· Eccleſia enim p ſe patitur· at ille pro eccleſia. Ambroſi⁹· Iam autem in domo principis ſacerdotum ignis ardebat· Vnde ſequitur· Accenſo autem igne in medio atrio & circūſtantibus illis erat petrus in medio eorum· Acceſſit petr⁹· vt calefaceret ſe· quia clauſo domino calor mentis iam in eo refrigerat. Criſoſto· Tradite enim erant petro claues regni celorꝫ· credenda erat ei populorꝫ innumera multitudo· q̄ eēt inuoluta peccatis· Erat autem petrus paulo durior· ſicut truncata ſerui principis ſacerdotū declarat auricula· Hic igit tā dur⁹ tāqꝫ ſeuer⁹· ſi donum non peccandi fuiſſet adeptus· que venia commiſſis populis donaretur! quē diuina prouidētia permiſit qꝫ primo ipe laberetur in peccatum· quo erga peccantes duriorem ſententiā proprij caſus intuitu temparet· Et cum ſe calefacē vellet ad prunas· acceſſit ad eum puella de qua ſequitur· Quem cum vidiſſet ancilla quedā ſedentem ad lumen· & eum fuiſſet intuita· dixit· Et hic cum illo erat. Ambro· Quid ſibi vult qꝫ primo eū prodit ancilla· cum viri vtiqꝫ magis potuerint eum recognoſcere· niſi vt iſte ſex⁹ peccare ī nece domī videret· vt & iſte ſexus redimeretur p domini paſſionem· Petrus autem pditus negat· Malo enim negaſſe petrum qꝫ dominum fefelliſſe· Vnde ſequitur· At ille negauit dicens· Mulier non noui illum. Chriſoſt· Quid ais o petre! Vox tua repēte mutata eſt· Os enim plenum fidei & amoris ī odium perfidiamqꝫ conuerſum eſt· Non tibi flagella· non dum ſunt admota tormenta· qui te interrogat nullus eſt eorum qui autoritate ſui poſſit formidine m incutere confitenti· mulier te ſimplici voce interrogat & forte nec proditura confeſſum· Nec tamen mulier ſed puella hoſtiaria· vile mancipium· Ambroſius· Sed ideo negauit petrus· quia pmiſit incaute· non negat in monte· non in templo· non in ſua domo· ſed in pretorio iudeorum· Ibi negat· vbi ihesus ligatus eſt· vbi veritas non eſt· Negans autem dicit· Non noui illum temerariū quippe erat· vt diceret quia nouerat eum· quē mēs humana non poteſt comprehendere· Nemo enim nouit filium niſi pater· Rurſum ſecūda vice chriſtum negat Sequitur enim· Et poſt puſillum· ali⁹ videns eum· dixit· Et tu de illis es· Auguſtin⁹ de con euange· Intelligitur autem qꝫ in hac ſecunda negatione· a duobus eſt compellatus ab ancilla ſcilicet quam comemorant matheus & marc⁹ & ab alio quem commemorat lucas· Hoc ergo quod hic lucas dicit· & poſt puſillum· iam egreſſus erat ianuam petrus· & primum gallus cantauerat vt marcus dicit· Iam redierat· vt quemadmodum dicit iohannes· ad focum ſtans iterum negaret· de qua negatōne ſequitur· Petrus vero ait o homo· non ſū· Ambroſi⁹· Maluit em̄ ſe negare· qꝫ xp̄m aut quia videbatur negare chriſti ſocietatem· vtiqꝫ ſe negauit. Beda· In hac autem negatōne petri dicim⁹· non ſolū ab eo negari xp̄m· q̄ dicit eū non eē xp̄m· ſed ab illo etiam qui cū ſit· negat ſe eē criſtianum· Ambroſius· Tertio quoqꝫ interrogat· Seqt em̄· Et interuallo facto qſi hore vni⁹ ali⁹ qdā affirmabat· dicēs Vē & h cū illo erat· Aug· de cō· euā· Quod math· & mar· dicūt p⁹ puſillū· qntū eēt hoc tpis· maīfeſtat h lucas dicēdo Et iteruallo facto qſi hore vni⁹ de hoc aūt interuallo

tacet Iohãnes· Item quod Matheus & Marc⁹ nõ
ſingulari ſed plurali numero enũtiant eos qui cũ
petro agebãt. cũ Lucas & iohãnes vnũ dicãt. faci-
le eſt ĩtelligere aut pluralẽ numerũ ꝓ ſingulari vſi
tata locutõne vſurpaſſe matheũ & marcũ· Aut qđ
vnus maxime tanꝗ̃ qui eũ viderat· affirmabat.
ceteri autem ſecuti eius fidẽ petrũ ſimul vrgebãt
Iam vero illud qđ matheus ipſi petro dictũ aſſeue
rat· nonne te vidi in orto! Marcus autem & lucas
int̃ ſe illos de petro locutos· aut ſententiam ĩtelli-
gim⁹ tenuiſſe eos. qui compellatũ dicũt petrũ· Tã
tũ enim valet ꝙ de illo corã illo dicebatur. quãtum
ſi illi diceretur· aut vtroqꝫ modo dictũ· & alios hũc
alios illũ modũ commemoraſſe. ¶ Beda. Subdit
autẽ· nam & galileus eſt. Non ꝙ alia lingua gali-
lei atqꝫ alia loquerentur· Hierosolimite· qui vtriqꝫ
fuerũt hebrei. ſed ꝙ vnaqueqꝫ ꝓuincia & regio·
ſuas habẽdo ꝓꝓ̃etates vſitatũ loquẽdi ſonũ vitare
non poſſit· Sequit̃· Et ait petrus· O hõ neſcio· qđ
dicis· ¶ Ambroſius· Hoc eſt ſacrilegia veſtra ne-
ſcio. ſed nos excuſam⁹· ipſe non excuſauit· Non ei
ſatis eſt inuoluta reſponſio cõfitentis ihesũ. ſed ap
ta cõfeſſio· Et ideo petrus non de induſtria reſpon-
diſſe ſic inducit̃· q2 poſtea recordat⁹ eſt· & tamen
fleuit· ¶ Beda· Solet aũt ſacra ſcriptura ſepe me
ritũ cauſarum p meritum deſignarẽ temporũ· Vnde
petr⁹ qui media nocte peccauit· ad gallicantum pe
nituit· Sequitur enim· Et continuo illo adhuc loquē
te. gallus cantauit. Quia qđ in tenebris obliuionis
errauit· vere lucis rememoratõne correxit· ¶ Au-
guſtin⁹· de cõ· euã. Galli autem cãtũ poſt trinam
negatõnẽ petri intelligim⁹ ſicut Marcus exp̃ſſit·
¶ Beda. Hunc gallum miſtice opinor aliquẽ docto
rum intelligẽdũ. qui iactãtes & ſomnolẽtos incre-
pat dicẽs. Euigilate iuſti· & nolite peccare· ¶ Ch
riſoſtom⁹· Admirarẽ aũt curã magiſtri q2 cũ vict⁹
eſſet. multa vtebat̃ ꝓuiſione erga diſcipulũ quẽ nu
¶ Et lux in tenebris lucet & tenebre eam nō com-
prehenderūt. ¶ Aug. ſup iohannē. Quia vita illa
eſt lux hominū. ſed ſtulta corda capere iſtam lucē
non poſſunt. quia peccatis ſuis agrauant̄. vt eam
videre nō poſſint. ne ideo cogitent quaſi abſentem
eſſe lucem quia eam videre nō poſſunt. Seq̄t̄. Et
lux in tenebris lucet. & tenebre eam non compre-
henderūt. Quomodo em̄ homo poſitus in ſole cecus
preſens eſt illi ſol. ſed ipſi ſoli abſens eſt. ſic om-
nis ſtultus cecus eſt. & ꝑ̄ſens eſt illi ſapientia.
Sed cū ceco ꝑ̄ſens eſt. oculis eius abſens eſt. nō
quia illi abſens eſt. ſed q2 ipſe abſens eſt ab illa.
¶ Orige. Tenebre aūt hꝰmōi hoīm nō natura ſūt
ſcđm illud pauli. Eramus aliquādo tenebre. Nunc
autē lux in domino. ¶ Orige. in homelia. Vel ali
ter. Lux in tenebris fidelium animarū lucet a fide
inchoans. ad ſpē trahens. Imperitorū vero cordiū
perfidia & ignorantia lucem verbi dei in carne ful
gentis non comprehenderūt. Sed iſte ſenſus mo-
ralis eſt. Phiſica vero horum verboꝝ theoria ta-
lis eſt. humana natura & ſi non peccaret ſuis pro-
prijs viribꝫ lucere non poſſet. Non em̄ naturaliter
lux eſt. ſed particeps lucis. capax ſiquidem ſapi-
entie eſt non ipſa ſapientia. Sicut ergo aer ꝑ ſe-
metipſum non lucet ſed tenebrarū vocabulo nun-
cupatur. ita noſtra natura dum ꝑ ſeipſam conſide-
ratur quedam tenebroſa ſubſtantia eſt. capax ac
particeps lucis ſapientie. Et ſicut aer dum ſolares
radios ꝑticipat. nō dicit̄ ꝑ ſe lucere. ſed ſolis ſplē-
dor ī eo apparē. Ita rationabil̄ noſtre nature pars
dum preſentiam verbi dei poſſidet. non ꝑ ſe res in-
telligibiles & deum. ſuum ſed ꝑ inſitum ſibi di-
uinum lumē cognoſcit. Lux itaq̄ȝ in tenebris lucȝ
quia dei verbū vita & lux hominū. in noſtra natu
ra que ꝑ ſe inueſtigata & conſiderata informis que
dam tenebroſitas inuenitur. lucere non deſinit. Et
quomā ipſa lux omni creature eſt incomprehenſi
bilis. tenebre eam non comprehenderūt. ¶ Chriſ.
Vel aliter. Totum ab illo loco. Et vita erat lux
hominū. primū nos de cōditione docuerat. Deinde
dicit. & que ſecundum animam bona prebuit no-
bis veniens verbum. Unde dicit. Et vita erat lux
hominum. Non dicit. Lux iudeorum. ſed vniuer-
ſaliter hominū. Non em̄ iudei ſolum. ſed & genti-
les ad hanc venerunt cognitionē. Non autē adiecit
& angeloꝝ. quoniam ei de natura humana ſermo
eſt quibꝫ verbū venit euāgeliſans bona. ¶ Orige.
Querunt aūt quare non verbum lux hominū dictū
eſt. ſed vita que in verbo ſit. quibus reſpondemus
quia vita ad preſens non ea que communis eſt ra-
tionaliū & irrationalium dicit̄. ſed que adiungit̄
verbo quod in nobis fit per participationem verbi
primarij. ad diſcernendum apparentem vitam &
non veram & cupiendam veram vitam. Prius er-
go participamus vitam que apud quoſdam quidē
eſt potentia non actu lux. qui ſcilicet non ſūt aui-
di ꝓquirere que ad ſcientiā pertinent. apud quoſ-
dam vero & actu lux efficit̄. qui ſecundū apoſto-
lum emulantur dona meliora. ſcilicet verbum ſapi
entie. ſi tamen & tunc idem eſt vita & lux hominū
nullus manens in tenebris ꝑfecte viuere compro-
batur. nec quiſq̄ȝ viuentium conſiſtit in tenebris.
¶ Chriſ. Vita em̄ adueniente nobis ſolutum eſt
mortis imperium. & luce lucente nobis non vltra
ſunt tenebre. ſed ſemꝑ manet vita quam mors ſu-
perare non poteſt. nec tenebre lucem. Unde ſequi
tur. Et lux in tenebris lucet. Tenebras mortē &
errorem dicit. Nam lux quidem ſenſibilis non in
tenebris lucet. ſed ſine illis. Predicatio vero chri
ſti in medio erroris regnantis fulſit. & eum diſpa-
rare fecit. & in vitam mortem fecit mortuus chri-
ſtus. ita eam ſuperans. vt eos qui detinebant̄. re-
duceret. Quia igit̄ neq̄ȝ mors eam ſuꝑauit. neq̄ȝ
error. ſed fulgida eſt eius predicatio vbiq̄ȝ. & lu-
cet cum ꝓpria fortitudine. ꝓpterea ſubdit. tenebre
eam non comprehenderunt. ¶ Origenes. Eſt
etiam ſciendum. ꝙ ſicut lux hominum nomen eſt
duarum ſpiritualium rerum. ſic & tenebre. Dici-
mus enim hominum lucem poſſidentem opera lu-
cis perficere. & etiam cognoſcere. quaſi illuſtratū
lumine ſcientie. & econtrario tenebras dicimus
illicitos actus. & eam que videtur ſcientia. non eſt
autem. Sicut aūt pater lux eſt & in eo tenebre
non ſunt vlle. ſic & ſaluator. Sed quia ſimilitu-
dinem carnis peccati ſubijt. non incongrue de eo di
citur ꝙ tenebre in eo ſunt alique. ipſo in ſe ſuſcipi-
ente noſtras tenebras. vt eas diſſiparet. Hec igit̄
lux que facta eſt vita hominum. radiat in tenebris
animarum noſtrarum & venit vbi princeps tene-
brarum harum cum genere bellat humano. Hanc
lucē perſecute ſunt tenebre. quod patet ex hijs q̄
ſaluator & eius filij ſuſtinent. pugnantibus tene-
bris cōtra filios lucis. Verū quia deus patrocinat̄
non inualeſcunt. Unde nō apprehendūt lucē. Vel
q2 celeritatē curſus lucis ſubſeq̄ nō valēt ꝓpt̄ ꝓpriam

tarditatē · Vel quia ſi ſuperuenientem expectant · fugantur luce appropinquātē · Oportet autem id cōſiderare ꝙ non ſemper tenebre in ſiniſtra parte ſumūtur · ſed quādoqꝫ in bona ſecundū illud pſalmi · Poſuit tenebras latibulū ſuum · dum ea que ſunt erga deum · ignota & imperceptibilia ſunt · De hac ergo laudata caligine dicam · quoniam verſus lucem pergit · illamqꝫ apprehendit · quia quod erat caligo dum ignorabatur · in lucem cognitam vertit ei qui didicit ¶ Aug · decimo de trinitate dei · Hoc autem initium ſancti euangelij · quidam platonicus aureis litteris perſcribendum · & per omnes eccleſias in locis eminentiſſimis proponendum eē dicebat · ¶ Beda · Nam alij euangeliſte chriſtum in tempore natum deſcribūt · Johannes vero eūdem in principio teſtatur fuiſſe dicēs · In pricipio erat verbum · Alij inter homines eum ſubito apparuiſſe commemorant · ille ipm apud deum ſemper fuiſſe teſtatur · dicens · Et verbum erat apud deum · Alij eum verum hominem · ille verꝫ confirmat deum dicens · Et deꝰ erat vbū · Alij hoīez apd homines cū temporaliter conuerſatum · ille deum apud deum in principio manentem oſtendit dicens · hoc erat in principio apud deum · Alij magnalia que in homine geſſit · perhibent · ille ꝙ omnem creaturam per ipm deus pater fecerat docet · dicens · omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipo factum eſt nihil · textꝰ

¶ Fuit homo miſſus a deo · cui nomen erat iohannes · hic venit in teſtimonium · vt teſtimonium perhiberet de lumine · vt omnes crederent per illum · Non erat ille lux · ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine · ¶ Augꝰ · Ea que dicta ſunt ſuperius · de diuinitate chriſti dicta ſūt · qui ſic venit ad nos · ſecundum ꝙ apparuit homo · Quia igitur ſic erat homo · vt lateret in illo deus · miſſus eſt ante illū magnus homo · per cuius teſtimonium inueniretur pluſqꝫ homo · & quis eſt hic? Fuit homo · ¶ The · Non angelus vt ſuſpitōnem multorum deſtrueret · ¶ Augꝰ · Et quō poſſet iſte verum de deo dicē Miſſus a deo · ¶ Chriſ · Nihil de reliquo humanū eē eſtima eorum que dicuntur ab illo · Non enim q̄ eius ſunt · ſed que mittentis omnia loquitur · Ideo & angelus nūcupatus eſt a propheta dicēte · Ego mitto angelum meum · angeli enim virtus eſt · nihil ꝓprium dicere · Hoc aūt quod dicit · Fuit miſſus · non eius qui ad eē proceſſus oſtenſiuum eſt · Sicut aūt eſaias miſſus fuit · non aliunde q̄ꝫ a mūdo · ſed a ſtatu quo vidit dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum ad plebem · ſic & iohannes a deſerto ad baptizandū mittitur · Ait enī qui miſit me baptizare ille mihi dixit · Super quē videris &c̄ · ¶ Augꝰ · Quid vocabatur · Cui nomē erat iohannes · ¶ Alchuinꝰ · Id eſt gratia dei vel in quo eſt gratia · qui gratiam noui teſtamenti · id eſt chriſtum ſuo teſtimonio primū mūdo innotuit Vel iohannes interpretatur · cui donatum eſt · qꝫ per gratiam dei donatum eſt illi · regem regum · nō ſolū precurrere · ſed etiam baptizare · ¶ Auguſt · Quare venit · Hic venit in teſtimoniū vt teſtimonium perhiberet de lumine · ¶ Orige · Quidam improbare nitūtur edita de xp̄o teſtimonia ꝓphetaꝝ dicentes · nō egere teſtibꝰ dei filium habentem credulitatis ſufficientiam · Cū in his que protulit ſalubribꝰ verbis · tum in mirabilibꝰ operibꝰ ſuis · Siquidem & moyſes credi meruit per verbū & virtutes · non egens preuijs teſtibꝰ · Ad hoc dicendū eſt ꝙ multis exiſtentibꝰ cauſis inducentibꝰ ad credendū · Plerumqꝫ quidā ex hac demonſtratōne nō admirantur · ex alia vero habent cauſam vt credant · Deus aūt eſt qui pro cūctis hominibꝰ homo factus eſt · Conſtat igitur quoſdam ex dictis propheticis ad xp̄i admiratōem coactos · mirantes tot ꝓphetarū ante eius aduentum vocem · conſtituentes natiuitatis eius locum & alia huiuſmodi · Illd quoqꝫ animaduertendū ꝙ prodigioſe virtutes · ad credendū prouocare poterant eos qui tempore xp̄i erant · Non autē poſt longa tempora non fabuloſa quedam exiſtimata fuerūt · Plus enī peractis virtutibꝰ facit ad credulitatem que cum virtutibꝰ queritur prophetia Eſt aūt & tale quid dicere · ꝙ quidam in hoc ꝙ teſtimoniū prebent deo honorati ſunt Priuare vult ergo chorū prophetarum ingenti ḡtia · qui dicit illos non oportere de xp̄o teſtimoniū exhibere · Acceſſit aūt hijs iohannes · vt teſtimonium de luce perhibeat · ¶ Chriſoſtomus · Non indigente teſtimonio · ſed propter quid ipe iohannes docet dicens · vt omnes crederent per illum · Sicut enim carnem induit ne omnes perderet · ita & preconem hominem miſit · vt cognatam audientes vocem facilius aduenirent · ¶ Beda · Non autē ait · vt omnes crederent in illum · Maledictus enī homo qui confidit in homine · ſed vt omnes crederent per illum · hoc eſt · per illius teſtimonium crederent in lucem · ¶ Theophilus · Si vero aliqui non crediderint · excuſabilis permanet ipe · Nam & ſi aliquis includens ſe in domo caliginis · & ipm ſolis radius non illuſtret · ipe cauſam tribuit · & n̄ ſol · ſic iohannes vt omnes crederent miſſus fuit · ſz ſi minime conſecutum eſt · ipe huius rei cauſa non extitit · ¶ Chriſoſtomus · Quia vero multum apd nos maior qui teſtatur · eo qui teſtimonium perhibet · & dignior fide eē videtur · Ne quis & de iohanne hoc ſuſpicetur · hanc ſuſpitōnem deſtruit dicēs Non erat ille lux · ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine · Si vero non huic inſtans opinioni hoc reſumpſit vt teſtimonium perhiberet de lumine · ſuperfluum eēt quod dicitur · & magis iteratō ſermonis · ꝙ explanatō doctrine · ¶ Theophilus · Sed dicet aliquis · Ergo neqꝫ iohannem · neqꝫ ſāctorum quempiam lucem eē vel fuiſſe dicemus · ſed ſi ſanctorum aliquem lucem velimus dicere · ponemus lucem abſqꝫ articulo · vt ſi interrogatus fueris · vtrum iohannes eſt lux ſine articulo ·

ſecure concedas. Si vero cum̄ articulo non conce-
das. Non em̄ eſt ip̄a lux principalior. ſed lux dici
tur quia ſcd̄m participatōnem lucem habet a vero
lumine. textus

¶ Erat lux vera que illuminat omnem hominem
venientem in hūc mūdum. ¶ Aug⁹. De quo lu-
mine iohānes teſtimonium perhibeat oſtendit di-
cens. Erat lux vera. Vel aliter. ¶ Chriſ. Quia ſu
perius de iohanne dixerat ꝙ venit & miſſus eſt. vt
teſtetur de luce. ne quis hoc audiens ꝓpter teſtan-
tis recentem preſentiam & de eo cui teſtimonium
perhibetur. talem quandam ſuſpitōnem accipiat.
reduxit mentem & ad eam que ſupra omne princi
pium eſt. traſmiſit exiſtentiam dicens. Erat lux
vera. ¶ Aug⁹. Quare additum eſt vera? quia & hō
illuminat⁹ dicitur lux. ſed vera lux illa eſt que il-
luminat. Nam & oculi noſtri dicuntur lumina &
tamen niſi aut per noctem lucerna accēdatur. aut
per diem ſol exeat. lumina illa ſine cauſa patent.
Vnde ſubdit. Que illuminat omnem hominem.
Si omnem hominem ergo & ip̄m iohannem. Ip̄e
ergo illuminabat. a quo ſe demonſtrari volebat.
Quomodo em̄ plerūqꝫ fit. vt in aliquo corpore radia
to cognoſcatur ortus eē ſol. quem oculis videre nō
poſſumus. quia qui ſaucios habent oculos. idonei
n̄ ſūt videre parietem illuminatum aut aliquid hu
iuſmodi. Sic omnes ad quos venerat xp̄s. minus
erant idonei eum videre. Radiauit iohannem. &
per illum confitentem ſe illuminatum. cognitus ē
ille qui illuminat. Dicit aūt venientē ī hūc mūdū
Nam ſi illinc non recederet. non eſſet illuminan-
dus. ſed iō hic illuminandus quia illinc receſſit.
vbi homo poterat eēt illumiatus. ¶ Theo. Erube
ſcat manicheus qui conditoris maligni & tenebro
ſi nos aſſerit creaturas. Non em̄ illuminaremur.
ſi veri luminis creature non eēm⁹. ¶ Chriſ. Vbi
ſunt etiam qui non dicunt eum verum deum? hic eī
lux vera dicitur. Sed ſi illuminat omnem hominē
venientem in hūc mūdum. qualiter tot ſine lumīe
permanſerunt? Non em̄ omnes cognouerunt. xp̄i
culturam. Illuminat igitur omnem hominem quā
tum ad eum pertinet. Si aūt quidam mentis ocu-
los claudentes noluerunt recipere lucis huius radi
os. non a lucis natura obtenebratō eſt eis. ſed a ma
licia eorum qui volūtarie priuant ſe ip̄os gratie do
no. Nam gratia quidem ad omnes effuſa eſt Qui ve
ro nolūt dono hoc frui ſibi ip̄is hanc debent repu-
tare cecitatem. ¶ Aug⁹. Vel ꝙ dicitur. ꝙ illumi-
nat omnem hominem. ſic intelligimus. non quia
nullus eſt hominum qui non illuminetur. ſed quia
niſi ab ip̄o nullus illuminatur. ¶ Beda. Sine na
turali ingenio ſine ſapientia diuina. Sicut em̄ ne-
mo a ſe ip̄o eē ſic etiam nemo a ſe ip̄o ſapiēs eē po
teſt. vel aliter. ¶ Origenes in homelia. Non de his
qui de occultis ſeminū cauſis in ſpecies corporeas
procedūt. debemus intelligere ꝙ illuminat homi-
nem venientem in hūc mūdum ſed de his qui ſpiri

tualiter per regeneratōnem gratie que datur in ba-
ptiſmate in mūdum veniunt inuiſibilem. Eos ita
ꝙ vera lux illuminat qui in mūdum virtutum veni
unt. non eos qui ī mūdum vitōrū ruūt. ¶ Theo
philus Vel alit̄ intellectus nobis traditus ac nos
dirigens qui & naturalis ratō nominatur. dicitur
lux tradita nobis a deo. Sed quidam male ratōne
vtentes ſe ip̄os obſcurauerunt. textus

¶ In mūdo erat. & mūdus per ip̄m factus eſt. &
mūdus eum non cognouit. ¶ Aug⁹. Lux que il-
luminat omnem hominem venientem in hūc mū-
dū venit per carnem. quia dū hic eēt per diuinita-
tem. a ſtultis cecis & iniquis videri non poterat.
de quibꝯ ſupra dictum eſt. Tenebre eam non com-
prehenderūt. & ideo dicit̄. In mūdo erat. ¶ Orig.
in homelia. Vt enim qui loquitur. dū loqui ceſſat
vox eius eē deſinit. & euaneſcit. Sic celeſtis pat̄
ſi verbum ſuum loqui ceſſauerit. effectus verbi.
hoc eſt. vniuerſitas verbo condita non ſubſiſtet.
Non aūt putes. quia ſic erat in mūdo. quomodo in
mūdo eſt terra. pecora. & homines. ſed quomodo ar
tifex regens quod fecit. Vnde ſequitur. Et mun-
dus per ip̄m factus eſt. Non em̄ ſic fecit quomodo
facit faber. qui em̄ fabricat. extrinſecus eſt ad il-
lud quod fabricat. Deus aūt infuſus mūdo fabri-
cat vbiqꝫ poſitus. & non recedit ab aliquo. preſen
tia maieſtatis facit quod facit. ſic ergo erat in mū-
do. quomodo per quē factus eſt mūd⁹. ¶ Chriſo.
Et iterū qꝛ in mūdo erat. ſed non vt mūdi contem
paneus. Propter hoc induxit Et mūd⁹ per ip̄m fa
ctus ē. per hoc & rurſus te deducens ad eternā exi
ſtentiam vnigeniti. Qui em̄ audierit quomiā opus
eius hoc totum. & ſi valde inſenſibilis fuerit. coge
tur cōcedere ante opera eē factorem. ¶ Theo. Si-
mul aūt hic & martōnis ſubuertit rabiem. q̇ mali-
gnū conditorem cūcta ꝓduxiſſe dicebat. Nec nō &
Arrij qui filium dei dicebat creaturā. ¶ Auguſt.
Quid eſt aūt mūd⁹ p ip̄m fact⁹? Celū. terra. mare
& oīa que in eis ſūt. mūd⁹ dicit̄. Itē ī alia ſigi-
catōe. dilectores mūdi mūd⁹ dicūtur. de q̊ ſequit̄.
Et mūd⁹ eū n̄ cognouit. Nō eī celi aut angeli. aut
ſidera. n̄ cognouert creatorē quē cōfitent̄ demonia
oīa vndiqꝫ teſtimoniū ꝑhibuerūt. Sed q̇ n̄ cogno-
uerūt eū? q̇ amādo mūdū dicti ſūt mūdus. Amādo
em̄ mūdū habitamus corde in mūdo. Nam q̇ n̄ dili
gūt mūdū. carne verſantur in mūdo. ſ; corde inha-
bitant celū. ſicut apoſtol⁹ dicit. Noſtra cōuerſatō
in celis eſt. Amādo igr̄ mūdū. hoc appellari merue
rūt vbi habitabāt Quō eī cū dicim⁹. mala ē illa do
mus aut bona. n̄ parietes īcuſam⁹. aut laudam⁹.
ſ; īhitantes. Sic & mūdū dici⁹. q̇ īhitant mūdū
amādo. ¶ Chriſ. Qui aūt dei erāt amici. eū cognoue
rūt etiam an̄ corporalem p̄ſentiam. vn̄ & xp̄s ait.
Quomiā abrahā pr̄ vr̄ exultauit vt videret diē me-
um. Cū ḡ nos interpellant gentiles dicētes. Quid
ē ꝙ ī vltimo tempore venit noſtrā operatur⁹ ſalutē.
tanto tempore negligens nos? dicimus quomiam

& ante hoc in mundo erat & prouidebat operibus
ſuis. & omnibꝫ dignis cognitꝰ erat. Et ſi eum mū
dus non cognouit. hij tamen quibꝫ mūdus ñ erat
dignus. eam cognouerunt. Dicens autem. Mun
dus eum non cognouit. breuiter cauſam ignoran-
tie prebuit. Mundum enim vocat homines. qui ſo
li mundo affixi ſunt. & que mundi ſunt. ſapiunt.
Nihil autem ita turbat mentem. vt liquefieri amo
re preſentium. textus

¶ Jn propria venit. & ſui eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eum. dedit eis poteſta
tem filios dei fieri. his qui credunt in nomine eiꝰ.
qui non ex ſanguinibꝰ. neqꝫ ex volūtate carnis ne-
qꝫ ex volūtate viri. ſed ex deo nati ſunt. ¶ Chriſ.
Dixit ꝙ mūdus eū non cognouit de ſuperioribus
loquens temporibus. ſed de reliquo ſermonem in-
duxit ad predicatōnis tempora & ait. Jn propria
venit. ¶ Augꝰ. Quia ſcꝫ omnia per ipm̄ facta ſūt
Theo. Vt per ꝓpria mūdū intelligas. ſiue iudeā
quam pro hereditate elegerat. ¶ Chriſ. Jn ꝓpria
ḡ venit non gratia ſue neceſſitatis. ſed gratia be-
neficij ſuorum. Sed vnde venit qui omnia implet
& vbiqꝫ adeſt? Ea quidem que ad nos deſcenſione
hic operatus eſt. Quia enim in mūdo exiſtens. nō
putabatur adeē. eo ꝙ non dum cognoſcebatur.
dignatus eſt induere carnem. Manifeſtatōnē ve-
ro hanc & cōdeſcenſionem preſentiam vocat. Miſe
ricors autem exiſtens deus omnia fecit. vt nos ſe
cundū vtutem ſplendeamus. & ꝓpter hoc quidem
nullū neceſſitate. ſuaſione vero & beneficijs volētes
ad ſe attrahit. & ꝓpterea venientem eū hij quidem
ſuſceperūt. alij vero non receperūt. Nullū em̄ vult
inuitum neqꝫ coactum habere famulatum. Jnuitū
em̄ trahi par eſt cum eo qui totaliter non ſeruit.
Vnde ſequitur. Et ſui eum non receperūt. Judeos
nunc ſuos dicit. vt populū peculiarem. ſed & om̄s
homines vt ab ipſo factos. & ſicut ſuperius pro cō-
muni verecundatus natura dicebat. quoniam mū-
dus per ipm̄ factus conditorem non cognouit. ita
& hic rurſus pro iudeorum anxius indeuotōne. ḡ-
uius ponit accuſatōnem dicens. & ſui eum non re-
ceperūt. ¶ Augꝰ. Si aūt omnino nullus recepit.
nullus ḡ ſaluꝰ factus eſt. Nemo em̄ ſaluus fiet.
niſi qui xp̄m recepit venientem. & ideo addit. Quot
quot aūt receperūt eum. ¶ Chriſ. Siue ſint ſerui
ſiue liberi ſiue greci ſiue barbari. ſiue inſipientes.
ſiue ſapiētes. ſiue mulieres ſiue viri. ſiue pueri ſiue
ſenes. omnes eodem digni facti ſunt honore. de q̄
ſeqtur Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. ¶ Am.
Magna beniuolentia. vnicus natus eſt. & noluit
manere vnus. non timuit habere coheredes. quia
hereditas eius nō fit anguſta. ſi multi poſſederint.
¶ Chriſ. Non aūt dixit quoniam fecit eos filios
dei fieri. ſed dedit eis poteſtatem filios dei fieri. oſt
dens enim quoniam multo opus eſt ſtudio. vt eā
que in baptiſmo adoptōnis formata eſt. imaginem
incontaminatam ſemper cuſtodiamus. Simul aūt
& oſtendens. quoniam poteſtatem hanc nullus no
bis vel auferre poterit. niſi nos ipſi auferamus Si
enim qui ab hominibꝰ dominium aliquarum rerum
ſuſcipiunt. tantū habent robur. quantum fere hij
qui dederunt. multomagis nos qui a deo potimur
hoc honore. Simul aūt oſtendere vult quoniā hec
gratia aduenit volentibꝰ & ſtudentibus. Etenim
in poteſtate eſt liberi arbitrij & gratie operatōne
filios dei fieri. ¶ Theo. Vel quia in reſurrectōne
filiatōnem perfectiſſimam conſequemur. ſecūdum
ꝙ apoſtolus dicit adoptōnem filiorum dei expectan
tes redemptōnem corporis noſtri. Dedit ergo pote
ſtatem filios dei fieri. id eſt hanc gratiam in futura
gratia conſequendi. ¶ Chriſ. Et quia in hiſ ipſis
ineffabilibꝰ bonis. hoc quidem eſt dei. ſ. dare gratiā.
illud vero hominis id eſt prebere fidem. ſubiungit
his qui credūt in nomine eius. Quid igitur non di-
cis nobis o iohannes quod eoꝝ ſit ſupplicium q̄ eū
non receperūt? quia nunq̄ iſto ſupplitio fiet maius.
quando preiacente eis poteſtate filios dei fieri. nō
fiant. ſed volentes ſeipſos tanto priuant honore. S
etiam inextinguibilis eos ſuſcipiet ignis. quod po
ſtea manifeſtius reuelabit. ¶ Augꝰ. Credentes
ergo quia filij dei fiūt. & fratres chriſti vtiqꝫ na-
ſcuntur. Illam ſi non naſcūtur filij quomodo eē poſ
ſunt? Sed filij hominum naſcuntur ex carne & ſā-
guine & ex volūtate viri & complexu coniugij.
Illi autem quomodo naſcātur ſubdit. Qui non ex
ſanguinibus. tanq̄ maris & femine. ſanguina. vel
ſanguines. non eſt latinum. ſed quia grece poſitū
eſt pluraliter. maluit ille qui interpretabatur ſic
ponere. & quaſi minus latine loqui ſecundum gra
maticos. & tamen explicare veritatem ſecundum
auditum infirmorum. Ex ſanguinibus enim ma-
ris & femine homines naſcuntur. ¶ Beda. Sciē-
dum etiam eſt. quia in ſcripturis ſanctis ſanguis
cum dicitur pluraliter. peccatum ſignificare ſolet.
vnde. libera me de ſanguinibus. ¶ Augꝰ. Jn eo
autem quod ſequitur. Neqꝫ ex volūtate carnis. ne
qꝫ ex volūtate viri. carnem pro femina poſuit. qꝛ
de coſta cum facta eēt. adam dixit. hoc nunc os de
oſſibus meis. & caro de carne mea. Ponit ḡ caro
pro vxore quomodo aliquando ſpiritus. ꝓ marito.
quia ille imperare debet. iſta ſeruire. Quid enim pe
ius eſt domo vbi femina habet imperium ſuper vi-
rum Hij ergo. neqꝫ ex volūtate carnis. neqꝫ ex vo
lūtate viri. ſed ex deo nati ſunt. ¶ Bed. Carnalis
enim ſingulorum generatō a cōplexu coniugij dux
it originem. At vero ſpiritualis. ſpūs ſancti gra-
tia miniſtratur ¶ Chriſ. Hoc autem narrat euā
geliſta. vt vilitatem & humilitatē prioris partus
qui eſt per ſanguinem & volūtatem carnis addiſcē
tes. & altitudinem ſecundi qui per gratiā & nobili
tatem eſt cognoſcētes. magnā quādā hic ſuſcipiāꝰ
intelligentiā & dignā dono ipſius q̄ genuit & mul
tū poſt hoc ſtudium demōſtremꝰ. textus

¶ Et vbū caro factū ē & hītauit ī nob̄. ¶ Aug.

Cum dixiſſet ex deo nati ſūt. quaſi ne miraremur & horreremus tantam gratiam & nobis incredibile videretur. quia homines ex deo nati ſunt. q̄ſi ſecuritatem faciens ait. Et verbum caro factū eſt Quid ergo miraris quia homines ex deo naſcūtur? attende ip̄m deum ex hominibꝫ natum. ¶ Chriſoſt. Vel aliter. Cum dixiſſet quoniam ex deo nati ſūt qui ſuſceperūt eum. huius honoris poſuit cauſam. hoc ſcilicet verbum fieri carnem. factus eſt em̄ ꝓprius filius dei. hominis filius. vt filios hoīm faciat filios dei. Cū aūt audieris. quoniā verbum caro factum eſt. ne turberis. neqꝫ em̄ ſubſtantiam cōuertit in carnem. hoc em̄ vere impium eſt īntelligē. ſed manēs quod eſt. ſerui formam aſſumpſit Quia em̄ ſunt qui dicunt. quoniam phantaſmata queda fuerint omnia que incarnatōnis ſunt. eorum blaſphemiam deſtruens hanc dictionem factum eſt poſuit. non tranſmutatōnem ſubſtantie. ſed carnis vere aſſumptōnem repreſentare volens. Si vero dixerint. quoniam deus omnipotens eſt. quare & in carnem tranſmutari n̄ potuit. Dicemus ꝙ trāſmutari ab illa incōmutabili natura omnino procul eſt. ¶ Aug. xv. de trinitate. Sicut aūt verbum noſtrum vox quodammodo corporis fit aſſumendo eam. in qua manifeſtatur ſenſibus hominum. ſic v̄bum dei caro factum eſt. aſſumēdo eā ī qua & ip̄m manifeſtaretur ſenſibus hominum Et ſicut verbū noſtrum fit vox. nec mutatur in vocem. ita verbū dei caro quidem factum eſt. ſed abſit vt mutaretur in carnem. aſſumendo quippe illam. non in eam ſe conſumendo & hoc noſtrum vox fit. & illud caro factū eſt. ¶ Exgeſtis Concilij epheſini. Sermo etiam quem proferimus quo in alterutris locutōnibus vtimur. ſermo eſt incorporeus non aſpectui ſubiectus non tactu tractabilis. ſed cum ſermo induerit litteras & elementa. viſibilis fit. aſpectu cōprehenditur. tactu tractatur. ſic & verbum dei qđ naturaliter inuiſibile eſt viſibile fit. & quod natura incorporeum eſt inuenitur eē tractabile. ¶ Alchuinus. Cum etiam credamus animā īcorporeā corpori coniungi. vt ex his duobus fiat vnus hō. facilius poſſumus credere diuinam ſubſtantiam incorpoream anime in corpore cōiungi in vnionem ꝑſone. ita vt verbum in carnē non ſit conuerſum. nec caro in verbum. cum nec corpus in animam. nec anima conuertatur in corpus. ¶ Theo. Appolinarius autem laodicenſis. in hoc verbo hereſim ſtatuit. dicebat enim ꝙ xp̄s animam ratōnalem n̄ habuit. ſed tm̄ carnem habens. diuinitatem ꝓ anima que corpus dirigit & gubernat. ¶ Aug. contra ſer. Arriani Si aūt mouentur ī eo quod ſcriptum eſt. ꝙ verbum caro factum eſt. nec ibi anima nominatur. intelligant carnem pro homine poſitā. a parte totum figurate locutōnis modo. ſicuti eſt. Ad te omnis caro veniet Item ex operibꝫ legis. ꝙ non iuſtificabitur omnis caro. Quod apertius alio loco dicitur. Non iuſtificabitur homo ex operibus legis. Sic itaqꝫ dictum eſt. Verbū caro factum ē ac ſi diceret. verbū homo factum eſt. ¶ Theop. Euangeliſta volens oſtendere. inenarrabilem dei condeſcenſum. carnem commemorat. vt illius admiremur miſericordiam. quoniam ꝓpter noſtram ſalutem quod omnino remotum & diſtans eſt ab eius natura. aſſumpſit ſcꝫ carnem. Anima namqꝫ habet aliquam ꝓpinquitatem ad deū. Si aūt verbū incarnatum eſt. & humanam animam non aſſumpſit. ſequeretur ꝙ adhuc anime noſtre curate non eēnt. quod em̄ non aſſumpſit. nō ſanctificauit Et qualis deriſio. cum anima prius peccauerit vt carnem aſſumendo ſanctificauerit. id quod eſt p̄ncipalius infirmū relinqueret. Subuertit̄ ex hoc dicto neſtorius. qui dicebat ꝙ non deꝰ verbū ip̄e idem factus eſt homo ex ſacro conceptus ſanguie virginis. ſed verbo peperit hominem qui omnis v̄tutis dotatus erat ſpecie. & dei verbū illi erat coniunctum. & ex hoc duos filios aſſerebat. vnū natū de virgine ſcilicet hominem. alterum de deo ſcilicet dei filium. homini illi cōiunctum ſecundū gratiam habitudinem. & amorem. Contra quem euāgeliſta dixit. ꝙ ip̄m verbū factum eſt homo. non ꝙ v̄bū inueniens hominem virtuoſum. ſe ſibi cōiunxerit. ¶ Cirill ad neſtorium. Carnem em̄ animatam anima ratōnali viuens verbū ſibi ſecundū ſubſiſtētiam ineffabiliter ꝙ & ītelligibiliter factꝰ eſt hō. & appellatus eſt filius hominis. non ſecundum volūtatem ſolam aut beneplacitum. ſed neqꝫ in aſſumꝑtōne perſone ſolius. diuerſe quidem quo ad vnionem collate nature. vnus aūt ex ambobꝫ chriſtus & filius. non quaſi differentia naturarū interēpta propter adunatōnem. ¶ Theo. Addiſcimus ergo per hoc ꝙ dicitur. verbū caro factum eſt. quia ipſum verbū eſt homo. & filius dei exiſtens factus ē filius mulieris. que principaliter dei genitrix nūcupatur. tanq̄ deū in carne genuerit. ¶ Hilarius. x. de trinitate. Quidam aūt volentes vnigenitum deū. qui in principio apud deū erat deus verbum. non ſubſtantiuū deū eē. ſed ſermōem vocis emiſſe. vt quod loquentibꝫ verbū ſuū. hoc ſit patri deo filius argute ſubripere volūt. ne ſubſiſtens verbum deus & manens in forma dei xp̄s homo natus ſit. vt cum hominem illū humane potius originis cauſa. q̄ ſpiritualis conceptōnis ſacramentum animauerit. nō deus verbū hominem ſe ex partu virgis efficiens extiterit. Sed vt prophetis ſpiritus prophetie. ita in iheſu verbū dei fuerit Et arguere nos ſolent ꝙ chriſtum dicamus eē natum non noſtri corporis atqꝫ anime hominem. cum nos verbum carnem factum. noſtre ſimilitudinis natum hominē predicemus vt vere dei filius vere hominis filius natus ſit. Et vt per ſe ſibi aſſumpſit ex v̄gine corpus ita ex ſe ſibi aīaꝫ aſſumpſit. q̄ vtiqꝫ ab hoīe nū q̄ gn̄etiū origibꝫ p̄bet̄. Et cū ip̄e ille filiꝰ hoīs ſit. q̄ ridicule p̄ter dei filiū q̄ v̄bū caro factū ē. aliū neſcioquē tanq̄ ꝓphetā v̄bo dei aīatū p̄dicabimꝰ.

cum dominus iheſus chriſtus & dei filius & homi
nis filius fit · ¶ Chriſ. ne aũt ab eo quod dictum
eſt verbum caro factum eſt · incõuenienter ſuſpice
ris verſionem illius incorruptibilis nature · ſubdit
Et habitauit in nobis · Quod em̃ habitat · non idẽ ẽ
cum habitaculo · ſed aliud · aliud aũt dico ſecundũ
naturam · vnitõne vero & copulatõe vnum eſt de?
verbum caro · neq; confuſione facta neq; deſtructõ
ne ſubſtantiarum · ¶ Alchuin? · Vel habitauit ĩ
nobis id eſt inter homines conuerſatus eſt. textus

¶ Et vidimus gloriam eius · gloriam quaſi vni-
geniti a patre · plenũ gratie & veritatis · ¶ Chri ·
Cum dixiſſet filij dei facti ſumus · & non aliter ꝙ
per hoc ꝙ verbum caro factum eſt · rurſus ipſius
dicit & aliud lucrum · Et vidimus gloriam eius ·
quam vtiq; non vidiſſemus · niſi per conſortiũ hu-
manitatis viſus eẽt nobis · Si enim moyſi nõ ſuſti
nuerunt faciem glorificatam videre · ſed velamine
opus fuit · qualiter diuinitatem nudam exiſtentẽ ·
inacceſſibilem etiam ipſis ſuperioribꝰ virtutibꝰ nos
lutei & terreſtres ſufferre poſſemus · ¶ August ·
Vel aliter · quia verbũ caro factum eſt & habita-
uit in nobis · Iſta natiuitate collyrium fecit vñ ter
gerentur oculi cordis noſtri · vt poſſimus videre
maieſtatem eius per eius humanitatem Et ideo di
citur · Et vidimus gloriam eius · gloriam eius ne-
mo poſſet videre niſi humilitate carnis ſanaretur ·
Irruerat ei homini quaſi puluis in oculũ de terra ·
oculus iſte ſauciatus erat & terra illuc mittit̃ vt
ſanetur · caro te obcecauerat · caro te ſanat · Carna
lis em̃ anima facta erat conſentiẽdo carnalibꝰ affe
ctibꝰ · inde fuerat oculus cordis cecatus · medic? fe-
cit tibi collyriũ · quomã ſic venit · vt de carne vitia
carnis extingueret · Verbũ em̃ caro factum eſt ·
vt poſſis dicere · vidimus gloriam eius · ¶ Chriſ ·
Subdit autẽ quaſi vnigeniti a patre · quia multi
prophetarum glorificati ſunt · puta moyſes · helias
Heliſeus · & alij multi · quicũq; miracula oſtẽdẽrt
Sed & angeli hominibꝰ apparentes & eam que ẽ
proprie nature coruſcantem lucem manifeſtantes
Sed & cherubin & ſeraphin cum multa gloria vi
ſa ſunt a propheta · ab omnibus his nos abducens
euangeliſta & ſupra omnem naturam & cõſeruorꝝ
noſtrorum claritatem erigens mentem · ad ipſum
nos bonorum perducit verticem · quaſi diceret · nõ
vt prophete aut alterius hominis vel angeli aut
archangeli aut alicuius ſuperiorum virtutum eſt
gloria quam vidimus · ſed quaſi ipſius dominato
ris · ipſius regis · ipſius naturalis filij vnigeniti ·
¶ Grego · In ſacro enim eloquio ſicut & quaſi · ali
quãdo non pro ſimilitudine ponitur · ſed pro verita
te · vnde eſt iſtud quaſi vnigeniti a patre ¶ Chri ·
Ac ſi diceret · vidimus gloriam qualem decebat &
conueniens eſt habere vnigenitum & naturalem fi
lium · Conſuetudo em̃ multorum · regem valde or-
natum videntium · vbi cum alijs enumerantes non

poſſunt vniuerſam repreſentare claritatem hoc in-
ducũt · Quid oportet multa dicere? quaſi rex ibat ·
Sic & iohãnes dicit Vidimus gloriam eius glori
am quaſi vnigeniti a patre · Angeli em̃ apparentes
vt ſerui & dominum habentes omnia agebant · Ip
ſe vero vt domin? cum humili forma apparens · ſ
& creature dominum cognouerũt · ſtella magos
vocans · angeli paſtores · puer exultans in vtero ·
Sed & pater teſtatus eſt de celis · & paraclitus ſu
per ipm̃ aduenit · Sed & ipa rerũ natura omni tu-
ba clarius clamauit · quoniam rex celorum adue-
nerat · Etem̃ demones fugiebant · Infirmitates ſol
uebantur · mortuos dimittebant ſepulchra · & aĩas
a malicia ad virtutis verticem agebat · quid vtiq;
quis dicat preceptorum philoſophiam · celeſtium
legũ virtutem angelice vrbanitatis bonã ordinatõ
nem · ¶ Orige · in home · Eius aũt quod ſequitur ·
Plenũ gratie & veritatis · duplex intellectus eſt ·
Poteſt em̃ de humanitate ac diuinitate incarnati
verbi accipi · Ita vt plenitudo gratie referatur ad
humanitatem ſecundũ quã xp̃s caput eſt eccleſie ·
& primogenitus creature vniuerſe · quomã maxi-
mũ · & principale gratie exemplũ qua nullis pre-
cedentibꝰ meritis hõ efficitur deus · in ipo primor-
dialiter manifeſtum eſt · Poteſt etiã plenitudo g̃-
tie xp̃i de ſpũ ſãcto itelligi · cuius ſeptiformis opa
tõ humanitatem xp̃i impleuit · Plenitudo vero ve
ritatis ad diuinitatem refertur · Si vero plenitu-
dinẽ gratie & veritatis de nouo teſtamento malis
intelligere · non incongrue pronũtiabis plenitudi-
nem gratie noui teſtamẽti eẽ per xp̃m donatã · &
legalium ſimbolorum veritatem in ipſo eẽ impletã
¶ Theophi · Vel plenum gratia · prout eius ver-
bum gratioſum erat · dicente dauid Difuſa eſt gra
tia in labijs tuis · & veritate · ſecũdũ ꝙ moyſes &
prophete loquebantur · aut operabantur in figura ·
xp̃s aũt cũ veritate · textus

¶ Johannes teſtimonium perhibet de ipo · & cla-
mat · dicens · Hic erat quem dixi · qui poſt me ve-
nit · ante me factus eſt · qui prior me erat · ¶ Alch ·
Dixerat ſuperius fuiſſe miſſum hominem ad perhi
bendum teſtimonium · hic determinat teſtimoniũ
ſuum quod manifeſte precurſor pronũtiauit · Vñ
dicitur · Johannes perhibet teſtimonium de ipſo ·
¶ Chriſ · Vel aliter hoc inducit ac ſi dicat · Non
eſtimetis ꝙ nos qui fuimus cum eo multo tempore
& menſe ipſius communicauimus · propter grati-
am hoc teſtamur · quia iohannes qui ante eum nõ
viderat · nec ei commoratus fuerat · ei teſtimonium
perhibeat · Multotiens autem euangeliſta reuoluit
eius teſtimonium quia multam admiratõnem hu-
ius viri habebant iudei · Et alij quidem euange-
liſte · antiquorum meminerunt prophetarum ·
dicentes · Hoc factum eſt vt impleatur quod di-
ctum eſt per prophetam · Hic autem altiorem &
recentiorem teſtem inducit · ñ itendẽs a ſuo dñato
rem facẽ fidedignũ · ſ auditorum imbecillitati con-

deſcendens. Quemadmodum enim niſi ſerui formā
aſſūpſiſſet. non ita facile ſuſceptibilis factus eēt.
ita niſi ſerui voce auditum conſeruorum preexci-
taſſet. nequaq̄m multi iudeorum verbum xp̄i ſu-
ſcepiſſent. Sequitur. Et clamat id eſt cum ꝑpala-
tōe cū libertate ſine ſubtractione omnia predicat.
Nō autem a principio dixit quoniam hic eſt filiꝰ
dei vnigenitus naturalis. ſed clamat. dicens. hic
erat quem dixi. qui poſt me venit. ante me factus
eſt. quia prior me erat. Quemadmodum enim ma-
tres auiū nō confeſtim pullos ſuos volatōnem do
cent. ſed primo quidem extra nidum educunt. po-
ſtea vero aliam multo velotōrem volatōnem appo-
nunt. Sic & iohannes. non confeſtim iudeos ad
alta duxit. ſed interim paululum a terra eos euola
re docuit dicēs. ꝙ chriſtus melior eo erat. Et vide
qualiter ſapienter inducit teſtimonium. non enim
ſolum apparentem chriſtum monſtrat. ſed & anq̄ꝫ
apparuiſſet. eum predicat quod ſignificatur in hoc
ꝙ dicit. hic erat. de quo dixi. Hoc autem fecit vt
facile ſuſceptiuus eēt chriſtus. hominum mente iā
predetenta vt ab alijs que de eo dicta erant. & ni-
hil ad hoc humilitas habitꝰ noceret. Ita enim hu
mili & cōmuni omnibus forma chriſtus vtebatur.
vt ſi ſimul & verba hec audiſſent de eo. & eum con
ſideraſſent. Iohannis teſtimonium deriſiſſent.
¶ Theophilus. Dicit autem qui poſt me venit.
videlicet ſecundum tempora natiuitatis. ſex enim
menſibus prior chriſto iohannes erat ſecundum
humanitatem. ¶ Chriſoſtomus. Vel hoc non di-
cit de ea generatōe que eſt ex maria. Iam enim na
tus erat chriſtus quando hec a iohanne dicebam-
tur. ſed de aduentu eius ad predicatōnem. Dicit
autem ante me factus eſt. id eſt clarior & honora-
bilior. ac ſi dicat. Non quia prior veni ad predican
dū ex hoc maiorē me eē illo exiſtimetis. ¶ Theo.
Arriani vero hanc litteram ſic exponunt. volētes
oſtēdere ꝙ dei filius n̄ ē a p̄re genitꝰ. ſ; factꝰ. ſicut
vna alia creatura. ¶ Auguſt. Non ergo intelligi-
tur factus eſt anteq̄ꝫ ego eēm factus. ſed anteposi-
tus eſt mihi. ¶ Chri. Si autem quod dicitur. añ
me factus eſt de productione ad eē intelligeretur.
ſuperfluum eēt quod additur. quia prior me erat.
Quis em̄ eſt ita inſipiens vt ignoret. quoniam ex
quo ante eum factus eſt. prior eo erat. quia ante
me factꝰ eſt. Ergo quod dicit. ante me factus eſt.
de honore intelligitur. hoc em̄ q̄d futurum erat. fa-
ctum dicit. quia conſuetudo erat antiquoꝝ ꝓpheta
rum de futuris quaſi de iā p̄teritis loqui. textus
¶ Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.
& gratiam pro gratia quia lex per moyſen data ē.
gratia & veritas per iheſum chriſtum facta eſt.
¶ Orige. Sermo iſte in perſona baptiſte de xp̄o
teſtantis prolatus eſt. quod plurimos fallit ex-
hinc vſq; illuc ille enarrauit. credentes in perſona
iohānis apoſtoli recitari. Inconſequens autem eſt
putare ſubito & quaſi intempeſtiue interrumpi

baptiſte ſermonem ex verbo diſcipuli. & cuiq; ſci
enti percipere dictorum collatōnē in propatulo cō
ſtat series dicti. Dixerat enim ob hoc ante me fa-
ctus eſt. quia prior me erat. Ex hoc autem cōiecto
priorem me fore ꝙ ex eius plenitudine ego quidē
& ante me prophete accepimus gratiam. ſecundā
pro prima. Pertigerunt enim & illi poſt figuras
per ſpiritum ad veritatis ſpeculatōnem. hinc etiam
perpendimus ex plenitudine eius accipientes legē
quidem per moyſen fore datam. gratiam autem &
veritatem per iheſum chriſtum. ne dū fore datā.
ſed factam. patre quidem legem dāte per moyſen.
gratiam & veritatem faciente per iheſum. Sed ſi
iheſus eſt qui dicit Ego ſum veritas. quō veritas
ſit per iheſum. Sed intelligendū eſt ꝙ ip̄a veritas
ſubſtantialis ex qua prima veritate & eius imagi-
ne ſculpte ſunt multe veritates in his qui veritatē
tractāt. nequaq̄m per iheſum chriſtum facta eſt.
nec prorſus per aliquem. ſed veritas puta que con
ſiſtit in paulo & apoſtolis per iheſum xp̄m facta ē
¶ Chriſ. Vel aliter. coniungit hic teſtimonio io
hānis baptiſte ſuū teſtimonium Iohānes euan-
geliſta dicens. Et de plenitudine eius &c̄. Nō pre
curſoris eſt verbum. ſed diſcipuli. Quaſi. d. Etiam
nos omnes duodecim & omnis plenitudo fidelium
& qui nunc ſunt & futurorum de plenitudine eius
accepimus. ¶ Augꝰ. Quid aūt accepiſtis? Et ḡ-
tiam pro gratia. vt neſcio quid nos voluerit intel-
ligere de plenitudine eius accepiſſe. & inſuper gra-
tiam pro gratia. Accepimus enim de plenitudine
eius primo gratiam & rurſus accepimus gratiam
pro gratia. Quam gratiam primo accepimus? fidē.
Vocatur enim gratia. quia gratis datur. hanc ḡ
accepit gratiam primam peccator vt eius peccata
dimitterentur. & iterum gratiam pro gratia in q̄
ex fide viuimus recepturi ſumus aliam id eſt vitā
eternam. Vita em̄ eterna quaſi merces eſt fidei.
Sed quia ip̄a fides gratia eſt. vita eterna gratia ē
pro gratia. Non erat iſta gratia in veteri teſtamē
to quia lex minabatur. nō opitulabatur. iubebat.
non ſanabat languorem oſtendebat. n̄ auferebat.
ſed preparabat medico venturo cum gratia & veri
tate. Vnde ſequitur. Quia lex per moyſen data ē.
gratia & veritas per iheſum chriſtum facta ē. Mor
tem enim temporalem & eternam occidit mors do-
mini tui. Ip̄a eſt gratia que promiſſa & non habi
ta erat in lege. ¶ Chriſoſtomus. Vel accepimus
gratiam pro gratia id eſt pro veteri nouam. Sicut
em̄ eſt iuſticia & iuſticia. adoptō & adoptō. circun
ciſio & circunciſio. ita gratia & gratia. ſed illa qui
dem vt typus. hec vero vt veritas. Hoc autem in
duxit oſtendens quoniam & iudei gratia ſaluabā-
tur. ſ; & nos oēs ḡtia ſalui ſumꝰ. Miſericordie aūt
& ḡtie fuit legē ſuſcipere. Propterea cum dixiſſet.
ḡtiam pro ḡtia. oſtendens magnitudinem eorum
que data ſunt. ſubdit. Quia lex per moyſen data ē.
ḡtia & veritas per iheſum chriſtum facta eſt. Et

ſupra quidem iohānes ad ſeipm̄ compās chriſtū.
ait. Ante me factus eſt. hic aūt euāgeliſta ad eū
qui illo tempore magis in admiratōe apud iudeos
erat ꝙ iohānes. Chriſti cōpatōnem facit ſcilicȝ ad
moyſem. Et cōſidera prudentiam. non perſonaꝝ.
ſed rerum compatōnem facit. gratiam & veritatē
legi opponens. Et huic addit data eſt. quod miniſ
trātis erat. huic aūt facta eſt. quod eſt regis cum
poteſtate omnia opantis. cū gratia quidem qꝛ cū
poteſtate omnia dimittebat peccata. Et gratiam
quidem eius baptiſmatis donum. & adoptō que p
ſpiritum nobis datur. & alia multa oſtēdūt. veri
tatem autem plenī ſciemus. ſi figuras veteris le
gis didicerimus. Ea em̄ que in nouo teſtamento p
ficienda erant. in veteri teſtamento figuris pſcrip
ſerunt. quas xp̄s veniens adimpleuit. Vnde figu
ra data eſt per moyſen. veritas per xp̄m facta eſt
¶ Aug⁹. xiij de trinitate. Vel gratiam referamꝰ
ad ſcientiā. veritatem ad ſapientiā. In reb⁹ em̄ per
temp⁹ ortis. illa ſūma gratia eſt. ꝙ homo in vni
tate perſone cōiunctus eſt deo. In reb⁹ vero eternis.
ſūma veritas recte tribuitᷣ dei verbo. textus

¶ Deū nemo vidit vnꝙ̄. vnigenitus qui eſt in
ſinu patris. ipſe enarrauit. ¶ Orige. Incōgrue era
dius aſſerit hoc promulgatū fuiſſe non a baptiſta.
ſed a diſcipulo. Nā ſi illud de plenitudine eius nos
omnes accepimus. a baptiſta prolatū eſt. quomō
non eſt ſequens ipm̄ de gratia xp̄i ſuſcipientem &
ſecundam pro prima gratia. Confitentemqꝫ legem
per moyſen fore traditam gratiam vero & verita
tem per iheſū xp̄m prodiſſe: intellexiſſe qualiter
deum nemo vidit vnꝙ̄. ꝙ̄ꝙ̄ vnigenitus cum in
patris gremio requieſcat īterpretatōem ipi iohāni.
nec non omnib⁹ his q̄ de perfectione guſtauerint.
cōceſſerit. Non em̄ nūc primitus ānuntiauit. Nam
priuſꝙ̄ abrahā fieret. docet nos abrahā exultaſſe.
vt videat eius gloriam. ¶ Chriſ. Vel aliter euā
geliſta oſtendens multam eminentiam donoꝝ xp̄i
ad ea que per moyſem diſpenſata ſūt. vult de reli
quo cauſam ratōnalem differentie dicere. Nam ille
quidem famulus exiſtens. minorū rerum factus ē
miniſter. hic vero dominator & regis fili⁹ exiſtēs.
multa maiora nobis attulit coexiſtens ſemper
patri. & videns eū. Propter hoc ita ītulit dicens
Deū nemo vidit vnꝙ̄. ¶ Aug⁹. ad paulinam.
Quid ergo eſt quod iacob dicit. vidi dominū facie
ad faciem. Et quod de moyſe ſcriptū eſt. qꝛ loque
batur cū deo facie ad faciem. Et illud quod ꝓpheta
eſaias loquens de ſe ipſo. ait. vidi dn̄m ſabaoth ſe
dentem in throno. ¶ Grego. xvij. moraliū. Sed
patenter datur intelligi ꝙ q̄diu hic mortaliter vi
uitur. videri per quaſdam imagines poteſt deus. ſꝫ
per ipſam nature ſue ſpecie non poteſt. vt anima gr̄
tia ſpirit⁹ afflata. per figuras quaſdā deū videat.
ſed ad ipſam vim eius eſſentie non pertingat. Hic
eſt enim ꝙ iacob qui deum ſe vidiſſe teſtatur.

non niſi angelū vidit. Hinc eſt ꝙ moyſes qui cum
deo facie ad faciem loquitur. dicit. Oſtende mihi
temetipm̄ manifeſte. vt videam te. Ex qua ei⁹ pe
titōne colligitᷣ qꝛ eum ſitiebat per incircūſcripte na
ture ſue claritatem cernere. quem iā ceperat per q̄ſ
dam imagines videre. ¶ Chriſo. Si aūt antiqui
patres ipſam viderūt naturam nequaꝙ̄ differenter
conſideraſſent. Simplex em̄ quedam eſt & infigu
rabilis. nō ſedet. neqꝫ ſtat. neqꝫ ambulat. hec enim
corporū ſūt. Vnde & p ꝓphetam dicit. Ego viſio
nem multiplicaui eis & ī manib⁹ prophetarum aſ
ſimilatus ſum. hoc eſt. condeſcendi eis. non quod
eram apparui. Quia em̄ filius dei per veram carnem
appariturus erat nobis. primo exercitauit eos vi
dere deū. ſicut poſſibile erat eis videre. ¶ Aug. ad
paulinam. Sed cum ſcriptum ſit. Beati mūdo cor
de quoniam ipſi deum videbunt. Et iterum. cū ap
paruerit ſimiles eis erim⁹. quoniam videbimus eū
ſicuti eſt. Quid eſt quod hic dicitur. Deum nemo
vidit vnꝙ̄! An fortaſſe reſpondetur. ꝙ illa teſti
monia de videndo deo ſūt. non de viſo. Ipſi em̄ deū
videbūt dictum eſt. non viderunt. & non vidim⁹.
ſed videbimus eum ſicuti eſt. Deum enim nemo
vidit vnꝙ̄. vel in hac vita ſicuti ipſe eſt. vel etiam
in angelorum vita ſicuti viſibilia iſta que corpora
li viſione cernuntur. ¶ Gregorius xvij. moraliū
Si vero a quibuſdam poteſt in hac corruptibili cā
ne viuentibus. ſꝫ tn̄ ineſtimabili virtute creſcenti
bus. quodam contemplatōnis acumine eterna cla
ritas dei videri. hoc ab hac ſentētia non abhorret.
quomā quiſquis ſapientiā que deus ē videt huic
vite. funditus moritur ne iam eius amore teneatᷣ.
¶ Auguſtinus duodecimo ſuper geneſim ad litte
ram. Niſi em̄ ab hac vita quiſqꝫ quodammodo mo
riatur. ſiue omnino exiens de corpore. ſiue ita a
verſus & alienatus a carnalibus ſenſibus. vt me
rito neſciat ſicut apoſtolus ait. vtrum in corpore
an extra corpus ſit. non in illam rapitur & ſubue
hitur viſionem. ¶ Grego. xviij. mora. Sciendū
vero eſt ꝙ fuere nonnulli qui deum dicerent in
illa regione beatitudinis in claritate ſua conſpici.
ſed in natura minime videri. Quos nimirum mi
nor inquiſitōnis ſubtilitas fefellit. Neqꝫ enim illi
ſimplici & incommutabili eſſentie aliud eſt clari
tas. aliud natura. ¶ Auguſtinus ad paulinam.
Si autem dicitur. in hoc ꝙ ſcriptum eſt deum ne
mo vidit vnꝙ̄. homines tantummodo. intelli
gendos. Nam hoc apoſtolus planius explicans.
quem nemo inquit hominum vidit. ſed nec videre
poteſt vt ita dictum ſit. Deum nemo vidit vn
ꝙ̄. ac ſi diceretur nullus hominum. queſtio illa ſol
ui videbitur. vt non ſit huic ſententie contrarium
quod dominus ait. Angeli eorum ſemper vident
faciem patris mei. vt ſcilicet angelos deum videre
credamus. quem nemo vidit vnꝙ̄ ſcilicet hominū.
¶ Gregorius decimooctauo. moralium. Sunt
tamen nonnulli qui nequaquam deum videre nec

angelos ſuſpicantur. ¶ Chriſ. Dicentes ꝙ ipſm
quod deus eſt. non ſolū ꝓphete. ſed nec angeli vi
derunt. neqꝫ archangeli. Sed ſi īterrogaueris eos
audies de ſubſtantia nihil reſpondentes gloria ve
ro in excelſis deo non ſolū cantantes. ſed & in t̄ra
pax hominibꝫ bone volūtatis. Et ſi a cherubin & ſe
raphin concupiueris aliquid diſcere. miſticam ſan
ctimonij melodiam audies. Et quoniā plenum eſt
celum & terra gloria eius. ¶ Aug9. ad paulinam
Quod quidem intantum verum eſt qꝛ dei plenitudi
nem nullus non ſolum oculis corporis. ſed vel ipſa
mente aliquādo cōprehendit. Aliud eſt eñ videre.
aliud totum videndo cōprehendere. Quandoquidem
id videtur quod preſens vtcūqꝫ ſentitur. totū aūt
comprehenditur videndo quod ita videtur vt nihil
eius lateat videntem. aut cuius fines circumſpici
poſſunt. Sic igitur ſolus patrem videt filius &
ſpūs ſanctus. ¶ Chriſ. Qui eñ creabilis eſt natu⸗
re. qualiter poterit videre quod increabile eſt? Ita
igitur nullus nouit deum vt filius. Vnde ſequit̄
Vnigenitus filius. qui eſt in ſinu patris ipſe enar
rauit. ne ꝓpter nominis communionem vnū quen⸗
dam eorum qui gratia facti ſunt filiorum eē exiſti
mes eū. primo quidem adiectus eſt articulus. Si
vero hoc non ſufficit tibi. audi aliud nomen vnige
nitus. ¶ Hilar. vij. de trinitate. Nature quidem fi
des non ſatis explicita videbatur ex nomine filij.
niſi proprietatis virtus per exceptōnis ſignificatiua
adderetur. preter filium enim & vnigenitum nihil
cognominans. ſuſpitōnem penitus adoptōnis ex
cluſit. cū veritatem nominis vnigeniti natura pre
ſtaret. ¶ Chriſ. Sed & aliud poſuit dicens. Qui
eſt in ſinu patris. Etenim in ſinu cōuerſari multo
plus eſt ꝙ ſimpliciter videre. Nam qui ſimplicit̄
videt. non omnino eius quod videt. cognitōnem
habet. Qui vero in ſinu cōuerſatur. nihil ignorabit
Cū igit̄ audieris ꝙ nullus cognoſcit patrem niſi fi
lius. nequaꝗ̄ dicas. quoniā & ſi pl9 omnibꝫ nouit
patrem. ſed non quātus eſt nouit eū. ꝓpterea euan
geliſta in ſinu patris eū morari dicit. vt non eſti⸗
mem9 ꝑ id aliud ſignificatū ꝙ̄ familiaritatē vni
geniti & coeternitatem ad patrem. ¶ Aug9. In ſi
nu eñ patris. eſt in ſecreto patris. Non enim deus
habet ſinū quēadmodū nos habemus in veſtibꝫ.
aut cogitand9 eſt ſic ſedere. quomodo nos. aut for
te cinctus eſt vt ſinū haberet. Sed qꝛ ſin9 noſter
intus eſt. ſecretū patris ſinus patris vocatur. Qui
g° in ſecreto patris nouit patrem. ipſe enarrauit
quod vidit. ¶ Chriſ. Sed quid enarrauit? quoni
am vnus eſt deus. Sed & hoc reliqui ꝓphete &
moyſes clamant. quid g° plus didicimus a filio in
ſinibꝫ paternalibꝫ exiſtente? Primum quidem ipſa
hec que alij narrauerūt ſūt enarrata ex operatōne
vnigeniti. Deinde quoniā multo maiorem ſuſcepi⸗
mus doctrinam per vnigenitū. & cognouimus. q̄⸗
niam ſpūs deus. & eos. qui adorant eū in ſpū & ve
ritate adorare oportet. & quoniā de9 pater eſt vni⸗

geniti. ¶ Beda. Preterea ſciendū qꝛ ſi ad preteri
tū referatur. quod ait enārauit. homo factus enar
rauit. q̄d de trinitatis vnitate ſentiendū. qualiter
ad eius cōtemplatōnem ꝓperandū. quibꝫ actibꝫ ſit
perueniendū. Si vero referatur ad futurū. tūc enā
rabit cū electos ſuos ad viſionem claritatis ſue in⸗
ducet. ¶ Aug9. Fuerūt aūt homines qui dicent.
vanitate cordis ſui decepti. Pater inuiſibilis eſt.
filius aūt viſibilis eſt. Si g° ꝓpter carnem filius
viſibilis dicitur. & nos concedimus & eſt catholi⸗
ca fides. Si aūt vt ipſi dicūt. anteꝗ̄ incarnaretur.
multum delirant ſi xp̄s ſapientia dei & virtus dei ē
Sapientia eñ dei videri oculis non poteſt. Si ver
bum hominis oculis non videt̄. verbū dei ſic videri
poteſt? ¶ Chriſ. Non igit̄ ſoli ipſi ꝓprium eſt de⸗
um nemo vidit vnꝗ̄. ſed & filio. qꝛ vt paul9 dicit.
eſt imago dei inuiſibilis. q̄ vero inuiſibilis imago
ē. & ipſe inuiſibilis eſt. textus

¶ Et hoc ē teſtimoniū iohānis. qn̄ miſerūt iudei
ab hieroſolimis ſacerdotes & leuitas ad iohānem.
vt interrogarent eū. Tu quis es? Et cōfeſſus ē. &
& non negauit. Et cōfeſſus eſt. qꝛ non ſū ego xp̄s
Et īterrogauerūt eū Quid g°? Helias es tu? & dixit
non ſū. ꝓpheta es tu? Et reſpondit. non. Dixerūt
g° ei. Quis es? vt reſponſū demus his qui miſerunt
nos. quid dicis de te ipſo? Ait. Ego vox clamātis ī
deſerto dirigite viam dn̄i. ſicut dixit eſaias ꝓphe⸗
ta. ¶ Origenes. Secundum legitur hoc teſtimo⸗
nium a iohanne baptiſta de chriſto prolatum. in⸗
cipiente primo illic. hic eſt de quo dixi. & definēte
ibi. ipſe enarrauit. Vel aliter. ¶ Theophilus.
Poſtq̄m ſuperius dixit euangeliſta. ꝙ iohannes
teſtabatur de chriſto. ante me factus eſt. nunc ſub
iungit quando premiſſum teſtimonium reddiderit
chriſto iohannes. Vnde dicit. Et hoc eſt teſtimo⸗
nium iohannis. quando miſerunt iudei ab hieroſo⸗
limis ſacerdotes & leuitas ad iohannem. ¶ Orig.
Iudei quidem ab hieroſolimis vt cognati exiſten⸗
tes baptiſte de ſtirpe ſacerdotali exiſtentis. ſacer⸗
dotes & leuitas deſtinant. ſciſcitaturos quis eſſet
iohannes. eos ſcilicet qui reputati ſunt ſecun⸗
dum electionem ab alijs differre & ab electo hiero
ſolimorum loco. Iohannem itaqꝫ cum tanta que⸗
runt veneratōne. erga chriſtum autem nihil hu⸗
iuſmodi factum legitur a iudeis. Sed quod erga
iohannem iudei. hoc iohannes erga chriſtum pro
ſequitur. per proprios diſcipulos interrogans.
Tu es qui venturus es. an alium expectamus?
¶ Chriſoſtomus. Sic autem fidedignum eſti
mauerunt eſſe iohannem. vt ei de ſeipſo dicenti
crederent. Vnde dicitur. Vt interrogarent eum
Tu quis es? ¶ Auguſtinus. Non autem mit⸗
terent niſi mouerentur excellentia autoritatis.
quia auſus eſt baptizare. ¶ Orig. Iohānes autē
vt videt̄. diſcernebat ex q̄ōne ſacerdotū & leuitaꝝ
dubitatōꝫ. ne forte xp̄s eēt baptizās. apertius tñ

illud profiteri cauebat. ne temerarij putarentur.
Quapropter merito vt eorū opinio fallax de eo pri
mitus aboleretur. ac ſubinde veritas propalaretur.
ꝙ nō ſit chriſtus ante omnia manifeſtat. Vnde ſe
quitur. Et confeſſus eſt & non negauit. & cōfeſſus
eſt. quia non ſum ego xp̄s. Hic etiam adijciamus
quia tempus aduentus chriſti populum recreabat
quodamodo iam preſens exiſtēs legiſperitis ex ſa
cris ſcripturis illius temp⁹ ſperatum colligētib⁹.
propter quod theodas non modicam multitudinē
quaſi chriſtus cōgregauit. & poſt illum iudas ga
lileus. in diebus profeſſionis. Cum ergo feruenti-
us chriſti expectaretur aduentus. iudei tranſmit-
tunt ad iohannem per hoc quod eſt Tu quis es. cō
icere volentes. ſi ipſe ſe xp̄m fateretur. Non autē
ex eo ꝙ dicit. non ſum ego xp̄s. negauit. ex hoc
enī ipſo confeſſus eſt veritatem. ¶ Gregori. Ne-
gauit plane quod non erat. ſed non negauit quod
erat. vt veritatem loquens. eius membrum fieret.
cui⁹ ſibi nomen fallaciter non vſurparet. ¶ Chri
ſoſtom⁹. Vel aliter. Paſſi erant iudei quādā hu-
manam paſſionem ad iohannem. Indignum enim
eſtimabant ſubici eum xp̄o. propter multa que io
hānis claritatem demonſtrabāt. quorū primū erat
gen⁹ illuſtre. Principis enī ſacerdotum fili⁹ erat.
deinde dura educatio. humanorum deſpectio. In
xp̄o aūt contrarium videbatur genus humile. q̄d
ei exprobrabant dicentes. Nonne hic eſt fabri fili-
us? dieta cōmunis & veſtimenta. nihil plus mul
tis habentia. Quia igitur iohannes cōtinue ad xp̄m
mittebat volentes magis iohannem habere magi-
ſtrū. mittunt ad eum per blandicias eum allicere
ad confitendū ſe chriſtum eſſe. Non ergo quoſdā
contemptibiles mittunt. vt ad xp̄m miniſtros &
herodianos. ſed ſacerdotes & leuitas. & non quoſ-
cūqꝫ. ſed eos qui erant ex hieroſolimis. hoc eſt ho
norabiliores. Et ad hoc mittūt. vt interrogarent
tu quis es? non quaſi ignorantes. ſed volentes eū
inducere ad hoc quod dixi. vnde iohannes ad men
tem & non ad interrogatōnem eis reſpondit. Et cō
feſſus eſt & non negauit. & confeſſus eſt. quia non
ſum ego chriſt⁹. Et vide ſapientiam euangeliſte.
tertio quaſi idem dicit. & virtutē baptiſte indicās
& maliciam & amentiam iudeorum. Deuoti enī fa
muli eſt. non ſolum non rapere gloriā domini. ſed
oblatam a multis reſpuere. Turbe enī ex ignoran
cia ad hanc venerunt ſuſpitionem. vt iohannem
chriſtum eſtimarent. Hij vero a maligna men
te ex qua interrogabant eum. eſtimantes per blan
dicias attrahere ad hoc quod volebant. Niſi enī ex
cogitaſſent hoc. reſpondenti. non ſum ego chriſtus.
dixiſſent. Non hoc ſuſpicati ſumus. non hoc veni-
mus interrogaturi. ſed capti & maīfeſti effecti ad
aliud veniūt. Vn̄ ſequit̄. Et interrogauerūt eū.
Quid ergo? helias es tu? ¶ Auguſtin⁹. Nouerant
enī ꝙ preceſſurus erat helias xp̄m. Non enī alicui
igtū erat nomē xp̄i apd hebreos. ſed nō putabant
illū eſſe xp̄m. nec tn̄ omnino putauerunt xp̄m non
eſſe venturum. & cum ſperarent futurum. offende-
runt in preſentem. Sequitur. Et dixit. Non ſum.
¶ Gregorius in homelia. Ex hijs verbis queſtio
nobis valde implexa generatur. Alio quippe in lo-
co inquiſitus a diſcipulis dominus de helie aduen-
tu. reſpondit. Si vultis ſcire. iohannes ipſe eſt he
lias. Requiſitus aūt iohannes. dicit. Non ſum he
lias. Quomodo ergo propheta veritatis eſt. ſi eiuſ
dem veritatis ſermonibus concors non eſt. ¶ Ori
ge. Dicit autē aliq̄s ꝙ ſe ignorabat iohannes eſſe
heliam. & hoc nimirū vtet̄. q̄ aſſiſtūt iterate incor
porationis rationi tanꝙ anima denuo induente
corpora. Querunt enī iudei per leuitas ac ſacerdo-
tes. an eſſet helias. cum iterate corporis aſſumptio
nis documētū verax arbitrantur quaſi paternū exi
ſtens. nec alienum ab archanorꝫ ſuorum doctrina.
ob hoc itaqꝫ dicit iohannes. Helias non ſum. nam
neſcit primeuam vitam propriam Qualiter aūt vi
detur rationabile ſi tanꝙ propheta ſpiritu illumi-
nat⁹ eſt. & de deo & vnigenito tāta narrauit. igno
raſſe de ſeipſo an vnꝙ eius anima fuerit in helia.
¶ Gregorius in home. Sed ſi ſubtilit̄ veritas ipa
requiratur. hoc quidem quod inter ſe contrariū ſo-
nuit. quomodo contrarium non ſit. inuenitur. Ad
zachariam namqꝫ de iohanne angelus dixit. Ipſe
precedet ante illum in ſpiritu & virtute helie quia
ſcilicet ſicut helias ſecundum domini aduentū pre
ueniet. ita iohannes preuenit primum. Sicut ille
precurſor venturus eſt iudicis. ita iſte precurſor
factus eſt redemptoris. Iohannes igitur in ſpiritu
helias erat. ī perſona helias non erat. Quod aūt do
minus fatetur de ſpiritu. hoc iohannes denegat
de perſona. Quia & iuſtum ſic erat. vt diſci-
pulis dominus ſpiritualem de iohanne ſententiā di-
ceret. & iohannes turbis carnalibus non de ſuo ſpi
ritu. ſed de corpore reſponderet. ¶ Origenes. Re-
ſpōdit ergo leuitis & ſacerdotib⁹. nō ſum. colectās
ꝓpoſitū q̄ſtionis cor. Nō enī ſapiebat p̄miſſa exa-
minatō ſi idē ſpirit⁹ eēt ī vtroqꝫ. Sꝫ ſi iohannes eēt
ipe helias qui aſſumpt⁹ eſt. nūc apparēs ſcd̄m ꝙ
a iudeis expectabat̄ abſqꝫ natiuitate. p̄m⁹ aī arbi-
trās reſūptōnē corporū dicet. ꝙ icōſequēs ē filiū za
charie tāti ſacerdotis ī ſenio natū. ſup oēꝫ humanā
expectatōēꝫ ignorari a ſacerdotib⁹ & leuitis. ipſū
natū fuiſſe. maxīe luca teſtāte ꝙ fact⁹ eſt timor
in omnibus habitantibus circa eos. Sed forſā q̄-
niam ꝓpe finem heliam expectabant. ante chri-
ſtum. quaſi tropice ſciſcitari videt̄. an es tu q̄ pre
nuntias chriſtum venturum? Et caute reſpondit
Non ſum. Sed & nihil mirabile. ſicut in ſalua
tore pluribus ſcientib⁹ ex maria natiuitatem eius
Quidā fallebantur putantes eū vel iohannem ba-
ptiſtam vel heliam aut aliquem prophetarum.
Sic & in iohanne quoſdam ortus eius ex zacharia
non latebat. & quidam dubitabant. ſi forſan qui
expectabatur helias apparuit ī iohanne. Quoniam

vero cum plures in iſrael editi fuerint ꝓphete. vnꝰ de quo moyſes ꝓphetauerat preſertim expectabat̃. Juxta illud. Prophetam vobis ſuſcitabit deus ex fratribus veſtris ſicut mihi illi parebitis. Tertio ſciſcitantur non ſi foret propheta ſimpliciť. ſed cū articulo in greco ponitur. Unde ſequiť. Propheta es tu? Per ſingulos em̄ prophetas nouerat populus iſrael neminem eorum fore hunc. quē moyſes prophetauerat. qui ſicut moyſes medius ſtaret inter deum & homines. & accepto teſtamento traderet diſcipulis. Hoc aũt illis nomē nō xp̄o attribuētibus. ſed arbitrantibus alium a xp̄o ipſum fore. Johannes ſciuit quoniam & xp̄s ille propheta eſſet. Unde ſubditur. Et reſpondit non. Auguſtinꝰ. Vel quia iohannes maior erat ꝙ̄ propheta. qz prophete longe prenunciauerunt. Johannes preſentē demonſtrabat. Sequitur. Dixerunt ergo ei quis es? vt reſpõſū demus hijs qui miſerunt nos. quid dicis de te ipſo? Chriſoſtomus. Vides hic vehementius inſiſtentes & interrogantes. Hunc autē cum manſuetudine eas que non erant vere ſuſpitiones deſtruentem & ea que eſt vera ponentem. Unde ſequiť. Ait. Ego vox clamantis in deſerto. Auguſtinꝰ. Eſaias illud dixit. In iohāne ꝓphetia iſta completa eſt. Gregorius. Scitis aũt ꝙ vnigenitus filius verbum patris vocatur. Ex ipa aũt noſtra locutione cognoſcimus. quia prius vox ſonat vt verbum poſſit audiri. Johannes ergo vocem ſe aſſerit eſſe. quia verbum precedit. & per eiꝰ miniſterium patris verbum ab hominibus audiť. Origenes. Ineleganter aũt heracleon de iohanne & prophetis conſiderãs. ait. quoniam verbum quidem ſaluator eſt. vox aũt per iohannem intelligitur. Solus em̄ ſonus eſt omnis gradus propheticus. Cui dicendum. ꝙ ſi non ſignificatiuam vocem dederit tuba. nemo ſe accinget ad prelium. Si ergo nil aliud ꝙ̄ ſonus eſt vox prophetica. quomō traſmittit nos ad illam ſaluator. Scrutamini inquit ſcripturas. Dicit aũt iohannes ſe eſſe vocem non clamantem in deſerto. ſed clamantis. eius ſcilicet qui ſtabat & clamabat. Si quis ſitit veniat ad me & bibat. Clamat em̄ vt diſtãtes auditu percipiãt. & grauem habẽtes auditum ſentiãt immēſitatem eorum que dicũtur. Theophilus. Vel quia veritatem manifeſte annunciat. omnes enim qui in lege erant. obſcure loquebantur. Gregorius. Vel in deſerto iohannes clamat. quia quaſi derelicte ac deſtitute iudee. ſolatium redemptoris annunciat. Origenes. Opus autem vocis in deſerto clamantis eſt. vt anima deo deſtituta. ad rectam faciendam viam domini reuocetur. nequaquam prauitatem ſerpentini greſſus proſequendo. ſcd̄m contemplationem quidem ſublimatam in veritate abſq̧ permixtione mendacij. & ſecundum actionem poſt congruam ſpeculationem licitum opus referentem. Unde ſequitur. Dirigite viam domini ſicut dixit eſaias propheta. Gregorius. Via dei mira ad cor dirigitur. cum veritatis ſermo humiliter auditur. Via domini ad cor dirigitur cum ad preceptum vita preparatur. Textus

Et qui miſſi fuerant. erãt ex phariſeis. Et interrogabant eum. & dixerũt ei. Quid ergo baptizas ſi tu non es xp̄s neq̧ helias neq̧ propheta? Reſpondit eis dicēs. Ego baptizo in aqua. Medius autem veſtrū ſtetit. quē vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venit. qui ante me factus eſt. cuius non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta ſunt trans iordanem. vbi erat iohannes baptizans. Origenes. Facta reſpõſione verſus ſacerdotes & leuitas. denuo miſſum eſt a phariſeis. Unde dicitur. Et qui miſſi fuerant erant ex phariſeis. Quantum em̄ ex ipſo ſermone coniecturari contingit. dico tercium eſſe hec teſtimoniū. Vide tamen quomodo iuxta ſacerdotalem & leuiticam perſonam eſt cum manſuetudine prolatum illud. Tu qui es? Nihil em̄ arrogans vel proteruū in eorum queſtione continetur. ſed cuncta decentia veros dei miniſtros. Sed phariſei ſcd̄m ſuum nomen diuiſi & importuni ex diſcordia cõtumelioſas voces pretendunt baptiſte. vnde ſequitur. Et dixerunt ei. Quid ergo baptizas? ſi tu nō es chriſtꝰ neq̧ helias. neq̧ propheta? Non quaſi ſcire volentes. ſed prohibere eum a baptiſmo. Deinde vero neſcio quo pacto proni ad baptiſmum fuerunt ad iohannem. Huiꝰ aũt ſolutio eſt. quia phariſei nō credentes accedunt ab baptiſma. ſed ex hipocriſi. cum timerent populū. Chriſoſto. Vel ipſi iidē ſacerdotes & leuite ex phariſeis erãt. Et quia blãdicijs eum non valuerunt ſupplantare. accuſationem ei immittere temptant. cogentes eum dicere quod non erat. Unde ſequiť. Et interrogauerũt eum & dixerunt. Quid ergo baptizas. ſi tu non es chriſtus neq̧ helias. neq̧ propheta. quaſi audacie videbatur eſſe baptizare. ſi xp̄s nō erat. nec precurſor illius. nec preco ideſt propheta. Gregorius. Sed ſanctus quiſq̧ etiam cum peruerſa mente requiritur a bonitatis ſue ſtudio non mutať. Unde Johannes ꝗ̄ ad verba inuidie predicamenta reſpõdit vite. vnde ſequiť. Reſpondit eis dicens. Ego baptizo in aqua. Origenes. Ad illud em̄. Quid ergo baptizas. quid aliud afferri decebat. niſi proprium baptiſma carnale ꝑtendere? Grego. Johannes em̄ non ſpiritu. ſed aqua baptizat. q̄ȝ peccata ſoluere non valebat. baptizatorum corpora ꝑ aquam lauat. ſed tamen animas per veniam nō lauat. Cur ergo baptizat. qui peccata per baptiſmum non relaxat? niſi vt precurſionis ſue ordinem ſeruans. ſic qui naſciturū naſcendo preuenerat. baptizaturū quoq̧ dominum baptizando preueniret. & qui predicando factus eſt precurſor chriſti. baptizando etiam precurſor eius fieret imitatione ſacramenti. Qui inter hec miſterium redemptoris

noſtre annunciās · hunc in medio hominum & ſte-
tiſſe aſſerit · & neſciri · Sequit᷑ enim · Medius au-
tem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. quia per car-
nem dominus apparens & viſibilis extitit corpore
& inuiſibilis maieſtate . ¶ Chriſoſtomus · Hoc
autem dixit quoniam decens erat chriſtum com-
mixtum eſſe populo · vt vnum multorum ſe vbiqꝫ
humilē eē docētē. Cum aūt dixit · Quem vos neſci-
tis. ſcientiam hic cognitionem certiſſimam dicit ·
puta quis eſt. & vnde ! ¶ Auguſtinus · Humilis
enim non videbatur · & ꝓpterea lucerna accenſa eſt
¶ Theophilus. Vel medius erat phariſeorum do-
minus · ſed ignorabant eum. quia ipſi ſcripturas
ſe ſcire putabant · & inquantū in illis prenuntiaba-
tur dominus · medius eorum erat · ſcilicet in cordi-
bus eorum · ſed neſciebāt eum · eo ꝙ ſcripturas nō
intelligebant · Vel aliter · Medius quidem erat · in
quantum mediator dei exiſtens & hominum chri-
ſtus iheſus medius phariſeorum extitit · volens il-
los deo iungere · ſed ipſi neſciebant eum · ¶ Orige-
nes · Vel aliter hoc edito · Ego baptizo in aqua ad
illud · Quid ergo baptizas ! Ad ſecundum · ſi tu non
es chriſtus ! preconium de precedente chriſti ſub-
ſtantia proponit · ꝙ tanta ſit ei virtus · ꝙ inuiſibi-
lis ſit ſua deitate · cum ſit preſens cuilibet & totum
per orbem diffuſus · quod notatur ex illo · Medius
veſtrum ſtetit · Hic enim per totam orbis machi-
nam effluxit · ſic vt que creantur · per ipſum creen-
tur · omnia enī per ipſum facta ſunt . Vnde palam
eſt · ꝙ inquirentibꝰ a iohanne quid ergo baptizas ·
ipſe medius erat . Vel ꝙ dicitur · in medio veſtrū
ſtetit · intelligendum eſt de nobis hominibus · Cū
enī ſimus rationales · in medio noſtrum exiſtit · ex
eo ꝙ principale ſcilicet cor · in medio tocius corpo-
ris inſitum eſt · Qui ergo verbum in medio gerunt
non autē cognoſcūt de illius natura · nec de quo fon-
te manauit · nec quomodo conſiſtit in eis · hij ver-
bum in medio ſui obtinentes ignorant · quod tamē
iohannes agnouit · vnde exprobrando dicit ad pha-
riſeos · Quem vos neſcitis · quia expectantes phari-
ſei chriſti aduentum · nihil tam arduum de eo con-
templabantur · ſolum hominem ſanctum exiſtimā-
tes eum eſſe · Dicit autem ſtetit. nam ſtat pater in-
uariabilis exiſtēs & inpermutabilis · Stat quoqꝫ
verbum eius ad ſaluandum continuo q̄uis carnē
ſuſcipiat · q̄uis medium hominum ſtet inuiſibile ·
Ne vero putet aliquis alium eē inuiſibilem ad om-
nes homines venientem · vel ad vniuerſum orbem
ab eo qui humanatꝰ eſt & in terra cōparuit · Sub-
dit · Qui poſt me venit · hoc eſt · qui poſt me appari-
turus eſt · Non aūt idem denotatur hic per hoc ꝙ di-
cit poſt · & cum iheſus nos poſt ſe inuitat · Illic ei
ſequi poſt ipſum precipitur nobis · vt eius indagā-
do veſtigia perueniamus ad patrem · hic autem vt
pateat quid ſequatur ex iohannis dogmatibus · ve-
nit enim vt cuncti credant per eum preparati ad
perfectū verbum per minora · Dicit ergo · Ipſe ē

qui poſt me venit · ¶ Chriſoſtomus · Ac ſi diceret
Ne exiſtimetis totum in meo conſiſtē baptiſmate ·
Si enī meum baptiſma perfectum eſſet · alius non
veniret poſt me · aliud baptiſma daturus · Sed hec
preparatio eſt illius & tranſibit ī proximo · vt vm-
bra & imago · Sed oportet eum qui veritatem im-
ponet · venire poſt me · Si enī hoc eſſet perfectum ·
nequaq̄ ſecundi locus quereretur · Et ideo ſubdit ·
Qui ante me factus eſt · hic eſt honorabilior & cla-
rior · ¶ Gregorius · Hic namqꝫ dicitur · ante me fa-
ctus eſt · ac ſi dicatur · antepoſitus eſt mihi · Poſt
me ergo venit · quia poſtmodum natus · ante me
autem factus eſt · quia mihi prelatus · ¶ Chriſo-
ſtomus · Ne autē exiſtimes comparabilem eſſe ex-
cellentiam hanc · incomparabilitatem oſtendere vo-
lens ſubiungit · cuius ego non ſum dignus vt ſol-
uam corrigiam calciamenti · Quaſi diceret intantū
eſt ante me · vt ego neqꝫ in vltimis miniſtrorum vo-
cari dignus ſim · Calciamentū enī ſoluere vltimi
miniſterij res ē · ¶ Auguſtinus · Vn̄ & ſi dignum
ſe dicēt tātūmō corrigiā calciamēti ſoluē multū ſe
humiliaſſet · ¶ Gregorius · Vel aliter · mos apud
veteres fuit vt ſi quis eam que ſibi competeret ac-
cipere vxorem nollet · ille ei calciamentum ſoluēt ·
qui ad hanc ſponſus iure propinquitatis veniret ·
Quid igitur · inter homines chriſtus niſi ſancte ec-
cleſie ſponſus apparuit · Recte ergo iohannes ſe in-
dignum eſſe ad ſoluendam corrigiam eius calcia-
menti denunciat · ac ſi aperte dicat · redemptoris ve-
ſtigia non denudare valeo · quia ſponſi nomen mi-
hi immeritus non vſurpo · Quod tamen intelligi &
aliter poteſt · Quis enī neſciat quod cacliamenta ex
mortuis animalibus fiant · Incarnatus vero domi-
nus veniens quaſi calciatus apparuit · qui in diuini-
tate ſua morticina nr̄e corruptōis aſſumpſit · Corri-
gia g° calciamēti ē ligatura miſterij · Iohānes ergo
ſoluere corrigiam calciamenti eius non valet · quia
incarnationis miſterium nec ipſe inueſtigare
ſufficit · Ac ſi patenter dicat · Quid mirum
ſi mihi ille prelatus eſt · quem poſt me quidem na-
tum conſidero · ſed natiuitatis eius miſterium non
comprehendo · ¶ Origenes · Quidam vero non in-
epte dixit hoc ſic intelligendum · Nō ſum ego tan-
ti · vt cauſa mei deſcendat a magnalibus · ac carnē
quaſi calciamentum ſuſcipiat · ¶ Chriſoſtomus ·
Et quia iohannes cum decenti libertate ea que de
chriſto ſunt omnibus predicabat · propterea euā-
geliſta & locū deſignat dicens · Hec in bethania fa-
cta ſunt trans iordanem · vbi erat iohannes bapti-
zans · Non enī in domo neqꝫ in āgulo chriſtum pre-
dicabat · ſed iordanē trāſiēs in media multitudine
preſentibus omnibꝰ q̄ ab eo baptizabantur · Quedā
vero exēplariorū cercīꝰ habēt ī bethabora · Bethania
enī non vltra iordanē · neqꝫ in deſerto erat · ſed ꝓpe
hieroſolimā · ¶ Gloſa · Vel due ſūt bethanie vna
trans iordanē · altera citra non longe a hieruſalem
vbi lazarus fuit ſuſcitatꝰ · ¶ Chriſoſto · Hoc autē

& propter aliam cauſam deſignat· quia enim res nō ātiq̄s nārabat· ſed aāte paruū tēpus contingētes preſentes· & vidētes teſtes facit eorum que dicūtur· demōſtratōez ī locis tribuens· ¶ Alchuinꝰ. Bethania vero· domꝰ obediētie interpretatur per quā innuitur quia per obedientiam fidei omnes ad baptiſma debent peruenire. ¶ Origenes· Bethabora vero interpretatur domus preparationis & conuenit cum baptiſmo· preparantis domino plebē perfectam· Jordanis aūt interpretat̄ deſcenſus eorū· Quis autem erit hic fluuius niſi ſaluator noſter per quem ingredientem in hunc mūdum mundari cōuenit· non ſuum deſcendentem deſcenſum. ſed humani generis· hic ſegregat donatas a moyſe ab hijs que per iheſum donantur ſortes· huius riuuli letificant ciuitatem dei. Sicut autem draco latitat in egiptiaco fluuio· ita deus in iſto· Pater enī eſt in filio· & qui proficiſcuntur illuc vbi ſe lauent· obprobrium egipti deponunt ac apti ad perceptionem hereditatis parantur· necnon a lepra mundantur· & duplicis capaces ſunt gracie ac prompti fiunt ad ſuſceptionem ſpiritus almi. In aliud flumen nequaꝗ̄ deſcendenti ſpiritali columba· Trās iordanē vero iohannes baptizat vt precurſor venientis nō innocētes· ſed peccatores vocare. textꝰ

¶ Altera die vidit iohannes iheſum venientē ad ſe· & ait· Ecce agnꝰ dei· ecce qui tollit peccata mūdi. Hic eſt de quo dixi· Poſt me venit vir qui āte me factus eſt· qui prior me erat· & ego neſciebā eū Sed vt manifeſtetur in iſrael· propterea veni ego in aqua baptizans. ¶ Origenes· Poſt teſtimonium iohannis iam videtur iheſus veniēs ad eum nō ſolum adhuc perſeuerantem· ſed & potiorem effectum· quod per diem ſecundariam deſignat̄. Vnde dicitur· Altera die vidit iohannes iheſum venientem ad ſe· Pridem autem iheſu mater protinꝰ vt illum concepit ad matrem iohannis pregnantē proficiſcitur. & per vocem prouenientem ad aures eliſabet ex marie ſalutatione exultat iohannes conceptus in vtero· Hic autem poſt iohannis teſtimonia ipſe videtur a baptiſta· accedens ad eum· priꝰ autem auditu aliorum inſtruitur aliquis· ac deinde oculate inſpicit illa. Per hoc autem ꝙ maria ad eliſabet venit minorem· & filius dei ad baptiſtā ad feruorem opitulandi minoribus & ad modeſtiā admonemur. Verum vnde ad baptiſtam venit ſaluator· non hic dicitur. ſed ex dictis mathei colligimꝰ dicētis· Tūc venit iheſus a galilea ad iordanem ad iohannē. vt baptizaretur ab eo· ¶ Chriſoſto. Vel aliter· Matheus aduentum xp̄i ad baptiſmū preſencialiter dicit. Johannes autem & rurſus eū veniſſe ad iohannem oſtendit poſt baptiſma. & hoc manifeſtat quod poſtea dicit· quia vidi ſpiritum deſcendentem &c̄· Partiti enī ſunt ſibi euangeliſte tempora narratōis· Matheꝰ enī ea q̄ anteꝗ̄ ligaretur iohannes baptiſta preteriens feſtinat ad ea q̄ deinceps ſunt tēpora· Sed iohannes hijs maxime immorat̄ que ſcz ante īcarceratōez iohānis fuerūt. Vnde hic dī. Altera die vidit iohānes iheſū venientem ad ſe· Cuiꝰ igitur grā ſecūdo poſt baptiſmū ad eū veniebat· quia ipm̄ baptizauerat cū multis· vt nullꝰ ſuſpicet̄ qm̄ ex eadē cauſa ex qua ad iohānē & alij ad iohānē veniret· puta peccata cōfeſſurꝰ aut ī penitētiā abluēdꝰ in flumīe. Propterea ḡ accedit dās iohāni occaſionē corrigēdi hāc ſuſpitōez quā iohannes per verba correxit· Vnde ſequitur· & ait· Ecce agnus dei· ecce qui tollit peccata mūdi· Qui igit̄ ita purus erat vt & alioꝝ peccata abſoluere poſſet· manifeſtum eſt quoniā non vt confiteretur peccata accedit. ſed vt occaſionē det iohāni loquendi de ipſo· Venit etiā ſecundo vt hij qui priora audierāt· certius recipiāt que predicta ſūt & alia rurſus audiāt. Dicit aūt· Ecce agnus dei· innuens ꝙ hic eſt qui olim querebat̄· rememorās prophetie eſaie· & vmbre que ſcd̄m moyſen erat· vt a figura facilius eos ducat ad veritatē· ¶ Auguſtinꝰ. Si aūt agnꝰ dei eſt innocēs· & iohannes agnus an nō & ipſe eſt innocēs· Sed omnes ex illa propagine venīūt de qua cantat gemens dauid. Ego in iniquitatibus cōceptus ſum. Solus ergo ille agnꝰ qui nō ſic venit. Nō enī in iniquitate conceptꝰ ē· nec ī peccatis mr̄ eiꝰ eū ī vtero aluit· quē virgo cōcepit· virgo peperit· quia fide concepit· & fide ſuſcepit· ¶ Orige· Sz cū quiꝗ offerāt̄ aīalia in tēplo. tria terreſtria. vitulꝰ ouis & capra· Volatilia vero duo· turt̄ & columba· Et de oībꝰ tria adducantur. aries ouis agnus· de genere oīū agnum memorauit· Agnum enī in oblationibus q̄tidianis offerri videmus· Vnū quidem mane alterū vero veſpere· Que nam aūt oblatio alia poteſt eſſe quottidiana a rationali natura comprehendēda niſi vbū ingēs· agnꝰ tipice nūcupatū? Hec nēpe cenſebitur oblatio matutina ad frequētiā intellectus in diuinis relatum. Neꝗ̄ enī anima pati poteſt vt ſūmis iugit̄ inſiſtat· eo ꝙ corporis terreſtris & grauis coniugium eſt ſortita· Ex hoc etiam verbo q̄d chriſtus eſt· coniectare de pluribus poterimus· & quodammodo veſpere contingemus ad corporalia procedentes· Qui aūt hunc obtulit agnum ad immolandum deus fuit in homine reconditus· magnus ſacerdos qui dixit· Nemo tollit animam meam a me ſed ego pono eam· Vnde dicitur agnus dei· Ipſe enim noſtros languores accipiens totius mundi tollens peccata· mortem quaſi baptiſmum ſuſcepit Apud deum enim non pertranſit incorrectum· q̇cquid agimus quod diſciplina indigeat· que per difficilia exercetur· ¶ Theophilus· Vel dicitur· chriſtus agnus dei· inquantum deus pater mortem chriſti acceptauit pro noſtra ſalute· vel ī quātū eū ꝓ nobis tradidit morti· Sicut ei dicē ꝯſueuimus· Hec oblatō ē talis hoīs· ideſt quā talis homo obtulit· ſic & chriſtus dicitur agnus dei· dantis ſcilicet filium ſuum pro noſtra ſalute in mortē· Et ille q̄dē agnꝰ tipicꝰ nulliꝰ oīno peccatū ſuſtulit·

hic vero peccatum vniuerſi orbis terrarum · pericli
tantem enim mudum eruit ab ira dei . Vnde ſub
dit . Ecce qui tollit peccata mundi · Nõ aũt dixit q̃
tollet · ſed qui tollit peccata mũdi · quaſi ſemp hoc
faciente ipſo · Non em̃ tũc ſolum tulit cũ paſſus eſt
ſed ex illo tẽpore vſq; ad preſens tollit · non ſemp
crucifixus · vnam em̃ pro peccatis obtulit oblatõ-
nem · ſed ſemper purgans per illam . ¶ Gregori9.
octauo moralium · Tunc aũt ab humano genere
plene peccatum tolletur · cum per incorruptõis glo
riam noſtra corruptio pmutabitur . Eſſe namq; a
culpa liberi non poſſum9 · quouſq; in corporis mor
te tenemur · ¶ Theophilus · Sed quare non dixit
peccata mũdi · ſed peccatum · vt videlicet p hoc q͞
dixit peccatum · vniuerſaliter peccatum videretur
innuere · ſicut cõſueuimus dicere q͞ homo eiectus ẽ
de paradiſo · ideſt omne genus humanum · ¶ Beda
Vel peccatum mundi dicitur originale peccatum ·
quod eſt commune tocius mundi · quod quidem ·
peccatum originale & ſingulorum ſuperaddita .
Xp̃us per graciam relaxat · ¶ Auguſtinus · Qui
em̃ de noſtra natura peccatum non aſſumpſit · ipſe
eſt qui tollit noſtrum peccatum · Noſtis quia qui-
dam homines dicunt · nos tollimus peccata ab ho-
minib9 · quia ſancti ſumus · Si em̃ non fuerit ſan-
ctus qui baptizat · quomodo tollit peccatum alteri-
us ? cum ſit ipſe homo plen9 peccato · Contra iſtas
diſputatões · hinc legamus . Ecce qui tollit pecca-
tum mundi · vt nõ ſit preſumptõ hominib9 in homi
nes · ¶ Origenes · Sicut tamen iugi oblationi co
gnate ſunt relique oblatões legales · ſic hui9 ag-
ni oblatõi cognate oblationes videtur mihi effuſio
nes ſanguinis martirum · quorum pacientia & con
feſſione & p̃optitudine ad bonũ obtunduntur ma
chinatões impiorum · ¶ Theophilus · Quia vero
ſuperius illis qui ex phariſeis venerant · Johãnes
dixerat · q͞ medius veſtrum ſtat quez vos neſcitis
hic ignorantib9 eum demonſtrat dicens · hic eſt de
quo dixi · Poſt me venit vir · qui ante me factus
eſt · Vir dominus dicitur propter etatis pfectio-
nem · Nam triginta annorum baptizatus eſt · Vel
quia ſpiritalis anime vir eſt · & eccleſie ſponſus .
Vnde paulus · Deſpondi vos vni viro · virginem
caſtã exhibere chriſto · ¶ Auguſtinus · Poſt me
aũt venit · quia poſterior natus eſt · ante me fact9 ẽ
quia prelatus eſt mihi · ¶ Gregori · Prelatõis aũt
eius cauſas aperuit · cum ſubiungit · quia prior me
erat · ac ſi aperte dicat · Inde me etiam poſt natus
ſuperat · quo eum natiuitatis ſue tẽpora non angu-
ſtant · Nam qui per matrem in tempore naſcitur ·
ſine tempore eſt a patre generatus · ¶ Theophil9.
Auſculta o arrie · non dixit quia prior me creatus
eſt · ſed quia prior me erat · Audiat hoc pauli ſamo
ſateni abuſio q͞ non ex maria ſumpſit primordiuz
quia ſi eſſendi principium ſumpſit ex virgine · qua
liter prior extitit precurſore ? Nam manifeſtum ẽ
q͞ precurſor xp̃m in ſex menſibus ſuperabat ſcd̃m
humanam generationem . ¶ Chriſoſtomus · Vt
aũt non videatur ex amicitia propter cognationez
ei teſtimonium perhibere · quia cognatus eius erat
ſcd̃m carnem · propterea dicit · Ego neſciebam eũ.
Et ſcd̃m rationem hoc contigit · Etenim in deſerto
conuerſatus eſt iohannes . Miracula vero quecũq;
xp̃o puero exiſtente facta ſunt · puta que circa ma
gos & quecumq; talia · ante multum contigerant tẽ
pus · Johanne & ipſo valde puero exiſtẽte · In me
dio vero tempore ignotus omnibus exiſtebat · pro
pter quod ſubdit · Sed vt manifeſtetur in iſrael ·
propterea veni ego in aqua baptizans · Hinc em̃
manifeſtum eſt quoniam & illa ſigna que quidam
dicunt a chriſto in pueritia facta · mẽdatia & ficti-
ones ſũt · Si em̃ a prima etate miracula feciſſet ihe
ſus · nequaq̃ neq; iohannes eum ignoraſſet · nec re
liqua multitudo indiguiſſet magiſtro ad maĩfeſtã
dum eum · Non igitur ipſe chriſtus baptiſmate in
digebat · neq; aliquam aliam cauſam habebat illud
lauacrum q̃ premonſtrationem facere eius fidei · q̃
eſt in xp̃z · Non em̃ dixit · vt mundem eos qui bap
tizantur · neq; vt liberem a peccatis veni baptizãs
ſed vt manifeſtetur in iſrael · Sed nunquid ſine ba
ptiſmate non licebat predicare & inducere turbas
ſed facilius ita factum eſt · Nequaq̃ em̃ concurriſ-
ſent omnes ſi ſine baptiſmate predicatõ facta eſſet
¶ Auguſtin9 · Vbi ergo cognitus eſt domin9 ſu-
perfluo ei via parabatur · quia cognoſcentibus ſe
ipſe factus eſt via · Itaq; non durauit diu baptiſ-
ma iohannis · ſed quoaduſq; demõſtratus eſt domi-
nus humilis . Ergo vt daretur nobis a domino hu-
militatis exemplum ad percipiendam ſalutem ba-
ptiſmi ſuſcepit baptiſmum ſerui · & ne proponeret̃
baptiſm9 ſerui baptiſmo domini · baptizati ſũt alij
baptiſmo cõſerui · ſed qui baptizati ſunt baptiſmo
cõſerui · oportebat vt baptizarent̃ baptiſmo domi-
ni · Qui aũt baptizabantur baptiſmo domini · non
opus habent baptiſmo conſerui . Textus

¶ Et teſtimonium perhibuit iohannes dicens ·
quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam
de celo & manentem ſuper eum & ego neſciebam
eum · ſed qui miſit me baptizare in aqua · ille mihi
dixit · Super quem videris ſpiritum deſcendentem
& manentem ſuper eum · hic eſt qui baptizat in ſpi
ritu ſancto · Et ego vidi & teſtimonium perhibui ·
quia hic eſt filius dei · ¶ Chriſoſtomus · Quia io-
hannes teſtatus eſt ita magnum quid quod ſuffi-
ciens erat auditores omẽs ſtupefacere · puta q͞ toci
us orbis terrarum ſolus ipſe peccata tolleret · vo-
lens credibilius id facere · reduxit hoc ad deum &
ſpiritum ſanctum · Poſſet em̃ aliquis dicere iohan
ni · qualiter igitur tu cognouiſti eum ? Reſpondet
q͞ per deſcenſum ſpiritus ſancti · vnde ſequitur ·
Et teſtimoniũ phibuit iohãnes dicẽs · q̄ vidi ſpi-
ritũ deſcendẽtẽ q̃ſi colũbã de celo & manẽtẽ ſup eũ ·
¶ Augu · xv · de trinita · Nõ aũt tũc vnct9 ẽ xp̃s ſpũ
ſancto · qñ ſup eũ baptizatũ velut columba deſcẽdit .

Tunc enim corpus ſuum ſcilicet eccleſiam ſuam pfigurare dignatus eſt · in qua precipue baptizati accipiunt ſpiritum ſanctum · Abſurdiſſimum em̄ eſt vt credamus eum · cum iam triginta eēt annorum (eius enim etatis a iohanne baptizatus eſt) acepiſſe ſpiritum ſanctum · ſed veniſſe ad illud baptiſma · ſicut ſine vllo omnino peccato ita non ſine ſpiritu ſancto · Si em̄ de famulo eius & precurſore ipſo iohanne ſcriptum eſt · Spiritu ſancto replebitur ab vtero matris ſue · qui q̄uis ſeminatus a patre · tamen ſpiritum ſanctum in vtero formatus accepit · quid de homine chriſto intelligendū eſt vel credendum · cuius carnis ipſa conceptio nō carnalis · ſed ſpiritalis fuit? ¶ Auguſtinus · de agone chriſtiano · Non aūt dicimus ſolū chriſtum verū corpus habuiſſe · Spiritum aūt ſanctum fallacit apparuiſſe oculis hominum · Sicut em̄ non oportebat vt homines falleret filius dei · ſic nec ſpirit? ſanctus · ſed omnipotenti deo qui vniuerſam creaturā ex nihilo fabricauit · non erat difficile verū corpus columbe ſine aliarum columbarū miniſterio figurare · ſicut ei non fuit difficile verum corpus in vtero virginis ſine virili ſemine fabricare · ¶ Augu. ſup · io · Duobꝰ aūt modis oñdit viſibilit dn̄s ſpm̄ ſāctū · p columbā ſup dn̄m baptizatū · p ignē vō ſuper diſcipl'os ↄgregatos · ibi ſimplicitas · hic feruor oñdit · Ergo ne ſpū ſāctificati dolū habeāt · i columba demōſtratū ē · & ne ſimplicitas frigida remaneat · in igne demōſtratū ē · Nec moueat q2 ligue diuiſe ſūt · Noli diſſipatōꝫ timē · vnitatem in colūba cognoſce Sic ergo oportebat demonſtrari ſpiritum ſanctuꝫ venientem ſuper dominum · vt cognoſcat vnuſquiſ q̄ ſi habeat ſpiritum ſanctum · ſimplicem ſe eſſe debere ſicut columbam · & habere cum fratribus veram pacem · quam ſignificant oſcula columbarum Oſculantur & corui · ſed laniant · A laniatu innocens eſt natura columbarum · Nam corui de amore paſcuntur · columba non niſi de frugibus terre viuit · Si etiam gemunt columbe in amore · nolite mirari quia in columbe ſpecie voluit demonſtrari ſpiritus ſanctus · Ipſe em̄ interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus · Non aūt ſpiritus ſanct? in ſemetipſo · ſed in nobis gemit · quia gemere nos facit · Qui em̄ nouit in preſſura ſe eſſe mortalitatis huius peregrinari ſe a domino · q̄diu propter hoc gemit · bene gemit · ſpiritus illum docuit gemere · Multi aūt gemunt in infelicitate terrena · vel q̄ſſati dampnis · vel egritudine corporis pregrauati · ſed non columbe gemitu gemūt · Vnde ergo debuit demonſtrari ſpiritus ſanctus vnitatem quandam deſignans niſi per columbam · vt pacate eccleſie diceretur · vna eſt columba mea · Vnde debuit humilitas figurari · niſi per auem ſimplicem & gementem · Apparuit ibi ſancta & vera trinitas · Pat in voce dicente · Tu es filius meus dilect? · Spirit? ſanctus in columba · In iſta trinitate miſſi ſūt apoſtoli baptizare · in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti · ¶ Gregorius · ſecundo moralium · Dicit autem · Manentem ſuper eum · In cunctis namq̄ fidelibus ſpiritus ſanctus venit · ſed in ſolo mediatore ſemper ſingulariter permanet · quia eius humanitatem nunq̄ deſeruit · ex cuius diuinitate procedit · Sed cum de eodem ſpiritu diſcipulis dicatur · apud vos manebit · quomodo ſingulare ſignum erit · q̄ in chriſto permanet · quod citius cognoſcemus ſi dona ſpiritus diſcernamus · In hijs em̄ donis ſine quibus ad vitam peruenire non poteſt · ſpirit? ſanct? in electis omnibus ſemper permanet · vt ſunt manſuetudo · humilitas · fides · ſpes · karitas · In illis aūt quibus per oſtenſionem ſpiritus non noſtra ſeruatur · ſed aliorum queritur · non ſemper manet · ſed aliquando ſe a ſignorum oſtenſionibus ſubtrahit · vt humilius eius virtutes habeantur · Xp̄s autē in cunctis eum ſemper & continue habuit preſentem · ¶ Chriſoſtomus · Ne autē aliquis eſtimet quoniam chriſtus natiuitatem habebat ſpiritu ſancto adueniente · ſicut & nos · hanc etiam deſtruit ſuſpitionem · oſtendens q̄ ſpiritus ſancti deſcenſio ſolum pro manifeſtando chriſto facta eſt · Vnde ſeq̄tur · Et ego neſciebam eum · ſed qui miſit me baptizare in aqua · ille mihi dixit · Super quem videris ſpiritum deſcendētem & manentem ſuper eum · hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto · ¶ Auguſti · Quis aūt miſit iohannem · ſi dicamus pater veruꝫ dicimus · ſi dicamus filius · verum dicimus · Manifeſtius aūt eſt vt dicamus pater & filius · Quomō ergo neſciebat eum a quo miſſus eſt? Si em̄ nō nouerat eum a quo voluit baptizari · temere dicebat · Ego a te debeo baptizari · nouerat ergo eum · Quid ergo eſt quod dicit · & ego neſciebam euꝫ · ¶ Chriſoſtomus · Sed cum dicit neſciebam eum · anteri? tempus dicit · non tempus quod eſt prope babtiſmum · cum prohibebat eum dicens · ego a te debeo baptizari · ¶ Auguſtin? · Sed legantur alij euangeliſte qui plani? illd̄ dixerūt · & inuenim? aptiſſime tūc deſcendiſſe colūbā cū domin? ab aqua aſcēdit · Si ergo poſt baptiſma deſcēdit colūba · & anteq̄ baptizaret̄ dixit illi iohannes · Ego a te debeo baptizari · an̄ baptiſmū illū nouerat · quomō ergo dixit · Ego neſciebam eū · ſed qui miſit me baptizare &c̄ · hoc audiuit iohannes · vt noſceret eū quē nō nouerat? an forte vt pleni? noſſet · quē iā nouerat? Nouerat quidē dominū · nouerat filiū dei · nouerat q2 ipſe baptizaret i ſpiritu ſācto · An̄ em̄ q̄ veniret ad fluuiū xp̄s · cū multi ad iohānē cōcurrerēt · Ait ill' Qui poſt me veīt · maior me ē · ipſe vos baptizabit i ſpū ſācto & igne · Sꝫ q̄d nō nouerat? ptatē baptiſmi ipſꝫ dominū habituꝝ & ſibi retētuꝝ · ne paulus aut petr? dicet · baptiſm? me? · ſicut i uenis dixiſſe euāgeliū meū · Sꝫ miniſteriū plane trāſituꝝ i bonos & malos · Quid tibi faciat mal? miſter vbi bon? ē dn̄s? Ecce poſt iohānē baptizatū ē · poſt homicidā nō ē baptizatū · q2 iohānes dedit baptiſmū ſuū · homicida dedit baptiſmū xp̄i · q̄d ſacmētū tā ſāctū ē ·

vt nec homicida miniſtrãte polluatur. Potuit au
tem dominus ſi vellet poteſtatem dare alicui ſer=
uo ſuo vt daret baptiſmum ſuũ tanq̃ vice ſua. &
cõſtitueret tantam vim in baptiſmate tranſlato in
ſeruũ. q̃tã vim haberet baptiſma datum a domino
Hoc noluit. vt in illo eſſet ſpes baptizatorũ a quo
baptizatos ſe agnoſcerẽt. & noluit ponẽ ſpem in
ſeruo. Si aũt daret hãc poteſtatem ſeruis. tot eſ=
ſent baptiſma. quot eſſent ſerui. vt quomõ dictum
eſt baptiſma iohannis. ſic dicẽtur baptiſma petri
vel pauli. Per hãc ergo poteſtatem quã ſolũ ſibi
xp̃s retinuit. ſtat vnitas eccleſie de qua dictũ eſt.
Vna eſt columba mea. Poteſt aũt fieri vt aliq̃s
habeat baptiſmum preter colũbam. vt proſit ei ba
ptiſmus preter columbam non poteſt. ¶ Chriſo
ſtomꝰ. Et quia pater vocem emiſit predicãs filiũ.
ſuperuenit ſpiritus ſanctꝰ vocẽ trahens ſup caput
xp̃i. ne quis preſentiũ exiſtimaret dici de iohanne
qđ dictũ eſt de chriſto. Sed dicet aliquis. qualit̃
non crediderũt iudei. ſi viderũt ſpiritum. ſed talia
nõ ſolũ indigẽt oculis corporis. ſed magis viſione
mentis. Si nãq; miracula faciẽtẽ videtes. intãtũ
ebrij erãt liuore. vt cõtraria hijs que videbantur
enuntiarẽt. qualiter ſolo aduẽtu ſpiritus ſancti in
ſpecie colũbe expuliſſent incredulitatem? Quidam
vero dicunt non omnes vidiſſe ſpiritum. ſed ſoluʒ
iohannem. & eos qui deuotius diſpoſiti erãt. Et
ſi em̃ ſenſibilibꝰ oculis poſſibile erat videre in ſpe=
tie colũbe ſpiritũ deſcendẽtem. non tamẽ propt̃ hoc
neceſſe eſt omnibꝰ hoc fuiſſe manifeſtum. Etenim
zacharias in ſpecie ſenſibili multa cõſiderauit. & da
niel & ezechiel. Sed & moyſes multa vidit. q̃lia
aliorum nullus. Vnde ſubdit iohannes. Et ego vi
di & teſtimoniũ perhibui. quia hic eſt filius dei.
Agnum quidẽ eũ vocauerat. & quoniam in ſpiritu
baptizare debebat dixit. filium aũt ante hoc nuſq̃
¶ Auguſtinus. Oportebat em̃ vt ille baptizaret
qui eſt filius dei vnicus. non adoptatus. Adoptati
filij miniſtri ſũt vnici. vnicꝰ aũt habet poteſtatẽ.
adoptati miniſterium. textus

¶ Altera die iterũ ſtabat iohannes & ex diſcipu=
lis eius duo. Et reſpiciens ihesum ambulantem di
cit. Ecce agnus dei. ¶ Chriſoſtomꝰ. Quia multi
hijs que a principio iohannes dicebat. non attende
bãt. Secũda rurſus eos excitat voce. Vnde dicit̃.
Altera die iterum ſtabat iohannes & ex diſcipulis
eius duo. ¶ Beda. Stabat quidẽ quia illam vir=
tutũ arcem cõſcẽderat. a q̃ nullis tẽptatõnũ poſſet
improbitatibꝰ deijci. Stabant cum illo diſcipuli.
quia magiſterium illius corde ſequebantur immo=
bili. ¶ Chriſoſtomus. Sed quare non totum mũ
dũ circuiuit ĩ omni loco iudee predicãs eũ. ſed ſta
bat circa flumen expectans eum venire & oſtende
re venientem? quia ſcilicet per opera xp̃i hoc fieri vo
lebat. Vide etiã qualit̃ hoc maioris edificatõis fu
it. quia em̃ paruam immiſit ſcintillam. repẽte flã
ma in altum eleuata eſt. Aliter aũt & ſi circuiens
hoc dixiſſet. videretur ex ſtudio quodã humano fi
eri que fiebant. & ſuſpitiõe plenum eſſet eiꝰ p̃comiũ
Igitur ꝓphete quidã & apoſtoli. omnes abſenteʒ
xp̃m predicauerũt. hij quidẽ ante preſentiã ſcđm
carnem. illi vero poſt aſſumptõeʒ. Vnde vt oſten
dat̃. q̃ non voce ſolum. ſed & oculis eum oſtende
bat. ſubdit̃. Et reſpiciẽs ihesum ambulantẽ dicit.
Ecce agnus dei. ¶ Theophilꝰ. Reſpiciẽs inquit.
quaſi oculis innuens gratiã & admiratõʒ quã ha=
bebat in xp̃o. ¶ Auguſtinꝰ. Johannes quidẽ ami
cus ſponſi erat. nõ querebat gloriam ſuam. ſed te=
ſtimoniũ perhibebat veritati. Nõ em̃ voluit apud
ſe remanere diſcipulos ſuos vt non ſequerent̃ do=
minum. ſed magis oſtendit. quẽ ſeq̃rentur dicẽs.
Ecce agnꝰ dei. ¶ Chriſo. Nõ longũ facit ſermonẽ
q̃niam vnũ ſolum ĩ ſtudio habebat adducẽ eos &
coniungere chriſto. ſciebat em̃ quoniam de reliquo
non indigerent eo teſtante. Non aũt ſingulariter
diſcipulis loquitur de hijs iohannes. ſed eis publi
ce cum omnibus. quia ex communi doctrina ſuſci=
pientes ſequelam chriſti. firmi de reliquo perman
ſerũt. non propter graciam chriſti ſequentes. ſed
propter ſuum lucrum. & non facit ſermonem ſuũ
deprecatiuum. ſed admiratur ſolum preſentem. &
demonſtrat eis preparationem propter quam ve=
nit. & modum preparationis. Agnus em̃ vtrumq;
inſinuat. & dicit agnus cum articuli adiectione.
excellentiam eius oſtendens. ¶ Auguſtinꝰ. Iſt e
enim ſingulariter dicitur agnus ſolus ſine macu=
la ſine peccato. non cuius macule abſterſe ſunt. ſed
cuius macula nulla fuerit. ſingulariter hic eſt ag
nus dei. quia ſingulariter huius agni ſanguine ſo
lo homines redimi potuerunt. hic eſt agnus quem
lupi timent. qui leonem occiſus occidit. ¶ Beda.
Ideo etiam agnũ vocat. quia dona ſui velleris ſpõ
te largiturum. ex quo veſtem nobis nuptialem fa=
cere poſſimus. id eſt exempla viuendi nobis reli
cturum preuidit. quibus in dilectione calefieri de
beremus. ¶ Alchuinus. Miſtice autem ſtat iohã
nes. ceſſat lex & venit ihesus id eſt gratia euan=
gelij. cui ip̃a lex ꝑhibet teſtimonium. Ambulat
ihesus diſcipulos collecturus. ¶ Beda. Ambula
tio etiam iheſu. diſpenſationem incarnationis. qua
ad nos venire ac nobis exempla prebere dignatus
eſt inſinuat. textus

¶ Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem.
& ſecuti ſunt ihesum. Conuerſus autem ihesus &
videns eos ſequentes ſe. dicit eis. Quid queritis?
Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicit̃ interpretatũ
magiſter) vbi habitas? Dicit eis. venite & videte.
Venerunt & viderunt vbi maneret. & manſerũt
ibi die illo. Hora autem erat quaſi decima. Erat
autem andreas frater ſimonis petri vnus ex duo=
bus qui audierant a iohanne. & ſecuti fuerunt eũ?
¶ Alchuinus. Johanne perhibente teſtimoniuʒ
quia ihesus eſſet agnꝰ dei. diſcipuli q̃ prius erãt cũ
iohãne. magiſtri ĩperiũ ĩplẽtes ſecuti ſũt ihesum.

Vnde dicitur· Et audierunt eum duo diſcipuli lo=
quentem & ſecuti ſunt ihesum· ¶ Chriſ Conſide
ra aũt quia quando dixit· poſt me venies ante me
factus eſt· & quoniam non ſũ dignus ſoluere corri
giam calciamenti eius· nullum cepit. Sed quando
de diſpenſatõe locutus & humilius ſermonem dux
it. dicens· Ecce agnus dei· Tũc ſecuti ſũt eũ diſci
puli· Multi em̃ non ita adducũtur cum aliquid ex=
celſum de deo dicatur· ſicut cum benignum & ami
cum hominem audiunt· & aliquid ad ſalutem homi
nũ pertinẽs· Conſiderãdum aũt ꝙ iohannes dicit·
Ecce agnus dei. & xp̃s nihil loquitur· Nam & ſpõ
ſus cũ ſilentiõ adeſt· alij eũ inducũt & ſponſã in ma
nu eius ponunt· quã cum acceperit· de ea diſponit·
Ita xp̃s venit copulaturus ſibi eccleſiã. nihil ipe
dixit· ſed acceſſit ſolum amic⁹ eius iohannes. dex
terã ei ſponſe impoſuit per ſermones ſuos· animas
hominum in manus ei ponẽs. qd accipiens ita di=
ſpoſuit vt vltra ad iohannem non redirent· Sed
aliud hic obſeruãdum· ſicut em̃ in nupcijs· non pu
ella ad ſponſum vadit· ſed ipe ad eã feſtinat· Ita
hic contingit· Non em̃ in celum aſcendit hominũ
natura· ſed ad eam filius dei acceſſit· & ad domum
duxit paternam· Et quidem alij diſcipuli iohan
nis erãt· qui non ſolum ſecuti non ſũt. ſed & zelo=
tipe ad xp̃m diſpoſiti erant· Qui aũt meliores erant
ſimul audierũt· & ſecuti ſũt· nõ q̃ſi magiſtrũ porẽ
cõtemnẽtes. ſed ab eo pſuaſi pmittẽte ꝙ baptiza=
ret in ſpiritu ſancto xp̃s· & inde diſcipulorũ ſtudi
um cum verecundia fieri. Neq; em̃ mox aſcendẽtes
interrogauerũt ihesũ de neceſſarijs & maximis re
bus· neq; publice· ſed ſingulariter ei loqui ſtudue
rũt· vnde ſequit᷑· Conuerſus aũt ihesus & vidẽs
eos ſequẽtes ſe· dicit eis· Quid queritis? Hinc eru
dimur· quia cum nos bene velle incepermus· tunc
deus dat nobis multas ſalutis occaſiones· Inter=
rogat aũt non vt diſcat. ſed vt per interrogatõez
magis eos familiares faciat. & ampliorem fiduti
am det· & oſtendat eos auditione dignos. ¶ The
ophilus. Vide aũt ꝙ ſequentibus ſe dominus con
uertit faciem & reſpexit. quia niſi per bonam ope=
rationem ipſũ ſecutus fueris· ad viſionẽ faciei eius
nunq̃ꝫ pertinges· neq; ad domum eius poteris per=
uenire. ¶ Alchuinus. Ergo illi diſcipuli tergum
ipi⁹ ſequebantur. vt viderẽt. & faciem domini vi=
dere non poterãt. Ideo conuertit ſe. & quodãmodo
de ſua maieſtate deſcẽdit· vt poſſint faciem diſcipu
li illius cõtemplari· ¶ Origenes· Forte aũt non
fruſtra poſt ſextum teſtimoniũ deſinit iohannes
eos cõteſtari· & ihesus ſcd̃m ſeptimũ dicit· Quid
queritis? ¶ Chriſoſtomus· Sed illi non ſolum ſe=
quendo· ſed interrogando amorem ſuũ ad chriſtuz
manifeſtauerũt· vnde ſequit᷑· Qui dixerũt· Rabbi
(quod dicit᷑ interpretatũ magiſter) vbi habitas?
Nondum ab eo aliquid diſcentes· magiſtrum eum
vocant· ad diſcipulatum ſe impellentes & cauſam
oſtendentes propter qd ſequebantur· ¶ Orige·

Congrua vero prouectis ex iohannis teſtimonio
prolatio depromens xp̃m doctorem· ac exprimens
deſiderare habitaculum filij dei contueri. ¶ Alchu
inus· Nolunt em̃ tranſitorie vti eius magiſterio.
ſed inquirunt vbi maneat. vt & tunc in ſecreto ver
bis illius imbui· & exinde ſepius poſſent eum viſi=
tare· & plenius inſtrui. Miſtice aũt volũt ſibi oſtẽ=
di. in quibus xp̃s habitet· vt eorũ exemplo ſe ta=
les habeant· in quibus velit habitare· Vel ꝙ ihesũ
ambulãtem videt· & ſtatim vbi maneat· querunt·
nos monet. vt cum incarnationem eius ad mẽtem
reducimus· ſollicito corde eum rogemus· vt manſi
onem eterni tabernaculi nobis oſtẽdat. Vnde quia
videt bene petentes· libere eis ſua reſerat archana·
vnde ſequit᷑· Dicit eis· venite & videte· Quaſi di=
ceret. habitaculum meum expilcari non poteſt ſer
mone· ſed opere demonſtratur· venite ergo credẽdo
& operãdo. & videte intelligẽdo. ¶ Origenes· Vel
per hoc ꝙ dicit venite· ad actionem inuitat· per hoc
aũt ꝙ dicit videte· ad cõtemplationem. ¶ Chriſo
ſtomus. Xp̃s aũt non dicit eis ſigna domus neq;
locum· ſed attrahit eos ad ſequendũ. Non dixit·
non eſt tempus nunc· audietis cras· ſiquid vultis
diſcẽ. ſed vt ad amicos & familiares· loquit᷑· Qua
liter alibi ait. Filius hominis nõ habet vbi caput
reclinet· hic aũt dicit· Venite & videte· vbi habi=
to. Sed per hoc ꝙ dixit· non habet vbi caput ſuũ
reclinet· demonſtrauit ꝙ habitaculum propriũ nõ
habebat. Non ꝙ in domo non maneret· ſequit᷑ em̃·
Venerũt & viderunt vbi maneret· & manſerunt
ibi die illo. Cuius aũt grã mãſerunt· nõ adiungit
euangeliſta· quia manifeſtũ erat ꝙ ꝓpt᷑ doctrinã.
¶ Auguſtin⁹· Quã beatũ aũt diem dixerũt· q̃ꝫ be
atam noctem? Edificem⁹ ergo & nos metipi in cor
de noſtro & faciam⁹ domum· quo veniat ille & do=
ceat nos. ¶ Theophil⁹. Nõ fruſtra aũt & temp⁹
notauit euangeliſta cum ſubdit· Hora aũt erat q̃ſi
decima. vt tam doctores· q̃ꝫ diſcipulos erudiret ꝙ
doctrina propter tempus non eſt pretermittẽda·
¶ Chriſoſtomus. Multum em̃ ſtudium demõſtra
bant ad audiendum· in eo quia neq; ab hora auerſi
ſũt· cum ſol eſſet ad occaſũ· & multis quidem carni
ſeruientibus tempus quod eſt poſt eſcas· non eſt
aptũ ad quippiam neceſſariorum· eo ꝙ corp⁹ eſcis
grauatur· Iohannes vero cui⁹ iſti erant diſcipuli·
non erat talis. ſed cum multo maiori ſobrietate ve
ſpere degens q̃ꝫ nos mane· ¶ Auguſtin· Numer⁹
etiam iſte legem ſignificat· quia in decem precep
tis data eſt lex. Venerat aũt tempus vt impleret᷑
lex per dilectionem que a iudeis impleri nõ poterat
per timorem· vnde & decima hora dominus audiuit
rabbi· Magiſter em̃ legis non eſt niſi dator legis·
Sequitur· Erat autem andreas frater ſimonis pe
tri· vnus ex duobꝫ qui audierant a iohanne & ſe=
cuti fuerant eum· ¶ Chriſoſtomus· Cuius autez
gracia alterius nomen non ponit· quidam dicunt
ppterea qꝛ hic qui ſcribit eſt qui ſecut⁹ eſt eum·

Quidam vero dicunt ꝙ ille alius non inſignis erat que igitur vtilitas ſi didicerimus nomen illius. Neq; eñ ſeptuaginta duorũ diſcipulorum nomina euangeliſta poſuit. ¶ Alchuinus. Vel duo diſcipuli qui ſecuti ſũt iheſũ ſũt andreas & philipp⁹.

textus

¶ Inuenit hic primũ fratrem ſuum ſimonem & dixit ei. Inuenimus meſſiam. quod eſt interpretatum chriſtus. & adduxit eum ad iheſum. Intuit⁹ aũt eũ iheſus dixit. Tu es ſimon filius iohanna. tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus.

¶ Chriſoſtom⁹. Andreas qui a iheſu didicit nõ detinuit apud ſe ipm̃. ſed feſtinat & currit cito ad fratrem. traditurus ei bona que ſuſcepit. vnde dicitur. Inuenit hic primũ fratrẽ ſuum ſimonem & dixit ei. Inuenim⁹ meſſiam quod eſt interpretatũ xp̃s. ¶ Beda. Hoc ẽ ei vere dominũ inuenire. vera illius dilectione feruere. fraterne ꝗ ſalutis curam gerere. ¶ Chriſoſtom⁹. Et quidẽ non dixerat euangeliſta que xp̃s fuerat ſequẽtibus ſe locut⁹. ſed ex his que hic dicunt̃ licet addiſcere. Quecumq; eñ andreas didicit. in breui oſtendit magiſtri virtutem. qui perſuaſerat eis. & eorũ deſideriũ qḋ prius habuerãt repreſentat. hoc eñ verbũ inuenim⁹. eſt patientis preſſurã ꝓpter abſentiã. & exultantis poſtq̃ apparuit. quod expectabatur. ¶ Auguſti. Meſſias aũt hebraice. grece xp̃s. latine vnct⁹ dicit̃. Chriſma eñ vnctio eſt. Ille aũt ſingulariter vnctus eſt. vnde omnes xp̃iani vngunt̃. ſcḋm ꝙ in pſalmo dicit̃. Vnxit te deus deus tuus oleo exultatõis. pre participib⁹ tuis. Participes eñ eius ſunt omnes ſãcti. ſed ille eſt ſingulariter ſanct⁹ & ſingulariter vnctus. ¶ Chriſoſtom⁹. Et ideo nõ dixit meſſiã ſimpliciter ſed cũ adiectione articuli. Conſidera vero ex ipſo principio obedientem petri mentem. cõfeſtim eñ cucurrit nihil tardans. Vñ ſequit̃. Et adduxit eũ ad iheſum. Sed nullus facilitatem ei imponat. ſi nõ prius multa perquirẽs ita ſermonem ſuſcepit. Cõueniẽs eñ eſt & fratrẽ diligentius ei dixiſſe hoc. & per longa verba. ſed euãgeliſte vbiq; multa intermittũt. breuiloqꝫ curã habẽtes. Aliter aũt neq; dictũ eſt. quoniam credidit ſimpliciter. ſed qm̃ duxit eũ ad iheſũ. illũ ei de quo dixerat traditur⁹ vt omnia ab illo diſcat. Ipſe aũt domin⁹ incipit reuelare ea que deitatis ſunt. & paulatim ea aperire p̄dicationib⁹. Nõ eñ min⁹ ꝙ ſigna ꝓphetie adducũt. Hoc eñ eſt maxime op⁹ dei. quod neq; imitari demones poſſunt. Nã in miraculis qḋem & phãtaſia fit vtiq;. Futura aũt predicere cum certitudine. illius ſolius incorruptibilis eſt nature. vnde ſequit̃. Intuitus aũt eũ iheſus dixit. Tu es ſimon filius iohanna. Tu vocaberis cephas. quod interp̄tatur petrus. ¶ Beda. Intuit⁹ aũt eſt eum nõ exterior ib⁹ oculis ſolum. ſed & etiã diuinitatis intuitu. vidit cordis eius ſimplicitatem. animi ſublimitatem. cui⁹ merito cũcte eſſet p̄ferendus eccleſie. Neq; aũt in petri vocabulo qſi hebreo vel ſiro aliam interpretatõẽ querere oportꝫ quia idẽ eſt grece & latine petr⁹. qḋ ſiriace cephas & in vtraq; lingua nomẽ a petra deriuatur. Vocatur aũt petrus ob firmitatem fidei. qua illi petre adheſit. de qua apoſtolus ait. Petra aũt erat xp̃s. qui ſperãtes in ſe ab hoſtis inſidiis reddit tutos & ſpiritualiũ chariſmatũ fluenta miniſtrat. ¶ Auguſti. Nõ eſt aũt magnum quia domin⁹ dixit cui⁹ filius eſſet iſte. Omnia eñ noĩa ſanctorũ ſuorũ ſciebat quos ante cõſtitutõẽ mundi p̄deſtinauit. Illud aũt magnũ. quia mutauit ei nomen & fecit de ſimone petrum. Petrus aũt a petra. petra vero eccleſia. Ergo in petri nomine figurata eſt eccleſia. Et quis ſecurus eſt. niſi qui edificat ſupra petrã. Intentu maũt te fecit dominus. Nam ſi antea petrus vocaretur. non ita videres miſterium petre. & putares caſu eum ſic vocari. non ꝓuidentia dei. Ideo eum voluit aliud prius vocari. vt ex ipſa commutatione nominis. ſacramẽti viuacitas cõmedaretur. ¶ Chriſo. Ideo etiã nomẽ mutauit vt oſtẽdat. quia ipſe eſt qui vetus teſtamẽtũ dedit. & nomina trãſmutauit. qui abram abraham vocauit. & ſaray ſaram. & iacob iſraelem. Igit̃ multis qḋeꝫ & a natiuitate nomina impoſuit vt yſaac & ſamſon. Aliis aũt poſt eã que a progenitorib⁹ eſt nũcupatõeꝫ. vt petro & filiis zebedei. Nã qbuſquidem a prima etate debebat virtus clareſcere. ex tũc nomina ſuſceperunt. quib⁹ aũt poſtea debebat augeri. poſtea nũcupatõ poſita ẽ. ¶ Auguſtin⁹ de cõ. euange. Non aũt parua repugnãtia poteſt putari ſi iuxta iordanem anteꝗ iheſus iſſet in galileã. ad teſtimoniũ iohãnis baptiſte ſecuti ſunt eum duo. quorum vn⁹ erat andreas qui fratrem ſuũ ſimonẽ adduxit ad iheſum. quãdo & nomẽ vt petrus noĩaretur accepit. cum ab aliis euangeliſtis dicatur. ꝙ eos in galilea piſcãtes inuenerit. atq; ad diſcipulatũ vocauerit. niſi quia intelligẽdũ ẽ. nõ ſic eos vidiſſe dominum iuxta iordanem. vt ei iam inſeparabiliter inhererent. ſed tantum cognouiſſe quis eſſet. eumq; miratos ad propria remeaſſe. Nõ aũt quis arbitretur ꝙ tũc petrus nomen accepit. vbi ait dominus. Tu es petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. ſed vbi cõmemoratur ei dictum eſſe. tu vocaberis cephas quod interpretat̃ petrus. ¶ Alchui. Vel aliter. nondum imponit ei nomẽ. ſed p̄ſignat quod poſtea fuit ei impoſitum. quando dixit ei iheſus. Tu es petr⁹ & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Mutaturus aũt nomen xp̃s. voluit oſtendere etiam nomen illud. quod a parentibus datum erat. non carere virtutis ſignificatione. Simon enim obediẽs interpretatur. Iohanna gratia. Iona columba. Quaſi diceret tu es obediens. filius gratie. vel filius columbe. id eſt ſpiritus ſancti. quia humilitatem de ſpiritu ſancto accepiſti. vt vocante andrea videre me deſiderares. Nõ ei dedignat⁹ ẽ maior minorẽ ſeq; q2 nõ ẽ ordo etatis vbi ẽ meritũ fidei.

Jn craſtina autē voluit exire in galileam & in-
uenit philippū. Dicit ei iheſus. Sequere me. Erat
autē philippus a bethſayda ciuitate andree & petri
Inuenit philippus nathanael. & dicit illi. Quem
ſcripſit moyſes in lege & pphete inuenimus iheſū
filium ioſeph a nazareth. Et dixit ei nathanael.
a nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Dicit ei philip
pus veni & vide. Chriſo. Poſtq accepit xps
diſcipulos. venit de reliquo ad alios cōuertendum
ſcʒ p philippū & nathanaelem. Vnde dicit. Jn cra-
ſtinū autē voluit exire in galileā. Alchuinus.
A iudea ſcilicet vbi erat iohānes baptizās. deferēs
honorem baptiſte. ne videat magiſterium eius mi
nuere. dum adhuc statū habet. Vocaturus etiam
diſcipulum ad ſequendū. voluit exire in galileam
id eſt in trāſmigrationem factam vel reuelationē.
vt ſicut ipſe proficiebat ſapientia & etate & gratia
apud deū & homines. & ſicut paſſus ē & reſurrexit
& ita intrauit in gloriam ſuā. ſic etiam ſuos ſequa
ces oſtenderet & exire & profice in virtutibꝰ. & p
paſſiones ad gaudia trāſmigrare debere. Vnde ſe
quit. Et inuenit philippū. & dicit ei iheſus. ſeque
re me. Sequit q imitat humilitatē & paſſiōʒ eiꝰ. vt
ſit ſocius reſurrectionis & aſcenſiōis. Chriſoſt.
Et vide anteq aliquis ei adhereret. nullū vocauit
Nam ſiquidē nullo iam ſpōte adueniēte attraxiſſet
fortaſſis reſiliuiſſent. Nūc autē a ſeipſis eligētes ſe-
qui dominū. firmi de reliquo permāſerūt. Philip-
pū autē vocat magis notū ei exiſtētem. qꝛ in gali-
lea nutritus erat. Sed vnde philippus ſecutus eſt
xpm? Nam andreas quidē audiēs a iohanne bapti
ſta. Petrꝰ autē ab andrea. hic autē a nullo aliquid
diſcēs. ſolū dicēte xpo ad eū. ſequere me. cōfeſtim
pſuaſus eſt. Conueniēs eſt autē philippū a iohāne
audientem ſequi xpm vel etiam vocē xpi hoc ope-
ratam eſſe. Theophilus. Non enī ſimpliciter om
nibus vox xpi dicebat. ſed fidelium interiora ad eiꝰ
inflammabat amorem. Deinde quia in corde phi-
lippi de chriſto cogitatio inerat. & in libris moy-
ſi aſſidua lectio vt expectaret chriſtum. ſtatim
cum vidit credidit. Forte autem ab andrea & pe
tro de chriſto aliquid didicit. quia ex eadem pa-
tria erant. quod euangeliſta videtur innuere p
hoc q ſubdit. Erat autem philippus a bethſaida
ciuitate andree & petri. Chriſoſtomus. Xps
etiam hinc ſuā virtutem oſtendit. q a terra nul-
lum ferente fructum (nam a galilea propheta non
ſurgit) inclitos diſcipulorum elegit. Alchu
inus. Bethſayda etiam domus venatorum inter-
pretatur. quo nomine ciuitatis. curauit euange-
liſta oſtendere. quales tunc iam animo erant phi
lippus petrus & andreas. & quales offitio erant fu
turi. id eſt capiendis ad vitam animabus intenti.
Chriſoſtomus. Non ſolum autem philip-
pus a chriſto perſuaſus eſt. ſed preco alijs fit.
Vnde ſequitur. Inuenit philippus nathanael &
dicit ei. Quem ſcripſit moyſes in lege & prophe-
te. inuenimus iheſum filium ioſeph a nazareth.
Vide qualiter ſollicitā mentem habebat. & cōtinue
meditabatur. que ſunt moyſi & expectabat aduen
tum chriſti. & quidem q chriſtus debebat veni-
re nouerat prius. Quoniam autem hic chriſtus
erat ignorabat. Dicit autē. quē ſcripſit moyſes &
pphete credibile faciēs ſuā pdicatōʒ. & ex hinc per
ſuadēs auditorē. q circa legem & prophetas ſolli
citus erat. & omnia perſcrutans cum veritate. vt
& chriſtus teſtatus eſt. Si vero dicit filium io-
ſeph. ne turberis. eius enim filius eſtimabatur eſſe
Auguſtinus. Cui ſcilicet deſponſata erat mater
eius. nam q ea intacta conceptus & natus ſit. be-
ne nouerunt ex euangelio omnes chriſtiani. Ad-
dit autem & locum. a nazareth. Theophilus.
Non quia in ea natus erat. ſed nutritus. Generatō
enim eius multis erat incognita. ſed q in nazareth
eſſet nutritus cognitum erat. Et dixit ei nathanael
A nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Auguſti-
nus. Ambas pronunciationes poteſt conſequens
vox philippi ſequi. ſiue ſic pronunties tamq con-
firmans. a nazareth poteſt aliquid boni eſſe. & ille
dicat. veni & vide. ſiue ſicut dubitans. & totum in
terrogans. a nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Ve
ni & vide. Cum ergo ſiue illo modo ſiue iſto pronū
tietur. non repugnent verba ſequentia. noſtrum
eſt querere quid pocius intelligamus in hijs ver-
bis. Nathanael enim doctiſſimus legis. cum audi
ſet philippum dicentem. Inuenimus iheſum. audi
to a nazareth. erectus eſt in ſpem & dixit. A na-
zareth poteſt aliquid boni eſſe. Scrutatus enim
erat ſcripturas. & ſciebat q nō facile alij ſcribe &
pharisei nouerāt qꝛ inde erat expectādꝰ ſaluator.
Alchuinus. Qui ſingulariter ſanctus eſt. inno-
cens. impollutus. de quo propheta. Exiet virga
de radice ieſſe. & nazareus. id eſt. flos de radice
eius aſcendet. Vel poteſt hic verſiculus ſub dubi-
tatione interrogatiue proferri. Chriſoſtomus.
Audierat enim nathanael a ſcripturis q a beth
leem oportet chriſtum venire. ſcdm illud. Et tu
bethleem terra iuda ex te exiet dux qui reget po-
pulum meum iſrael. Cum igitur audiuit a naza
reth. dubitauit. non inueniens conuenire enuntia
tionem philippi. cum prophetica predicatōe. Na-
zareum autem vocant pphete ab educatōne & con
uerſatione. Conſidera vero eius inquirendo pru
dentiam & manſuetudinem. Non enim dixit.
Decipis me philippe. ſed interrogat dicens.
A nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Valde au-
tem & philippus prudens erat. Non enim inter
rogatus frangitur. ſed immoratur. virum vo-
lens ducere ad chriſtum. Vnde ſequitur. Di-
cit ei philippus. veni & vide. Trahit quidem
eum ad chriſtum. ſciens de reliquo eum non con
tradicturū ſi verba & doctrinaʒ illius guſtauerit.

¶ Vidit ihesus Nathanael venientem ad ſe. & di
cit de eo. Ecce vere iſraelita. in quo dolus non eſt.
Dicit ei nathanael. Vnde me noſti? Reſpōdit ih̄s
& dixit ei. Priuſq̄ꝫ te philippus vocaret. cum eſſes
ſub ficu. vidi te? Reſpōdit ei nathanael & ait. Rab
bi tu es filius dei. Tu es rex iſrahel. Reſpondit
ihesus & dixit ei. Quia dixi tibi. vidi te ſub ficu.
credis. maius hijs videbis. & dicit eis. Amen amē
dico vobis. videbitis celum apertum & angelos dei
deſcendentes & aſcendentes ſuper filium hominis.
¶ Chriſo. Nathanael nō ſuſcipiendo ex nazareth
chriſtum eē eā que illi erat circa ſcripturas diligē
tiam oſtendit. In non reſpuēdo vero eū qui ānūti
auerat. multū deſideriū. quod hēbat circa chriſti
preſentiam monſtrauit. Sciebat enim ꝙ poterat
philippus circa locum falli. vnde ſequitur. Vidit
ihesus nathanael venītē ad ſe & dicit de eo. Ecce
vere iſraelita in quo dolus non eſt. Nequaq̄ꝫ enim
eum accuſare oportebat. licet verba non credentis
protulerit. magis īueſtigans prophetias q̄ꝫ philip
pus. Dicit autē vere iſraelita. In quo dolus nō eſt
quia nihil ad gratiā vel odium loquebat̄. ¶ Au-
guſti. Vel aliter. quid eſt in quo dolus non eſt.
forte non habebat peccatū. forte illi medicꝰ nō erat
neceſſarius? abſit. Nemo ſic natꝰ eſt vt medico illo
non egeret. Dolus enim eſt cū aliud agit̄. & aliud
fingitur. quomodo ergo in illo dolus nō erat. ſi pec
cator eſt? fatetur ſe peccatorem. Si enim peccator
eſt. & iuſtum ſe dicit. dolus eſt ī ore ipſius. Ergo
in nathanaele confeſſionem peccati laudauit. non
iudicauit nō eſſe peccatorem. ¶ Theophilꝰ. Sed
nathanael laudatus non acquieuit. ſed expectauit
adhuc volens aliquid manifeſtius diſcere & inter
rogat. Sequit̄ enim. Dicit ei nathanael. vnde me
noſti. ¶ Chriſoſtomꝰ. Ipſe quidē igitur vt homo
inueſtigat. Ihesus autem vt deus reſpondebat.
Sequit̄ eñ. Reſpōdit ihesus & dixit ei. Priuſq̄ꝫ
te philippus vocaret cum eſſes ſub ficu vidi te. Nō
vt homo eū intuens. ſed vt deus deſuꝑ cognoſcēs
vidi inquit te. id eſt morum tuoꝝ manſuetudinē.
Dicit autem cū eſſes ſub ficu. qm̄ nullus ibi erat.
ſed ſolus philippus & nathanael ſingularit̄ loque
batur. Et propter hoc dictum eſt ꝙ videns eum a
longe dixit. Ecce vere iſraelita. vt ſcires quoniam
anteq̄ꝫ appropinquaret philippus. hec loquebatur
chriſtus. & īſuſpicabile fiat chriſti teſtimonium.
Noluit autem chriſtus dicere non ſū ex nazareth.
vt annuntiauit tibi philippus. ſed ex bethleem. vt
non faceret alterabilem ſermonem. Neque etiam ꝑ
hoc dediſſet argumentum ſufficiens quod ipſe eſſet
chriſtus. ſed oſtendit ſe chriſtū ꝑ hoc. ꝙ preſens
erat loquentibus illis. ¶ Auguſtinus. Querēdum
eſt enim. an aliquid ſignificet arbor fici. Inuenimꝰ
arborem fici maledictam. quia ſola folia habuit &
fructu caruit. In origine humani generis adam
& eua. cum peccauiſſent. de folijs ficꝰ ſubcinctoria
ſibi fecerunt. Folia ergo ficulnee intelliguntur pec
cata. Erat autem nathanael ſub arbore fici. tanq̄ꝫ
ſub vmbra mortis. ac ſi dominus ei dicat. O Iſrael
ſine dolo quiſquis es. O popule iudeus ex fide. an-
teq̄ꝫ te per apoſtolos meos vocarem. & cū eſſes ſub
vmbra mortis & tu me non videres. ego te vidi.
¶ Gregorius. xviij. moralium. Vel cum eſſes ſub
ficu vidi te. i. poſitum te ſub vmbra legis elegi.
¶ Auguſtinus. de verbis domini. Recordatus eſt
autem nathanael ſe fuiſſe ſub ficu. vbi nō erat chri
ſtus preſentia corporali. ſed ſcientia ſpiritali. Et
quia ſciebat ſe ſolum fuiſſe ſub ficu agnouit in illo
diuinitatem. ¶ Chriſoſtomus. Hic ergo ab hac
p̄dicatione & ab eo ꝙ mentem ſcrutatus eſt eius
Et quia cum aduerſus eum dicere. videretur. non
culpauit. ſed laudauit. cognouit quoniā vere eſt
chriſtus. Vnde ſequit̄. Reſpondit ei nathanael
& ait. Rabbi. Tu es filius dei. Tu es rex iſrael.
Quaſi diceret. Tu es qui expectabaris. tu es qui
querebaris. quia enim argumentum inaltricabile
ſuſcepit. venit ad confeſſionem & in mora priori
diligentiam oſtendens & in poſteriori confeſſione
deuotionem. Multi autem legentiū ſermonem hūc
anxiant̄. Petrus ei qui poſt miracula & doctrinā
cōfeſſus eſt qm̄ filiꝰ ē dei. beatificat̄. vt a patre re
uelationē eā ſuſcipiēs. Nathanael aūt an̄ ſigna &
doctrinā hoc dicens. nihil tale audiuit. Eſt igitur
huiꝰ cauſa qm̄ v̄ba q̄dē eadē locutꝰ ē petrus & na-
thanael. nō aūt eadē mēte. ſed petrus quidē cōfeſſus
eſt filiū dei vt deū veꝝ. hic autē vt hoīem nudum
Dicēs eī tu es filiꝰ dei. induxit. Tu es rex iſrael
Dei aūt filius non iſraelitis eſt rex ſolū. ſed & orb
terraꝝ vniuerſi. Hoc etiā maīfeſtū eſt ex his que
cōſequuntur. Nam petro nihil poſtea addidit xp̄s
Sed quaſi perfecta eius exiſtente fide. Eccleſiam
ſe dixit in confeſſione illius fabricaturum eē. Na-
thanael autem quaſi multa parte & maiori confeſ
ſionis deficiente ad maiora educitur. Nam ſequit̄.
Et dixit ei. quia dixi tibi. vidi te ſub ficu credis.
maius his videbis. quaſi dicat. Magnum tibi vi-
ſum eſt hoc eē quod dixi. & propterea me regem
iſraelis confeſſus es. quid igitur dices cum maius
videbis? Et quid ſit iſtud maius oſtendit ſubdēs
Et dicit eis. Amen amen dico vobis. videbitis ce-
lum apertum & angelos dei aſcendentes & deſcen
dentes ſuper filium hominis. Vide qualiter paula-
tim eū a terra abducit. & facit ꝙ nō vltra eſtimet
chriſtum eē hominem ſolum. Cui enim angeli mi
niſtrant. qualiter hic homo purus eēt per hoc igit̄
ſuadet angeloꝝ ſe eē dominatorem. Sic eñ ī xp̄ū
regis filiū deſcenderīt & aſcenderīt in eū miniſtri re-
gales. hoc quidem in tempore crucis. hoc vero in
tēpore reſurrectionis & aſcēſionis. ſed & ante hoc
qn̄ acceſſerūt. & miniſtrabant ei. & quando euāge-
lizabant eius natiuitatē. Futurum vero a preteri
to probauit. Qui eñ in preteritis virtutem eius ag
nouerat. & de futuris audiens facilius ſuſcepit.
¶ Augꝰ. de verbis dn̄i. Recolamus aūt veterem

hiſtoriam quando iacob in ſomnis vidit ſcalam a
terra pertingentem vſq; in celum. & dominus incū
bebat ſuper eam. & angeli aſcendebant & deſcende
bant per eam. Deniq; ipſe iacob quia intellexit q̇d
viderit. poſuit lapidem & fudit oleum. Dū vnxit
lapidem iacob. nunquid idolum fecit? ſignificauit.
non adorauit. Agnoſcitis chriſma. agnoſcite &
chriſtum. Ipſe eſt lapis quem reprobauerūt edifi
cantes. Si ergo iacob vidit ſcalam q̇ eſt iſrael ap
pellatus. & nathanael iſte vere iſraelita erat. cōue
nienter ſomniū iacob dominus dixit ei. Quaſi dice
ret. cuius noīe te appellaui ipī9 ſomniū in te appa
ruit. Videbis ei celum apertū. & angelos dei aſcē
dētes & deſcēdentes ſup filiū hoīs. Si aūt ad illū
deſcēdt & ad illū aſcēdūt. & ſurſū ē & hic ē. Sur
ſum ī ſe. deorſū ī ſuis. ¶ Auguſtin9. ſup iohānē.
Sunt autem angeli dei. boni predicatores. p̄dicā
tes xp̄m. hoc eſt ſup filiū hoīs aſcēdūt & deſcēdūt
Sicut paulus qui aſcenderat vſq; ad tertiū celum
Deſcendit vſq; ad lac potum paruulis dandum.
Dixit aūt. maius his videbis. q2 plus ē ꝙ nos do
minus vocatos iuſtificauit. ꝙ̄ ꝙ vidit iacētes ſub
vmbra mortis. Quid em̄ nobis prodeſſet ſi ibi man
ſiſſemus. vbi nos vidit? Queritur autem quare na
thanael cui tātum teſtimoniū perhibuit filius dei.
inter. xij. apoſtolos nō inuenitur. Intelligere aūt
debemus ipſū eruditū fuiſſe & peritum legis. prop
terea noluit illum dominus inter diſcipulos ponē.
q2 ideotas elegit vnde cōfunderet mūdum. Volēs
enim ſuperborum frangere ceruices. non queſiuit
per oratorem piſcatorem. ſed de piſcatore lucrat9
eſt imperatorem. Magnus ciprianus orator. Sed
prius petrus piſcator per quem poſtea crederet
non tantum orator. Sed etiam imperator.

¶ Capitulum. ij.

Et die tertia. nuptie facte ſunt in
chana galilee. & erat mater iheſu
ibi. Vocatus eſt autem iheſus &
diſcipuli eius ad nuptias. Et defi
ciente vino. dicit mater iheſu ad
eum. Vinū non habent. Dicit ei
iheſus. Quid mihi & tibi mulier? Nondum venit
hora mea. ¶ Chriſoſtomus. Quoniam in galilea
notus erat dominus. vocāt eum ad nuptias. Vnde
ſequitur. Et die tercia nuptie facte ſunt in chana
galilee. ¶ Alchuinus. Galilea eſt prouintia in q̄
eſt chana. vicul9. ¶ Chriſoſto. Vocāt autem ad
nuptias dominum. non tamꝙ̄ magnificum aliquē.
ſed ſimpliciter tanꝙ̄ notum. & vnum multorum.
vnde hoc euangeliſta declarans ait. Et erat mater
iheſu ibi. Sicut enim matrem vocauerant. ita & fi
lium. Vnde ſequitur. vocatus eſt autem iheſus &
diſcipuli eius ad nuptias. & accedit. Neq; em̄ ad
dignitatem reſpiciebat ſuam. ſed ad beneficium no
ſtrum. Qui enim non dedignatus eſt formam ſerui
accipere. neq; dedignatus eſt ad nuptias venire ſer
uorum. ¶ Auguſtin9. de verbis domini. Erube

ſcat igitur homo eſſe ſuperbus. quoniam fact9 eſt
humilis deus. Ecce inter cetera filius virginis
venit ad nuptias qui cum apud patrem eſſet.
inſtituit nuptias. ¶ Beda. Quod etiam ad nuptias
venire dignatus eſt. iuxta litteram fidem recte
credentium confirmat. Porro tatiani & mar
tionis ceterorumq; qui nuptijs detrahunt perfidia
ꝙ̄ ſit damnabilis inſinuat. Si enim thoro immacu
lato & nuptijs debita caſtitate celebratis culpa in
eſſet. nequaꝙ̄ domin9 ad has venire voluiſſet. Nūc
autem quia bona eſt caſtitas coniugalis. melior
cōtinentia vidualis. optima perfectio virginalis.
Ad probandam omnium electionem graduum. di
ſcernendum tamē meritum ſingulorum ex inteme
rato marie virginis vtero naſci dignatus eſt. a ꝓ
phetico ore vidue mox natus benedicitur. a nupti
arum celebratoribus iam iuuenis inuitatus hos p̄
ſentia ſue virtutis honorat. ¶ Auguſtinus. Quid
autem mirum ſi in illam domum ad nuptias venit
Qui in hunc mundum ad nuptias venit. Habet ei
hic ſponſam quam redemit ſanguine ſuo. & cui pi
gnus dedit ſpiritum ſanctum. quam ſibi coniunxe
rat in vtero virginis. Verbum enim eſt ſponſus.
Et ſponſa caro humana. & vtrumq; vnus filius
dei & idem filius hominis. Ille vter9 virginis ma
rie thalamus eius eſt. vnde proceſſit tamꝙ̄ ſp̄ſus
de thalamo ſuo. ¶ Beda. Nec vacat a miſterio ꝙ
die tercia nuptie facte referuntur. Primum qui
dem ſeculi tempus ante legem patriarcharum ex
emplo. ſecundum ſub lege prophetarum ſcriptis.
Tertium ſub gratia. preconijs euangeliſtarum q̄
ſi tertie diei luce mundo refulſit. In quo dominus
in carne natus aparuit. Sed & hoc quod in chana
galilee. id eſt in zelo tranſmigrationis eedem nup
tie facte perhibentur. Tipice denuntiat eos maxi
me gratia xpiſti dignos exiſtere. q̇ zelo feruere
pie deuotionis. ac de vicijs ad virtutes. de terrenis
ad eterna norunt traſmigrare. diſcumbente autē
ad nuptias domino. vinum defecit vt vino meliore
per ipſum facto manifeſtaretur gloria latentis in
homine dei. Vnde ſequitur. Et deficiente vino. di
cit mater iheſu ad eū. vinum non habent. ¶ Chri
ſoſtomus. Dignum autem eſt querere vnde veīt
in mentem matri. magnum quid imaginari de fi
lio. Neq; enim ante miraculum fecerat. Sequitur
enim. Hoc fecit initium ſignorum iheſus. Sed re
uelari incipiebat & a iohanne & ab his que ad di
ſcipulos dixerat. Sed ante hec omnia. ipſa concep
tio & ea que poſt natiuitatem facta ſunt. Maxi
mam ei de puero impoſuerunt eſtimationem. Vn
de lucas dicit. Maria conſeruabat oīa verba hec cō
ferens in corde ſuo. Cui9 igit̄ gratia non ante mi
raculum eum incitauit. Nā antea. vt vn9 multorū
ita cōſeruabat̄. Vnde nō preſumebat ei mater tale
q̇d dicere. Quia vō audiuit ꝙ iohānes ei teſtificat9
eſt. & ꝙ diſcipulos iā hūit de reliq̄ cōfidēt̄ rogat.
¶ Alchui. Significat etiā in hoc loco ſinagogā

que chriſtum prouocat ad fatiendum miraculum Familiare enim eſt iudeis · Miracula inquirere · Sequitur · Et dicit ei ihesus · Quid mihi & tibi mulier ? ¶ Auguſtinus · Quidam derogantes euangelio & dicentes quod ihesus non fuit natus de maria virgine hinc argumentum ſumere conatur erroris ſui · vt dicant · quomodo erat mater eius cui dixit · quid mihi & tibi mulier ? Sed quis hoc narrauit · vt credam? · quia hoc dominus dixit · Idem quod iohannes euangeliſta · At ipſe dixit · & erat ibi mater iheſu · Quare hoc ? niſi quia vtrumque verum eſt ? Sed nunquid ideo venit ad nuptias · vt doceret matres contemni ? ¶ Chriſoſtomus · Sed quod valde venerabatur matrem · Audi lucam enarrantem · qualiter ſubditus parentibus erat · Nam vbi quidem parentes nihil impediunt eorum que ſunt ſecundum deum · debitum eſt ſubijci eis · Quando autem non tempore debito aliquid querunt · & abſcidunt nos a ſpiritualibus · non ex hoc fallaris · ¶ Auguſtinus · de ſimbolo · Vt ergo diſtingueret inter deum & hominem quia ſecundum hominem minor & ſubditus erat · ſecundum autem deum ſupra omnes erat · dixit · Quid mihi & tibi eſt mulier ¶ Chriſoſtomus · Sed & propter aliam cauſam vt non ſuſpecta eſſent miracula · que fiebant · Ab his ei qui indigebant · rogari oportuerat · non a matre · voluit oſtendere quoniam omnia decenti tempore operatur · non ſimul omnia fatiens · quia confuſio quedam eſſet · Et ideo ſequitur · Nondum venit hora mea · id eſt nondum cognitus ſum his qui aſſunt · Sed neque ſciunt quoniam defecit vinum · ſine eos primum hoc ſentire · Qui enim neceſſitatem non preſenſit · neque beneficij grande ſuſcipiet ſenſum · ¶ Auguſtinus vel ideo quia dominus noſter ſecundum quod deus erat · matrem non habebat · ſecundum quod homo erat · habebat matrem · Miraculum autem quod facturus erat · ſecundum diuinitatem facturus erat · non ſecundum infirmitatem humanam · Miraculum tamen exigebat mater · At ille tanquam non agnoſcens viſcera humana · operaturus facta diuina · dixit · Quid mihi & tibi eſt mulier ? tanquam dicat · Quod in me facit miraculum · non tu genuiſti · deitatem meam · Dicitur autem mulier ſecundum femineum ſexum · non ſecundum corruptionem integritatis · Sed quia genuiſti infirmitatem meam · tunc te cognoſcam cum ipſa infirmitas pendebit in cruce · Vnde ſubdit · Nondum venit hora mea · quaſi diceret · ibi te agnoſcam cum pendere in cruce infirmitas ceperit · cuius mater es · Commendauit enim matrem diſcipulo prius matre moriturus · & ante mortem matris reſurrecturus · Videte autem ne forte quomodo inuenerunt manichei occaſionem perfidie ſue · quia dixit dominus quid mihi & tibi eſt mulier ? ſic inueniant mathematici occaſionem fallatie · quia dixit · Nondum venit hora mea · dicunt enim · vides quia ſub fato erat chriſtus · quia dixit · Nondum venit hora mea · Credant autem deo dicenti · Poteſtatem habeo ponendi animam meam & iterum ſumendi eam · & querant quare ſit dictum · Nondum venit hora mea · Nec ideo iam ſub fato ponant conditorem celi · quia ſi eſſet fatum de ſideribus · non poterat eſſe ſub neceſſitate ſiderum conditor ſiderum · Quod non ſolum chriſtus non habuit · quod appellas fatum · ſed nec tu · aut ille · aut quiſque hominum · quare ergo dixit · Non dum venit hora mea ? quia in poteſtate habebat quando moreretur · ſed nondum videbat eſſe oportunum vt illa poteſtate vteretur · Vocandi erant diſcipuli · Annuntiandum erat regnum celorum · fatiende erant virtutes · comendanda erat diuinitas domini in miraculis · Commendanda erat humilitas domini in ipſa compaſſione mortalitatis · At vbi tantum fecit quantum ſufficere iudicauit · venit hora Non neceſſitatis · ſed voluntatis · non conditionis · ſed poteſtatis ·

Textus

¶ Dicit mater eius miniſtris · Quodcumque dixerit vobis facite · Erant ibi lapidee hidrie ſex poſite · ſecundum purificationem iudeorum capientes ſingule metretas binas aut trinas · Dicit eis iheſus · Implete hidrias aqua · Et impleuerunt eas vſque ad ſummum Et dicit eis iheſus · Haurite nunc & ferte architriclino · Et tulerunt · Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factam · & non ſciebat vnde eſſet · Miniſtri autem ſciebant · qui hauſerant aquam · vocat ſponſum architriclinus · & dicit ei · Omnis homo primum bonum vinum ponit · & cum inebriati fuerint · tunc id quod deterius eſt · Tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc · Hoc fecit initium ſignorum iheſus in chana galilee & manifeſtauit gloriam ſuam Et crediderunt in eum diſcipuli eius · ¶ Chriſoſto · Quamuis dixerit · Nondum venit hora mea · poſtmodum fecit quod mater dixerat · vt etiam ex hoc ſuffitiens eſſet demonſtratio quod non ſubiectus eſt hore · Si enim hore ſubijciebatur · qualiter debita hora nondum facta hoc fecit · deinde & propter honorem matris · vt non finaliter ei contradicere videretur · neque eam tot preſentibus erubeſcere faceret · Adduxerat enim ad eum miniſtros · vt a pluribus fieret petitio · Vnde ſequitur · Dicit mater eius miniſtris · quodcumque dixerit vobis facite · ¶ Beda · Quaſi diceret · Licet abnegare videatur · tamen fatiet · nouerat enim mater eum pium · & miſericordem · Sequitur · Erant autem ibi lapidee hidrie ſex poſite ſecundum purificationem iudeorum · capientes ſingule metretas binas vel trinas · Hidrie vocantur vaſa aquarum receptui parata · Grece enim aqua hidor dicitur · ¶ Alchuinus · Vaſa autem aquarum receptui parata erant · ſecundum purificationem iudeorum · quia inter alias phariſeorum traditiones etiam hoc obſeruabant · vt crebro ſe lauarent · ¶ Chri · Quia vero inaquoſa eſt paleſtina · & non erat multis in locis fontes & puteos inuenire · replebant hidrias aqua · vt non currerent ad flumina ſi quando immundi fierent · ſed de prope haberent purgationis modum · Ne autem quidam infidelium ſuſpicarentur · quoniam fece intus remanente · deinde aqua immiſſa ·

vinũ ſubtiliſſimum factum eſſet · propterea ait · ſe
cundum purificationem iudeorum · oſtendens · ꝙ
illa vaſa nunquam vini receptacula facta erant ·
¶ Auguſtinus · Metretas enim dicit menſuras q̃ſ
dam · tanq̃ ſi diceret vrnas · amphoras · vel aliud
huiuſmodi · Metron enĩ menſurã dicũt greci · Inde
appellate metrete · ¶ Beda · Quod autem ait binas
vel trinas · non ita accipiendum eſt ꝙ alie binas ·
alie trinas · ſed eedem ipſe caperent binas que etiã
trinas · Sequitur · Dixit eis iheſus · Implete hi
drias aqua · & impleuerunt eas vſqꝫ ad ſummum ·
¶ Chriſoſto · Sed quare anteq̃ impleuiſſent hi
drias aqua · non fecit ſignum : quod multo mirabi
lius eſſet · quia ſcilicet aliud eſt ſubſtantiam ĩ aliã
qualitatem tranſmutare · & ipſam ſubſtantiam ex
nihilo facere · quod quidem mirabilius eſt · ſed nõ
ita videtur credibile multis · Propterea enim mul
totiens a miraculorum magnitudine abſtinet · vo
lens magis credibile eſſe quod fiebat · Cum hoc &
peruerſa dogmata euertit · Quia enim ſunt quidam
qui mundi conditorem alium eẽ dicunt · plura mi
raculorum ex ſubiectis ſubſtantijs facit · ſi enim cõ
trarius ei eſſet · qui conditor eſt mundi · non vtiqꝫ
alienis vteretur ad proprie virtutis demonſtratio
nem · Non autem ipſe aquam hauſit & tunc vinũ
oſtendit · ſed hoc iubet miniſtris · vt eos teſtes ha
beret eius · quod fiebat · Vnde ſequitur · Et dicit
eis iheſus · Haurite nunc · & ferte architriclino ·
¶ Alchuinus · Triclinium · ordo trium lectorũ ·
clinem lectum ſignificat · Architriclinus · prin
ceps triclinij · id eſt primus inter cõuiuas · qui mo
re antiquo in lectis diſcumbebant · Vnde quidam
architriclinum intelligunt aliquem ex ſacerdotibꝰ
iudeorum · qui nuptijs intereſſe poterant vt illos ĩ
strueret qualiter nuptijs vti deberent · ¶ Chriſo
ſtomus · Vel aliter · quia aliqui poſſent dicere ꝙ cõ
uiue ebrij erant · & ſenſus iudicãtium corruptus ·
vt neſcirent vtrum aqua vel vinum eſſet · hij autẽ
quibus miniſtratio cõuiuiorum credita eſt · max
ime vigiles ſũt · vnũ opꝰ habẽtes vt ornate & ordi
nate oĩa diſponãt · Ideo ĩ teſtimonium eoꝝ que fie
bant · dixit dominus · Ferte architriclino · propter
euigilantem eius ſenſum · & non dixit · propinate
diſcumbentibus · ¶ Hilarius · iij · de trinitate · Aq̃
igitur hidrijs infunditur · vinum calicibus hauri
tur · ĩfundentis ſcientie · ſenſus non cõuenit hau
rientis · Qui ĩfuderunt hauriri aquam exiſtimãt ·
qui hauriunt · vinum infuſum arbitrantur · Vnde
ſequitur · vt autem guſtauit architriclinus aquã
vinum factam · & non ſciebat vnde eſſet · miniſtri
autem ſciebant qui hauſerant aquam · vocat ſponſũ
architriclinus · Non autem aque ſimplicitas defe
cit · & vini ſapor natus eſt · Non per tranſfuſionem
potioris obtinetur quod infirmius eſt · ſed abolet̃ ·
quod erat · & quod non erat · cepit · ¶ Chriſoſto ·
Paulatim autem dominus volebat cognoſci ſuorũ
ſignorum virtutem · & ideo neqꝫ ipſe reuelabat · qđ

factũ eſt · neqꝫ miniſtros architriclinus vocauit
Non enim eſſet eis creditum puro homine exiſtia
to · tale teſtimonium reddentibus · ſed vocat ſpõſũ ·
qui maxime poterat conſpicere quod fiebat · Non
ſimpliciter autem chriſtus vinum · ſed vinum op
timum fecit · vnde ſequitur · Et dicit ei · Omnis hõ
primum bonum vinum ponit & cetera · Talia enĩ
ſunt chriſti miracula · vt multo hijs que per natu
ram fiunt · ſpecioſiora & vtiliora fiant · Igitur aq̃
vinum facta miniſtros teſtes habuit · hĩ ni võ vi
ni facti architriclinum & ſponſum · Probabile au
tem eſt & ſponſum aliquid reſpondiſſe · ſed euange
liſta hoc pretermittit · tangẽs ſolum id quod ne
ceſſarium eſt ſcire · ſcilicet quoniam vinum aquã
fecit · vnde ſtatim ſubdit · Hoc fecit initium ſigno
rum iheſus ĩ chana galilee · Tũc enim ſigna max
ime neceſſarium erat facere · quando diſcipuli iam
congregati erant & deuoti · & attendentes his que
fiebant · manifeſte aderant · Si vero dixerit quis ·
non eſſe argumentum ſuffitiens · vt hoc ſit princi
pium ſignoꝝ · quia additur in chana galilee · Quaſi
contingat alibi prius eſſe facta · Dicemus quod &
antea diximus · quia iohannes dicit · vt maĩfeſte
tur iſraeli propterea veni baptizans · Si vero ſe
cundum primam etatem miracula fecit · nequaq̃ ĩ
digebant iſrahelite alio manifeſtante eum · Qui eĩ
in breui tempore ita per miraculorum multitudinẽ
claruit · vt eius nomen manifeſtum fieret omnibꝰ
multomagis ſi puer exiſtẽs a prima etate miracu
la feciſſet · Nam & ea que fierent inopinabiliora
exiſtimarentur ab infante facta · & tempꝰ amplꝰ
eſſet · Decenter autem non incepit ſigna facere ex
prima etate exiſtimaſſent enim phantaſiam eſſe in
carnationem & ante opportunum tempus cruci eũ
tradidiſſent liuore liquefacti ¶ Auguſtinꝰ · Hoc
autem miraculum domini ꝙ de aqua vinum fecit ·
non eſt mirum eis qui nouerunt quia deus fecit ·
Ipſe enim fecit vinum illo die in hidrijs qui om
ni anno hoc facit in vitibus · Sed hoc aſſidue ami
ſit admirationem · Itaqꝫ ſeruauit ſibi deus inuſi
tata quedam que faceret · vt tanq̃ dormientes ho
mines ad ſe colẽdum mirabiliter excitaret · prop
ter quod ſequit̃ · & manifeſtauit gloriam ſuam ·
¶ Alchuinus · Quia ipſe eſt rex glorie qui ſicut
dominus elemẽta mutabat · ¶ Chriſoſtomus · Et
hoc quantum ex parte ſua · Si vero & tunc mul
ti non cognouerũt · ſed tamen omẽs poſtea erant mi
raculum audituri · Sequitur · Et crediderunt in
eum diſcipuli eius · Hij enim debebant credere
& facilius · Et cum diligentia attendere hijs q̃
fiebant · ¶ Auguſtinꝰ · de concordã · euangelioꝝ ·
Sed ſi tunc in eũ crediderunt · nõdum erãt diſcipu
li cum ad nuptias vocati ſunt · Sed illo more locu
tionis hoc dictum eſt quo loquimur · cũ dicimus
apoſtolum paulũ ĩ tharſo cilitie natũ · Neqꝫ enim
tunc iam erat apoſtolus · ita diſcipulos xpriſti in
uitatos ad nuptias cũ audiꝰ · nõ ita diſcipulos · ſꝫ q̇

futuri erant discipuli intelligere debemus. ¶ Au
gustinus. Illa autem misteria que ī isto miraculo
domini latent. videte. oportebat impleri in christo
que de illo scripta erant. illa erat aqua. fecit autem
de aqua vinum cum aperuit eis sensum & expo-
suit scripturas. sic enim sapit. quod non sapiebat.
& inebriat. quod non inebriabat. ¶ Beda. Appa-
rente enim domino in carne. vinosa legalis sensus
suauitas paulatim ceperat ob carnalē phariseoꝝ
interpretationē a prisca sua virtute deficere. ¶ Au
gustinꝰ. Si autem iussisset aquam effundi & ipse
mitteret vinum ex occultis creature sinibus videre
tur scripturas veteres improbasse. Cum autē ipsā
aquam cōuertit in vinū. Ostendit nobis ꝙ & scrip
tura vetus ab ipso est. Nam iussu ipsiꝰ implete sūt
hydrie. sed nihil sapit illa scriptura si non ibi xp̄s
intelligatur. Nouimus autem legem. ex quibus tē
poribꝰ narret idest ab exordio mūdi. Inde vsq; ad
hoc tpꝰ q̄d nūc agimꝰ sexta etas est. Nam p̄ma
etas computatur ab adam vsq; ad noe. Secunda a
noe vsq; ad abrahā. Tercia ab abraham vsq; ad da
uid. Quarta a dauid vsq; ad trāsmigrationem ba
bilonis. Quinta vsq; ad iohannē baptistam. Sex
ta inde vsq; ad finem seculi. Sex ergo ille hydrie
sex etates significant. quibus non defuit prophe-
cia. Implete sunt prophetie. plene sūt hydrie. Quid
est autem capiebāt metretas binas vel trinas? Si
trinas tm̄ diceret. non curreret animus noster nisi
ad misterium trinitatis. Sed forte nec sic debemꝰ
inde sensum auertere quia dixit binas vel trinas.
quia nominato patre & filio consequenter & spiri
tus sanctus intelligendus est. Oportet enim intel
ligi caritatem inuicem patris & filij. quod est spi
ritus sanctus. Sed est & alius intellectus non p̄
termittendus. bine enim metrete intelliguntur in
duobus generibus hominum. idest iudeis & gre-
cis. Tres autem. propter Noe tres filios significa
tos. ¶ Alchui. Ministri autem sunt doctores no-
ui testamenti. qui scripturas alijs spiritualiter in
terpretantur. Architriclinus autem est aliquis le
gisperitus vt nicodemus. Gamaliel. Saulus. Dū
ergo talibus euangelij verbum committitur. quod
in littera legis occultabatur. quasi vinum de aqua
factum architriclino propinatur. Et bene ī domo
nuptiarum tres ordines discumbentium describū
tur. quia ecclesia tribus ordinibꝰ fideliū cōstat
Coniugatorū. Continētiū & doctorum. Optimū
autem vinum xpistus vsq; adhuc seruauit. idest
euangelium vsq; in sextam etatem distulit. textꝰ

¶ Post hec descendit capharnaum ipse & mater
eius & fratres eius. & discipuli eius. & ibi manse
rūt. nō multis diebus. Et prope erat pascha iudeo
rum. & ascendit hierosolimā. ¶ Chrisostomus.
Quoniam autem paulo post dominus hierosolimā
ascensurus erat. Capharnaum adijt. vt non vbiq;
fratres. & matrem secum trahat. Vnde dicitur.
Post hec descendit capharnaū ipse & mater illiꝰ.
& frēs eiꝰ & discipli eiꝰ & ibi mānserūt nō multis
diebꝰ. ¶ Augꝰ. Hic est aūt dominus deus noster
excelsus vt nos faceret. humilis vt nos reficeret.
ambulans inter homines. patiens humana. abscō
dens diuina. Ecce habet matrē. habet fratres. ha-
bet & discipłos. Inde fratres vnde matrē. Fratres
enim scriptura nostra appellare consueuit. non eos
solos qui nascuntur ex eodem vtero. aut ex eodem
patre. aut ex eodem gradu. velut compatrueles.
aut consobrinos. Vnde ergo fratres domino? Non
enim maria iterum peperit. absit. Inde cepit digni
tas virginum. Abraham patruus erat loth. & ia
cob. Laban filium habebat auunculum. & vterq; di
cti sunt fratres. ¶ Alchuinus. Fratres ergo domi
ni dicuntur cognati marie vel ioseph. quia nō solū
beata virgo. sed etiam ioseph in castitate. & ab
omni actione cōiugali immunis permansit. ¶ Au
gustinꝰ. de con. euā. Quod vero dicit & discipuli
eiꝰ incertū est. Vtrū iam illi adheserāt etiā pe-
trus & andreas. & filij zebedei. Matheus enī p̄mo
narrat ꝙ venerit. & habitauerit in capharnaum.
& postea ꝙ eos de nauibꝰ piscantes vocauerit. An
forte matheus quod pretermiserat. recapitulauit.
quia sine vlla consequentis temporis differentia
dixit. Ambulans iuxta mare galilee vidit duos
fratres. an potius alij discipuli fuerunt. Scriptu-
ra enim euangelica & apostolica. non solum illos
duodenos appellat discipulos eius. sed omnes qui
in eum credentes ad regnum celorum magisterio
eius erudiebantur. Illud etiā requirēdum est quo
modo hic dicit. Anteꝙ iohannes baptista missus
eēt in carcerē ihesū isse in galileā. cum matheꝰ di
cat. Cū autem audisset ꝙ iohānes traditus esset.
secessit in galileam. Similiter etiā & marcus. Lu
cas etiam nihil quidem dicit de tradito iohāne. s;
post baptismū & temptationem xpisti. dicit eum
isse in galileam. sicut illi duo. Vnde intelligitur
tres euāgelistas. nō iohāni euangeliste contraria
narrasse. sed pretermisisse p̄mū domini aduentum in
galileā. Posteaq̄m baptizatus est. quando illic
aquam conuertit in vinū. ¶ Eusebius. in ecclesia
stica historia. Cum enī triū euangelioꝝ ad iohā-
nem euangelistam notitia peruenisset. Probasse q̄
dem dicitur fidem & veritatem dictorum deesse ta
men vidit aliqua & ea maxime. que primo pre-
dicationis sue tempore dominus gesserat. Cer-
tum est enim ꝙ in superioribus tribus euange-
lijs hec videntur sola contineri. Que in eo gesta
sunt anno. Quo iohannes baptista vel inclusus
est in carcere vel punitus. Et ideo rogatus di
citur iohannes apostolus. Vt ea que preteri-
erant priores ante traditionem iohannis. Sal-
uatoris gesta conscriberet. Vnde si quis diligen
ter consideret. Inueniet euangelia non dissona-
re. Sed alterius temporis gesta esse. Que scri-
bit iohannes. Alterius vero que ceteri. ¶ Chri.

Neq; enim in capharnaum miraculum vllum tunc
operatus eſt. Qui enim ciuitatem habitabāt illam.
non ſane ſe habebant ad chriſtum. ſed erant valde
corrupti. Ideo tamen accedit. & parū ibi trahit tē
pus propter eum qui ad matrem honorem. ¶ Be
da. Ideo etiam non multis diebus ibi manſerunt.
propť feſtum paſche. quod iam appropinquabat
Vnde ſequitur. Et prope erat paſcha iudeorum.
¶ Origenes. Sed quid intendit ibi appoſitio iude
orum. Non enim nationis alterius paſche ſollēpni
tas fuerat. Forſan vero quia quoddam eſt paſcha
humanum. eoꝝ qui procul a propoſito ſcripture
celebrant illud. quoddam vero diuinum & verum
quod in ſpiritu & veritate perficitur. ad diſtincti
onem ergo diuini dicitur iudeorum. Sequitur. &
aſcendit hieroſolimā. ¶ Alchuinus. Bis in euā=
gelijs legitur iheſum aſcendiſſe hieroſolimam. ſe=
mel ī primo anno predicationis dum adhuc iohā
nes non erat miſſus in carcerem. De hoc aſcenſu
nunc agitur. Et iterum illo anno quo erat paſſus.
Dedit autem nobis exemplum dominus. quanta
cura diuinis ſubdi debeamus imperijs. Si enim ip
ſe dei filius decreta legis a ſe data implebat. cele=
brans ſollemnitates cum ceteris hominibus. quā=
to ſtudio bonorum operum ſerui debent ſollemni
tates & preuenire & celebrare ¶ Origenes. Miſti
ce autem cum facta eſt nuptiarum preparatio in
chana galilee. deſcendit vna cum matre. fratribꝰ
& diſcipulis in capharnaum. que īterpretatᷣ ager
conſolationis. Oportebat enim poſt vini alacrita
tem ad agrum conſolationis vna cum matre &
diſcipulis aſcendere ſaluatorem. conſolaturum in
futuris fructibus. in agrorum multitudine ſuſci=
piētes diſciplinam eius. & animam que illum ſpi
ritu ſancto concepit & iuuandos ibi. Sunt enim q̄
dam fructificantes ad quos dominus ipſe deſcen
dit. vna cum verbi miniſtris atq; diſcipulis. adiu=
uans huiuſmodi p̄ſente matre ſua. Videtur autē
qui capharnaū dicti ſunt. non capere diuturnam
apud ſe iheſu preſentiam. quoniam illuminationē
que de pluribus dogmatibꝰ eſt. inferioris conſola=
tionis agellus non capit. cum paucorum ca=
pax exiſtat. ¶ Alchuinus. Vel capharnaum vil
la pulcherrima eſt & ſignificat mundum. in quē
verbum patris deſcendit. ¶ Beda. Non multis
autem diebus ibi manſit. quia paruo in hoc mun=
do tempore cum hominibus conuerſatus ē. ¶ Ori
genes. Eſt autem hieroſolima ciuitas regis mag=
ni. velut ipſe ſaluator ait. ad quam nullus eorum
qui manent in terris conſcendit. nec ingreditur.
Sed quelibet anima que naturalem obtinet celſi=
tudinem & acumen intelligibilium perſpicuū eius
ciuitatis eſt incola. Ad quam ſolus iheſus aſcen
diſſe dicitur. Videntur tamen poſt diſcipuli fore
preſentes dum recolunt. Zelus domus tue come=
dit me. Sed quaſi in quolibet diſcipulorum ihe=
ſus aſcendit. Sequitur textus

¶ Et inuenit in templo vendentes boues & oues
& columbas & nummularios ſedentes. & cum fe=
ciſſet quaſi flagellum de funiculis. Om̄s vendētes
eiecit de templo. Oues quoq; & boues & nummula
riorum effudit es & menſas ſubuertit. Et his qui
vendebant columbas dixit. Auferte iſta hinc. Et
nolite facere domum patris mei. domum negotia=
tionis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius quia ſcp̄
tum eſt. Zelus domus tue comedit me. ¶ Beda.
Dominus hieruſalem adueniens. continuo tem=
plum oraturus adijt. nobis dans exemplum vt q̊
cumq; properamus. domum dei p̄mo ingrediamur
dominū deprecaturi. Vnde dicitur. Et inuenit in
templo vendentes boues. & oues & colūbas ¶ Au
guſtinus. Sacrifitia enim illi populo pro eius
carnalitate talia data ſūt. Quibꝰ tenētur. ne ad ido
la deflueret. & immolabant boues & oues & colū
bas. ¶ Beda. Sed quia de longinquo properan=
tes. que iuſſa ſunt immolari domino. ſecum ferre
non poterāt. eorum pretia deferebant. vnde nacta
occaſione hec animalia in templo ſcribe & phari=
ſei vendi inſtituerunt. vt venientes emerent. & of
ferrent. Eademq; oblata ipſi alijs venderent. & ſic
ſua lucra accumularent. Vnde & nummularij ad
hoc ſedebant ad menſam. vt inter emptores vendi
toreſq; hoſtiarum prompta eēt pecunia. vnde ſub
ditur. Et nummularios ſedentes. Dominus autē
nolens aliquid in domo ſua terrene eſſe negotiatio
nis. neq; eius que honeſta putaretur. Negotiato=
res omnes expulit foras. ¶ Auguſtinus. Et qui
flagellandus erat ab eis. prior illos flagellauit
Vnde ſequitur. Et cum feciſſet quaſi flagellum
de funiculis. Omēs eiecit de templo. ¶ Theophi
lus. Neq; ſolum eos eiecit qui vendebant. & eme=
bant. ſed etiam res eorum. Vnde ſubditur. Oues
quoq; & boues & nummulariorum effudit es &
menſas euertit ſcilicet nūmularias. que erant qua
ſi vaſa denariorum. ¶ Origenes. Conſideremus
autem. Ne forte enorme videatur ꝙ dei filius cap
tis funiculis parat ſibi flagellum ad eijciendum de
templo. Vnum tamen refugium ad horum reſpō
ſionem relinquitur diuina poteſtas iheſu. vt cum
volebat poſſet iracundiam hoſtium ſuffocare. ꝗ̄=
uis eſſent innumeri. Et ſedare mentium turbi=
nes. Dominus enim diſſipat cogitationes gen=
tium. Preſens autem hiſtoria in nullo minorem
poteſtatem pretendit hijs que ab eo miraculo=
ſius edita ſunt. quinnimmo conſtat hanc maiorē
demonſtrare potentiam miraculo quo aqua con
uerſa eſt in vinum. eo ꝙ illic inanimata ſubſi
ſtit materia. hic vero tot milium hominum do=
mantur ingenia. ¶ Augꝰ de cō. euange. Manife
ſtum eſt autem non ſemel. ſed iterato hoc factū ēe
a domino. Sed illud primum commemoratᷣ hic a
iohāne iſtud vltimum a ceteris tribus. ¶ Orige
nes. Et iohannes quidē hic dicit. ꝙ expulit ven
dētes de tēplo. Matheus aūt ait. qm̄ expulit vēdētes

& ementes · Multo autem maior erat numerꝰ emē
tium ꝙ̃ vendentium · quorum expulſio tranſcende
bat dignitatem eiꝰ · qui reputabat̃ filiꝰ carpen
tarij · niſi ꝙ diuina poteſtate ſibi omnes ſubiecit ·
vt dictū eſt ¶ Beda · Commendatur autem in hac
lectione vtraqꝫ chriſti natura · humana quidem in
hoc ꝙ matrem comitem habuiſſe perhibet̃ · Diui
na in hoc ꝙ verus dei filius demonſtratur · Sequi
tur ei · Et his qui vendebāt columbas · dixit · Auf
ferte iſta hinc · & nolite facere domum patris mei
domum negotiationis · ¶ Chriſoſtomus · Ecce pa
trem vocat · & non iraſcuntur · eſtimat enim ſimpli
citer eum dicere · Sed quia poſtea apertiꝰ loque
batur · vt ſolā repreſentaret parilitatis intelligen
tiā · propterea ſeuiebāt · Et matheus quidē dicit ·
ꝙ eijciens eos dicebat · Nolite facere domum meā
ſpeluncam latronum · Illud enim fecit ad paſſionē
veniens · ideo durioribꝫ ſermonibus vtebat̃ · Hoc
autem in principio ſignorū fecit · Unde non ita aſ
pera · ſed remiſſa quodāmodo increpatione vtitur ·
¶ Auguſtinꝰ · Ecce templum illud figura adhuc
erat · & eiecit inde dominus omnes qui ad nundi-
nas venerant · & que ibi vendebant · que opus ha
bebant homines in ſacrifitio illiꝰ temporis · Quid
ſi ibi ebrioſos inueniret ? ſi negotiationis nō debet
fieri domus dei · potationis fieri debet · ¶ Chriſo-
ſtomus · Sed cuiꝰ gratia tali vehementia chriſtꝰ
vſus eſt Quia enim in ſabbato curaturus erat &
multa facturus que videbantur ab eis eē legis trāſ
greſſio · vt non videatur deo contrariꝰ hoc cum pe
riculo fecit · dans itelligere · ꝙ qui periculis ſe ex
ponit · pro bono ornatu domus dominum domus nō
contemnit · Et ideo vt oſtenderet ſui conſonantiā
ad deum · non dixit domum ſanctam · ſed domum
patris mei · Et propter hoc etiam ſubditur · Recor
dati vero ſūt diſcipuli eiꝰ · quia ſcptū eſt · Zelus
domus tue comedit me · ¶ Beda · Diſcipuli enī vi-
dentes in eo hunc feruentiſſimum zelum · recorda-
ti ſunt quia zelo domus patris ſaluator eiecit im-
pios de templo · ¶ Alchuinus · Zelus cū in bono
accipitur · eſt quidam feruor animi quo mens re-
licto humano timore pro defenſione veritatis accē
ditur · ¶ Auguſtinꝰ · Comeditur ergo zelo domꝰ
dei · qui omnia que videt ibi peruerſa cupit emenda
re · Et ſi emendare non poteſt · tolerat & gemit · ſi
ergo in domo tua ne quid peruerſum fiat ſatagis ·
in domo dei vbi ſalus propoſita eſt · debes pati q̄ntū
in te eſt · ſi quid peruerſi videris ? Amicus eſt ad-
moneat leniter · vxor eſt ſeueriſſime frenetur · an
cilla eſt etiam verberibus compeſcatur · Fac quic-
quid potes pro perſona quam portas · ¶ Alchui ·
Miſtice autem quottidie deus ſpiritaliter ſuam ec
cleſiam intrat · Et qualiter ibi vnuſquiſqꝫ conuer
ſetur · attendit · Caueamus ergo ne in eccleſia dei
fabulis vł riſibꝫ vł odijs vł cupiditatibꝫ vacemꝰ
Ne improuiſus veniēs nos flagellet · & de eccleſia
ſua eijciat · ¶ Origenes · Poſſibile enim eſt hiero
ſolimitanum quoqꝫ delicto ſubiacere & capaciſſi-
mos deuiare · qui niſi poſt delictum citiſſime cōuer
tantur · capacitatem amittunt · Inuenit igitur in
templo · id eſt ī ſacris · vel ī enūtiatione eccleſiaſti
ci ſermonis quoſdam · qui patris domum negotia-
tionis conſtituebant · qui ſcilicet venales exponūt
boues · quos oportet obſeruare ad aratrum ne re-
trocedentes non diſponantur ad regnum dei · Qui
etiam preferunt mammonā iniquitatis ouibꝫ · ex
quibus habent ornatꝰ materiam qui etiam ſoller-
tiam columbaꝝ · priuata qualibet amaritudine vi
lipēdūt · Cum ergo hos inuenit ſaluator in domo
ſacrata · facto de funiculis flagello fugat illos · vna
cum venalibus ouibus & bobus ſuis · Expargit
eris pondera velut indigna in domo dei retineri · ſub
vertitqꝫ conſtitutas tabulas in animabus auaro-
rum · & mandat ne vlteriꝰ in domo dei colūbe ven
dantur · Arbitror autem & exemplum ipſū ſtatu
iſſe per predicta ſecretiꝰ · vt intelligamꝰ per hoc
ſiquid agi debet erga ſacram illam oblationem a
ſacerdotibꝫ non debere ritu ſenſibilium oblationū
agi · nec legem obſeruari debere vt carnales iudei
volebant · Nam iheſu propellente boues & oues · iu
bente auferri columbas · que plurimum offerebāt̃
iuxta conſuetudinē iudeorum · & ſubuertente men-
ſas materialium nummorum non expreſſe · ſed fi-
guraliter continentium diuinas impreſſiones · ea
ſcilicet que ſecundum legis ſcripturam videbant̃
honeſta · Et vtente eo ī plebem flagellis · diſſoluē
da & diſpergenda hec erāt · tranſlato regno ad eos
qui ex gentibus crediderunt · ¶ Auguſtinꝰ · Vel
vendentes ī eccleſia ſunt qui que ſua ſunt querunt
Non que iheſu chriſti · Venale habent totū · qꝛ vo
lunt redimi · Simon ideo volebat emere ſpiritum
ſanctum · quia vendere volebat · Erat enim de illis
qui columbas vendunt · Etenim in columba appa
ruit ſpiritus ſanctus · Columba autem non eſt ve-
nalis · gratis datur · qꝛ gratia vocat̃ · ¶ Beda · Uē
dunt igitur · columbas qui acceptam ſpiritus ſan
cti gratiam non gratis vt preceptum eſt · ſed ad p̄
mium dāt · Qui manuum impoſicionem qua ſpiri-
tus ſanctus accipitur · & ſi non ad queſtum pecu-
nie · ad vulgi tamen fauorem tribuūt · qui ſacros
ordines · non ad vite meritum · ſed ad gratiam lar
giuntur ¶ Auguſtinus · Boues autem intelligun
tur apoſtoli & prophete · qui nobis ſcripturas ſa-
cras diſpenſauerunt · Qui ergo ipſis ſcripturis fal
lunt populus · a quibus querunt honores · vendūt
boues · vendunt & oues id eſt ipſas plebes · Et cui
vendunt niſi diabolo ? Quicquid enim de vnica ec-
cleſia preciditur · Quis tollit · Niſi leo rugiēs ¶ Be
da · Vel oues ſunt opera munditie & pietatis ·
Uendunt ergo oues qui humane gratia laudis
opera pietatis exercent · Nummos mutuo dant
in templo · Qui aperte terrenis rebus in eccleſia
deſeruiunt · Domum etiam domini faciunt domum
negociationis · nō ſolū hij q̄ ꝓpter ſacros ordines

pretium pecunie vel laudis vel honores querunt · verum etiam qui gradum vel gratiā ſpiritualē quā ī eccleſia domino largiēte perceperunt· nō ſimplici intentione· ſed cura humane retributionis exercēt ¶ Auguſtinus· Signum autem quoddam nobis oſtendit dominus ꝙ fecit flagellum de reſticulis & inde negotiatōeꝫ in dei tēplo fatientes flagellauit. Etenim vnuſquiſqꝫ in peccatis ſuis reſtē ſibi texit dum peccata addit peccatis· Quando ergo aliquid patiuntur homines propt̄ iniquitates ſuas· agnoſcant· quia dominus facit flagellum de reſticulis· & adhuc admonet eos vt mutent ſe. Nam ſi ſe nō mutauerint· audient in fine· Ligate illi manus & pedes· ¶ Beda. Facto igitur de funiculis flagello· illos eiecit de templo quia de parte ſortis ſāctorum eiciuntur· qui inter ſanctos poſiti vel ficte vel apte fatiūt opa mala· Oues quoqꝫ & boues eiecit· qꝛ talium vitā parit̄ & doctrinam oſtendit eſſe reprobā. Nummulariorum quoqꝫ effudit es & menſas ſubuertit· quia damnatis ī fine reprobis etiam ipſoꝝ quas dilexerūt rerum· tollet figuram· venditionē columbarum de templo auferri p̄cepit· quia gratia ſpiritus que gratis accipitur· gratis dari debet · ¶ Origenes· Poteſt etiam per templum ītelligi anima ſtudioſi· ꝓpter inhabitans verbum dei· In qua ante doctrinam iheſu conſtiterant terreſtes & beſtiales motus· Signum autem terreſtrium motuum bos eſt· quoniam eſt agricultor· Inſenſatoꝝ autem motuū oīs· quod eſt pluribus animalibus irrationalius · Leuium vero atqꝫ inconſtantium mentium ſignū eſt columba. Eorū vero que bona videt̄ ſig̃ ſūt era· q̃ xp̄s v̄bo doctrine expellit· vt n̄ vltra domꝰ p̄ris eiꝰ fit foꝝ. textus

¶ Reſponderūt ergo iudei & dixerunt ei. Quod ſignum oſtēdis nobis quia hec facis? Reſpondit iheſus & dixit eis. Soluite templū hoc· & ī tribꝰ diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei· Quadraginta & ſex annis edificatum eſt templū hoc· & tu tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat̄ de tēplo corporis ſui· Cum ergo ſurrexiſſet a mortuis· recordati ſunt diſcipuli eius· quia hoc dicebat de corpore ſuo· Et crediderunt ſcripture· & ſermoni eiꝰ· quē dixit iheſus ¶ Theophilꝰ· Quia iudei videbant iheſum talia facere cum poteſtate multa· & dicentem· Nolite facē domum patris mei domum negotiationis· ſignum ab eo petunt· vnde dicitur· Reſponderunt ergo iudei & dixerunt ei. Quod ſignum oſtēdis nob̄ qꝛ hec facis? ¶ Chriſoſtomus· Sed nunquid ſigna opus erāt· vt ea que male fiebant ceſſare faceret· Nonne zelum talem accipere pro domo dei maximum ſignū virtutis erat? Non autē illiꝰ prophetie meminerāt· ſed ſignum petebāt· ſimul quidem de ſuo turpi lucro impedito dolentes· ſimul autem & per hoc prohibere eum volentes· opinantur enim eum aut prouocare ad miracula· aut ceſſare ab hijs que fiebant· propterea non dat eis ſignum· ſicut & poſt petentibus ſignum reſpondit dicens· Generatio mala & adultera ſignū querit & ſignum non dabitur ei· niſi ſigunm ione prophete· Sed tunc quidem manifeſtius· Nunc autem obſcurius reſpondet idem· Non autem vtiqꝫ qui nō petentes preoccupat & ſigna dat hic petens aduertiſſet· niſi mentem eorum cognouiſſet doloſam· Sequitur enim· Et dixit eis· Soluite tēplum hoc & ī tribus diebus excitabo illud· ¶ Beda· Quia enim ſignum querebant a domino quare ſolita commertia proijcere debuerit extemplo · Reſpondit· Quia ipſum templum ſignificabat tēplum corporis ſui· in quo nulla prorſſus eſſet alicuius macula peccati· Quaſi diceret· Sicut iſtud inanimatum templum a veſtris commertijs ſceleribuſqꝫ mea expio poteſtate· ita & hoc corporis mei templum cuius iſtud geſtat figuram· veſtris manibus diſſolutum · tercia die reſuſcitabo. ¶ Theophilus · Nequaq̃ꝫ tamen illos ad homicidium prouocat dicens· Soluite· Sed hoc eis affectantibus Non ſibi eſſe abſcōditum demonſtrat. Audiant autem arriani· quomodo dominus mortis deſtructor dixit· Excitabo virtute videlicet propria· ¶ Auguſtinus · Reſuſcitauit eum quidem & pater cui dicit in pſalmis· Excita me & reddam illis · Sed quid fecit pater ſine verbo? quomodo ergo eum pater reſuſcitat · Sic & filius reſuſcitauit · quia filius dixit· Ego & pater vnum ſumus· ¶ Chriſoſtomus · Propter quid autem ſignum reſurrectionis dat eis? quoniam ſcilicet hoc maxime erat quod oſtendebat eum non eſſe hominem purum · poſſe aduerſus mortem ſtatuere triumphum · & tirannidem eius longam velocit̄ diſſoluere. ¶ Origenes· Vtraqꝫ autem ſcilicet & corpus iheſu & tēplum exemplar mihi fore videntur eccleſie · eo ꝙ ex viuis lapidibus conſtruitur in domum ſpiritualem in ſacerdotium ſanctum · Et propter illud · Vos eſtis corpus chriſti · & membra de membro Quamuis autem diſſolui lapidum videatur ſtructura ac diſſipari omnia oſſa chriſti aduerſitatibus tribalationum · inſtaurabitur tamen templū ac reſuſcitabitur die tercia· que in nouo celo & noua terra preſens erit· Sicut enim illud chriſti corpus ſenſibile crucifixum ē ac ſepultum & poſtea reſurrexit · ſic & totale ſanctorum chriſti corpus concrucifixum eſt xpriſto · Quilibet enim eorum in nullo alio gloriatur· niſi in cruce chriſti · Per quam ipſe crucifixus eſt mundo · Sed & conſepultus eſt xpriſto · & reſurrexit cum eo · quia in quadam nouitate vite ambulat · Sed ſecundum beatam reſurrectionem nondum ſurrexit · Vnde non ſcriptum eſt· Tercia die reſtaurabo illud ſed in tribus diebus · Perficitur enim eius erectio in omnibus tribus diebus · ¶ Theophilus· Iudei autem de inanimato templo putantes eum hoc dicere · Deridebant eum · Vnde ſequitur · Dixerunt ergo iudei · Quadraginta & ſex annis edificatum eſt templum hoc · Et tu tribus diebus

excitabis illud. ¶ Alchuinus. Et notandum ꝙ
non de prima edificatione. que a ſalomone ſeptem
annis perfecta eſt. ſed de reedificatione que facta
eſt ſub zorobabel per quadraginta & ſex ānos im
pedientibꝰ inimicis reſpondebāt. ¶ Origenes. vel
dicit laiquis quadraginta ſex annoꝝ exurgere cō
poſitum ex quo dauid allocutꝰ eſt nathan ꝓphetā
cōſulens de cōſtructiōe tēpli. ex tunc ſatagēs ad
cōgregandā materiam templi. Animaduerte vero
ſi poſſibile eſt quadragenariū numerū ſtatui erga
templū. propter quatuor elementa mūdi. ac ſena-
riū ꝓpter hoc ꝙ homo ſexto die creatus ē. ¶ Au
guſtinꝰ. iiijto de trinitate. Vel hic numerus perfe
ctioni dominici corporis apte cōgruit. quadrage-
ſies enī ſexies ſeni. fiūt ducenti ſeptuagintaſex.
qui numerus dierum complet nouem menſes &
ſex dies. Ipſa aūt perfectio corporis domini tot di
ebus ad partum producta compit̄. ſicut a maiori-
bus traditū ſuſcipiens eccleſie cuſtodit autoritas
Octauo enī kalendas aprilis cōceptus creditur.
quo & paſſus. Natus aūt tradit̄. octauo kalēd.
Januarij. Ab illo ergo die vſq3 ad iſtum. compu-
tati ducenti ſeptuagintaſex reperiūtur dies. qui
ſenarium numerum quadrageſies ſexies habent.
¶ Auguſtinꝰ octuagintatriū queſtionū. Dicitur
etiā conceptio humana ſic procedere & perfici pri
mis ſex diebus quaſi lactis habeat ſimilitudinem.
ſequētibus nouem diebus conuertatur in ſangui-
nem. deinde duodecī diebus ſolidetur. reliquis de
cem & octo diebus formet̄ vſq3 ad perfecta linea-
menta omniū membroꝝ. & in reliquo tempore vſ
q3 ad tempꝰ partus magnitudine augetur. Sex at̄
& nouem & duodecim & xviij. in vnū coacti fiūt
xlv. addito ergo vno fiūt quadragintaſex. qui ſi
fuerīt multiplicati per ipm̄ ſenariū numerū. qui
huius ordinationis caput tenet. fiunt ducenti &
ſeptuagintaſex. ideſt nouem menſes & ſex dies
Non ergo abſurde quadragintaſex annis dicitur fa
bricatum eē templū quod corpus eius ſignifica-
bat. vt quod anni fuerint ī fabricatione templi.
tot dies fuerunt in corporis dominici perfectione.
¶ Auguſtinꝰ. ſup io. Vel aliter. quia dn̄s noſter
de adam corpus accepit. non de adam peccātm trax
it. templū corporeū inde ſūpſit. non iniquitatē que
de templo pellenda ē. Si aūt facias quatuor noīa
greca. Anatole quod eſt oriens. Diſis quod eſt
occidens. Arctos quod eſt ſeptemtrio. Meſſem-
bria. quod eſt meridies. capita verborum adam
habent. A quatuor enim ventis dominus collectu
rū ſe dicit electos ſuos cū venerit ad iudicium. Ha
bent aūt littere nominis adā numerū ſcd̄m grecos
Et ibi inuenitur quadragintaſex annis edificatum
templum. Habet enim adam alpha qđ eſt vnum.
& delta quod eſt quatuor. & alpha quod eſt vnū.
& M. quod quadragīnta. & ſic habes quadragin
taſex. Sed iudei quia caro erant. carnalia ſapie-
bant. ille ſpiritualiter loquebat̄. & de quo templo
diceret. per euangeliſtam nobis aperuit. Seqtur
enim. Ille autem dicebat de templo corporis ſui.
¶ Theophilus. Ex hoc autem appollinarius con
tradictionem ſumit. volens oſtendere. ꝙ caro chri
ſti eſſet inanimata. eo ꝙ templum ſit inanimatum
Ergo carnem chriſti & lapidem & lignū faties.
quia ex his templum conſiſtit. Si autem quod di
citur Anima mea turbata eſt. & poteſtatem habeo
ponendi animam nequaq̄ꝫ dici dixeris. vbi pones
illud. In manus tuas domine commēdo ſpiritum
meum? Non enim de anima irrationali intelligere
poteris. Neq3 qđ dicitur. non derelinques animam
meam in inferno. ¶ Origenes. Ideo autem corpꝰ
domini templum intelligitur. quia ſicut templum
gloriam dei continebat habitantem in ipſo. ſic cor
pus chriſti. repreſentans eccleſiam vnigenitum
continet. qui eſt dei gloria ¶ Chriſoſtomꝰ. Duo
autem erant que obſtabant diſcipulis ne interim
intelligerent. vnum ipſa reſurrectio. Alterū vero
qđ maius erat ſcilicet ꝙ deus erat q̇ in illo corpore
habitabat. qđ dominus occulte oſtenderat. dicēs.
Soluite templū hoc &c̄. Et ideo ſubditur. Cum
ergo ſurrexiſſet a mortuis. recordati ſunt diſcipu-
li eius q2 hoc dicebat de corpore ſuo. & crediderūt
ſcripture & ſermoni quem dixit iheſus ¶ Alchui
nus. Ante reſurrectionem enim non intelligebāt
ſcripturas. q2 nondum acceperant ſpiritum ſanctū
Sed in die reſurrectionis apparens dominus. ape
ruit diſcipulis ſenſum. vt intelligerēt q̄ de ipſo ſcp
ta erant in lege & prophetis. & tunc crediderūt
ſcripture prophetarum. q̇ predixerunt chriſtum
tercia die reſurrecturum. & ſermoni quem dixit
iheſus. Soluite templum hoc. ¶ Origenes. Se-
cundum anagogem vero complementum fidei at-
tingemus in magna corporum reſurrectione to-
tius corporis iheſu. id eſt eccleſie eius. cū fides. q̄
ē ex ſpē. mltū differat ab ea q̄ ē p ſpeculū ī enigte

textus

¶ Cum autem eēt hieroſolimis in paſcha. in die
feſto multi crediderunt in noīe eius. videntes ſig-
na que fatiebat. Ipſe aūt iheſus n̄ credebat ſemet
ipm̄ eis. eo ꝙ ipſe noſſet oēs & q2 opꝰ ei nō erat.
vt quis teſtimoniū ꝑhiberet de hoīe. Ipē enī ſcie-
bat qđ eēt in homine. ¶ Beda. Superiꝰ euange-
liſta narrauit qđ dominus hieruſalē adueiens geſ
ſerit. Nunc vero eodem hieroſolimis commorante
Quid ab alijs erga eū actum fuerit. refert. Vnde
dicitur. Cum autē eēt hieroſolimis in paſcha in
die feſto. multi crediderunt in nomine eius. Vi-
dentes ſigna que faciebat. ¶ Origenes. Reſpiti-
endum autem quomodo ex ſignis eius pleriq3 vi
dentes credebant in eum. Non enim dicitur pro
digia feciſſe hieroſolimis. Niſi forte cū facta ſint
In ſcripturis non habentur. Animaduerte ve
ro ſi poſſibile eſt in miraculis deputari hđ fecerit
flagellum ex funiculis & cunctos ex templo pro
pulerit. ¶ Chriſoſtomus. Prudentiores autem

fuerant diſcipuli qui ad criſtum acceſſerant · non propter ſigna · ſed ꝓpt' doctrinam · Nam groſſiores quidem per ſigna trahũtur · rationabiliores vero · per ꝓphetias ſeu doctrinam · Vnde ſubditur · Ipſe autem iheſus non credebat ſemetipſum eis · ¶ Auguſtin⁹ · Quid ſibi vult hoc · Illi credebãt ĩ nomine eius & ipſe iheſus non credebat ſemetipſum eis · An forte nõ credebant ei & fingebant ſe crediſiſſe Sed nõ diceret euangeliſta · Multi crediderunt ĩ nomine eius · Magna ergo res & mira · Credunt homines in criſtũ · & criſtus nõ ſe credit hominib⁹ pſertim quia filius dei ẽ · & vtiq; volens paſſus eſt & ſi nollet · numquam pateretur · Sed tales ſunt omnes cathecumini · Si dixerimus cathecumino · credis criſto? reſpondet · credo · Et ſignat ſe · Si ĩterrogem⁹ eum · Manducas carnem filij hominis? neſtit quid dicimus · quia iheſus non ſe credidit ei ¶ Origenes · Vel dicendũ ꝙ iheſus nõ ſe credidit credẽtibus ĩ nomine eius · & nõ ĩ illũ · In illum eũ credunt qui anguſtam viam vadũt ducentẽ ad vitam · Qui autem credũt ſignis · nõ in eum ſed ĩ noĩe eius credũt · ¶ Chriſoſtomus · Vel hoc dicit quia non confidebat in eis · vt in diſcipulis pfectis · Neque cõmittebat eis omnia dogmata vt iam firmis fidelib⁹ fratrib⁹ · Non enim intendebat exteriorib⁹ verbis · ad mentem eoꝝ intrans & tempus opportunum manifeſte ſciens · vnde ſequitur · Eo quod ipſe noſſet omnes · & q2 opus nõ erat vt quis teſtimoniũ phiberet de homine · Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine · Scire enim ea que ſunt in corde hominum eſt dei · qui ſolus corda plaſmauit · Non indigebat ergo teſtibus vt ꝓpriorum plaſmatũ mentem addiſcat · ¶ Auguſtinus · Plus etiam nouerat artifex quid eſſet in opere ſuo · quam ipſũ opus quid eſſet in ſemetipſo · Nam & petrus nõ nouerat quid in ipſo eſſet · quando dixit · Tecum ero vſq; ad mortem · ſed dominus nouerat quid eſſet in homine dicens · priuſquam gallus cantet ter me negabis · ¶ Beda · Quapropter monemur vt numquam de conſcientia noſtra ſecuri ſimus · ſed ſemper ſoliciti formidemus quia quod nos latet eternum arbitrium latere non valet ·

¶ Capitulum · iij ·

ERat hõ ex phariſeis nicodemus nomine princeps iudeorum · Hic venit ad iheſũ nocte & dixit ei · Rabi ſcimus q2 a deo veniſti magiſter · Nemo eñ pt' hec ſigna facere que tu facis · niſi fuerit deus cum eo · Reſpondit iheſus & dixit ei · Amen amẽ dico tibi · niſi quis renatus fuerit denuo · nõ pt' vidẽ regnũ dei · ¶ Aug⁹ · Superius dixerat ꝙ cũ eſſet hieroſolimis multi crediderũt ĩ noĩe eius videntes ſigna & prodigia & que faciebat · Ex his aũt erat nicodemus · de quo dr' · Erat hõ ex phariſeis nicodemus noĩe · ¶ Beda · Cuius etiã dignitatis offitiũ oſtendit · cũ ſubdit · princeps iudeorum · Deinde qd egerit cũ ſubiecit · Hic venit ad ihm nocte cupiẽs ſcilicet ſecreta eius allocutione plenius diſcere miſteria fidei · cuius apta oſtenſione ſignorum iam rudimenta perceperat · ¶ Chriſoſtomus · Adhuc tamen a iudaica detinebatur infirmitate · propterea & nocte venit · trepidans in die hoc facere · Vñ & euangeliſta alibi dicit · quoniam ex principib⁹ multi crediderunt in eum · ſed propter iudeos non cõfitebãt' vt non extra ſinagogam fierent expulſi ¶ Auguſtinus · Nicodemus etiam ex illo numero erat · qui crediderunt · ſed nondum renati ſunt · vnde hoc ad rem pertinet ꝙ in nocte venit · Renati autem ex aqua & ſpiritu ſancto audiunt ab apoſtolo · Fuiſtis aliquando tenebre · nunc autem lux in domino · ¶ Haimo · Vel pulchre in nocte veniſſe dicitur · quia tenebris ignorantie obnubilatus · ad tantam lucem nondum peruenerat · vt perfecte deum verum crederet · Nox enim in ſacro eloquio ꝓ ignorantia ponitur · Vnde ſubditur · Et dixit ei · Rabi ſcimus quia a deo veniſti magiſter · Quod autem hebraice rabi · latine dicitur magiſter · Magiſtrum ergo appellat & deum tacet · quia credebat eum a deo miſſum · ſed tamen vt dictum eſt · deum non agnoſcebat · ¶ Auguſtinus · Vnde aũt iſte crediderat · patet per id quod ſubdit · Nemo eñ poteſt hec ſigna facere que tu facis niſi fuerit de⁹ cum eo · Hic ergo nicodemus de illis multis erat · qui crediderant in nomine eius · Videntes ſigna que faciebat · ¶ Chriſoſtomus · Sed tamen neq; a ſignis aliquid magnum exiſtimabat de eo · ſed adhuc humanam habens de eo mentem · vt de propheta loquitur · Ad operationem eum miſſum dicẽs Et alieno auxilio indigentem hec agere que agebat · Cum tamen pater perfectum eum genuerit · Et ſuffitientem ſibiipſi · Et nihil habentem imperfectum · Quia vero chriſto ſtudium erat · non ita interim dignitatem ſuam reuelare · ſicut perſuadere ꝙ nihil ex aduerſo agebat patri · propterea in verbis multotiens humiliter loquens videtur · In rebus autem cum poteſtate omnia operatur · Ideoq; & nicodemus nunc manifeſte quidem nihil excelſum loquitur de ipſo · Occulte autem ab humili eum opinione reducit · Docens ꝙ ſuffitiens ſibi ipſe eſt in miraculorum operatione · Vnde ſubditur · Reſpõdit iheſus & dixit ei · Amen amen dico tibi · Niſi quis renatus fuerit denuo · non poteſt videre regnum dei · ¶ Auguſtinus · Iſti ſunt ergo quibus ſe credit iheſus · qui nati fuerint denuo qui non ĩ nocte veniunt ad iheſum ſicut nicodemus · Tales enim iam etiam profitentur · Dicit ergo · Niſi quis renatus fuerit & cetera · quaſi diceret · quia nondum es natus denuo ideſt ex deo · Spirituali generatõe · noticia quã habes de me ſpiritalis nõ ẽ · ſ; aĩalis & hũana · Ego aũt dico tibi ꝙ ſiue tu · ſiue ali⁹ · qcũq; · niſi ex deo denuo

natus fuerit· non poterit apprehendere gloriam que
circa me eſt· ſed extra regnum erit· nam generatõ
que per baptiſmũ fit· illuminationẽ anime tribuit
¶ Chriſ· Vel littera talis eſt· Amen amen dico
tibi· niſi quis renatus· hoc eſt· ſi tu nõ natus fue
ris deſuper & dogmatũ ſuſceperis certitudinem ali
cubi· extra erras & longe es a regno celorum ſeipſũ
hic oſtendens & indicans· quoniam nõ eſt hoc tñ
quod videtur· ſed alijs oculis opus eſt ad videndũ
eum· Hoc aũt quod dicit deſuper hij quidem id eſt
de celo exponunt· Alij vero a principio· Igitur iu
dei quidem ſi hoc audiſſent· deridentes vtiq; diſceſ
ſiſſent· Hic vero & in hoc amorem diſcipuli oſten
dit q a chriſto vlterius interrogat· textus

¶ Dicit ad eum nicodemus· Quomõ poteſt homo
naſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem
matris ſue iterato introire & renaſci? Reſpon
dit iheſus· Amen amen dico tibi· Niſi quis rena
tus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto· non poteſt in
troire in regnum dei· Quod natum eſt ex carne ca
ro eſt· & quod natum eſt ex ſpiritu ſpirit9 eſt· Nõ
mireris quia dixi tibi· oportet vos naſci denuo·
Spiritus vbi vult ſpirat· & vocem eius audis· &
neſcis vnde veniat· aut quo vadat· Sic eſt omnis
qui natus eſt ex ſpiritu· ¶ Chriſ· Veniens nico
demus ad iheſum vt ad hominem· audiens maiora
q̃ ab homine· erigitur ad altitudinem eorum que di
cuntur· non quidem excidens a fide· ſed infert hãc
impoſſibilitatem vt in apertiorem prouocet doctri
nam· Duo autem erant que admirabantur ſcilicet
natiuitas talis· & regnum· Neq; eñ audita erant
apud iudeos· Sed interim circa prius inſtat· & qḋ
maxime eius mentem concutiebat· Vnde dicitur·
Dicit ad eũ nicodemus· Quomodo poteſt homo na
ſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem ma
tris ſue iterato itroire & renaſci? ¶ Beda· Sic ver
ba iſta ſonare videntur· quaſi puer queat iterato in
ventrem matris introire & renaſci· Sed ſciendum
q ipſe ſenex erat· Ideoq; de ſe protulit exemplum
ac ſi diceret· Ego ſum ſenex· & meam quero ſalu
tem· quomodo poſſum in ventrem matris introire
& renaſci? ¶ Chriſ· Rabbi eum vocas & a deo ve
niſſe dicis· & nõ ſuſcipis que dicuntur· ſed loqueris
ad magiſtrum dictionẽ que multã perturbationem
inducit· Hoc eñ ſcilicet quomodo querere eorum eſt
qui nõ valide credunt & multi ſic querẽtes a fide
ceciderunt hij quidem dicentes· Quomodo deus eſt
incarnatus? alij· quomõ manſit impaſſibilis? propte
rea & hic propter anxietatem· modũ exquirit· Sed
cum aliquis cogitationibus proprijs ſpiritualia euer
tit· deriſibilia loquitur· ¶ Aug· Spirit9 eñ loquitur
& ille carnem ſapit· Non nouerat iſte niſi vnam
natiuitatem ſcilicet ex adam· & eua· & ex deo &
eccleſia nondum nouerat· Sic tamen tu intellige
natiuitatem ſpiritus quomodo intellexit nicodem9
natiuitatem carnis· quomodo eñ vterus non po
teſt repeti· ſic nec baptiſmus· ¶ Chriſ· Nicode
mo autem decidenti ad eam que hic eſt natiuita
tem· chriſtus manifeſtius reuelat ſpiritualis na
tiuitatis modũ· Vnde ſequitur· Reſpondit iheſus·
Amen amen dico tibi· niſi quis renatus fuerit ex
aqua & ſpiritu ſancto· nõ poteſt introire in regnũ
dei· ¶ Aug9· Ac ſi dicat· Tu carnalem generati
onem intelligis· ſed ex aqua & ſpiritu oportet q
naſcatur homo propter regnũ dei· Si propter heredita
tem patris hominis temporalis naſcitur aliquis ex
viſceribus matris carnalis· & propter hereditatem
patris dei ſempiternam naſcatur ex viſceribus ec
cleſie· Cum autẽ ex duobus homo conſiſtat ex cor
pore videlicet & anima· duplicem habet & huiuſ
modi modum generationis· Aqua eñ que viſibi
lis eſt· ad emundationẽ corporis intelligitur· Spi
ritus vero inuiſibiliter concurrens· ad emundati
onem inuiſibilis anime inuenitur· ¶ Chriſ· Si ve
ro quis interrogat qualiter ab aqua homo naſcitur·
Interrogo & ego qualiter natus eſt adam a terra·
Sicut eñ in principio ſubijciebatur elementum ter
ra· totum vero opus plaſmantis erat· ita & nunc
ſubijcitur elementum aqua· totum vero eſt ſpirit9
gratie· Tunc paradiſum dedit in conuerſationem·
nũc aũt celũ nob aperuit· Sed que eſt neceſſitas
aque hijs qui ſpiritum ſanctum ſuſcipiunt? Diui
na eñ in ea perficiuntur ſimbola· ſepultura & mor
tificatio· reſurrectio & vita· Sicut eñ in quodam
ſepulchro in aqua nobis ſubmergentibus capita· ve
tus homo ſepelitur· & ſubmerſus deorſum occultatur
Deinde nouus rurſus aſcendit· Hoc etiam fit vt
diſcas quoniã virtus patris & filij & ſpiritus ſan
cti omnia complet· & q chriſtus tres dies ad reſur
gendum expectauit· Quod igitur eſt matrix fetui·
hoc eſt fideli aqua· In aqua eñ plaſmatur & figura
tur· Sed quod in matrice plaſmatur· tempore indi
get· quod vero in aqua non ita· ſed in vno momen
to omnia fiunt· Talis eñ eſt natura corporum vt
tempore aſſumunt perfectionem· In ſpiritualibus
vero non eſt ita· quoniam perfecta a principio cõ
ſtituuntur que fiunt· Ex quo igitur aſcendit a ior
dane dominus non adhuc reptilia animarum viuẽ
tiũ ſed animas ſpirituales & rationales aqua red
dit· ¶ Aug· de baptiſmo paruulorum· Sed quia
non ait niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu
non habebit ſalutem vel vitam eternã· ſed non in
trabit in regnum dei· Ad hoc inquiunt quidã par
uuli baptizandi ſunt vt ſint cum chriſto in regno
dei· vbi non erunt· ſi baptizati non fuerint· Quis
& ſine baptiſmo ſi paruuli moriantur ſalutem vi
tamq; eternam habituri ſint· qm nullo peccati vin
culo aſtricti ſũt· Sed cur naſcatur denuo niſi reno
uandus a vetuſtate· aut vnde imago dei non intrat
in regnum dei· niſi impedimento prohibente pec
cati· ¶ Damno· Talia autem ac tanta ſecreta mi
ſteria nicodemo capere non valenti· dominus ex
carnali natiuitate ſimilitudinem dedit dicens·

Quod natum eſt ex carne caro eſt. & quod natum
eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Sicut enim caro carnem
procreat. Ita quoque ſpiritus ſpiritum parit. Chriſ.
Nihil igitur ſenſibilium inquiras neque eſtimes quod car
nem generet ſpiritus. dominum enim caro genita eſt.
non quidem a ſpiritu ſolum. ſed etiam a carne. Quod
autem natum eſt ex ſpiritu ſpirituale eſt. Natiuitatem enim
hic non eam que ſecundum ſubſtantiam dicit. ſed
eam que ſecundum honorem & gratiam. Si igitur & fi-
lius dei ita natus eſt. quid plus habebit omnibus
qui ita nati ſunt? Inuenietur autem & ſpiritu minor. cum
eius natiuitas gratia ſpiritus ſit. Et quid hec a iu
daicis diſtant dogmatibus? Vide autem & ſpiritus
ſancti dignitatem. Dei enim opus videtur facere. Su-
pra enim dixit Quoniam ex deo nati ſunt. hic autem
quoniam ſpiritus eos generat. Dicens autem xpus
quoniam qui natus eſt ex ſpiritu. ſpiritus eſt. quia
turbatum rurſus vidit. ad ſenſibile exemplum du
cit ſermonem dicens. Non mireris quia dixi tibi.
oportet vos naſci denuo dicendo enim ne mireris. oſten
dit animi eius turbationem. Ponit autem exemplum
quod neque communionem aliquam ad corporum groſſici
em habet. neque ad incorporeorum perueniens naturam
quod eſt venti delatio. dicens. Spiritus vbi vult
ſpirat & vocem eius audis. ſed neſcis vnde veniat
aut quo vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpi
ritu. Quod dicit. tale eſt. Si ventum nullus detinet.
ſed quo vult fertur. multomagis ſpiritus actionem
nature leges detinere non poterunt. non terminum cor
poralis natiuitatis neque aliud quid talium. Quoni
am autem de vento hic dictum eſt. manifeſtat illud
quod dicit. vocem eius audis. i. ſonitum percuſſio
nis. non enim loquens infideli & neſcienti ſpiritus acti
onem hoc diceret. Dicit autem vbi vult ſpirat. non
quaſi electionem quandam vento habente. ſed iam quod
a natura eſt mutationem que non prohibetur. & cum
poteſtate fit. Et neſcis vnde veniat. aut quo va-
dat. id eſt ſi huius ſpiritus cuius ſenſum ſuſcipis au
ditu & tactu interpretari neſcis viam. qualiter di-
uini ſpiritus operationem ſcrutaris. vnde ſubdit.
Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Auguſt.
Sed quis noſtrum non videat verbi gratia auſtrum
euntem a meridie ad aquilonem. aut alium ventum veni
entem ab oriente & occidente. quomodo ergo neſci
mus vnde veniat aut quo eat. Beda. Spiritus
igitur ſanctus eſt qui vbi vult ſpirat. quia ipſe in
poteſtate habet cuius cor gratia ſue viſitationis il-
luſtret. & vocem eius audis. cum te preſente loqui-
tur is qui ſpiritu ſancto repletus eſt. Aug. So
nat pſalmus. ſonat euangelium. ſonat ſermo diui
nus. vox ſpiritus eſt. hoc igitur dicit quia verbo &
ſacramento inuiſibiliter adeſt ſpiritus ſanctus vt
naſcamur. Alchuinus. Ergo neſcis vnde veniat
aut quo vadat. quia & ſi te preſente ſpiritus ad horam
quempiam repleuerit. non poteſt videri quomodo
in eum intrauerit. vel quomodo redierit. quia natu
ra eſt inuiſibilis. Haimo. Siue neſcis vnde ve-
niat. quia quomodo credentes ad fidem introducat
ignoras. vel quo vadat. quia quomodo fideles ad ſpe
ciem perducat neſcis. Et ſic eſt omnis qui natus eſt
ex ſpiritu. Ac ſi dicat. Spiritus ſanctus ſpiritus
inuiſibilis eſt. ita & quiſquis ex ſpiritu naſcitur inui-
ſibiliter naſcitur. Aug. Vel aliter. Et ſi tu na-
ſcaris de ſpiritu. hoc eris. vt ille qui non eſt na-
tus adhuc de ſpiritu. neſciat vnde venias. aut quo
eas. Hoc enim ſecutus ait. Sic eſt omnis qui natus
eſt ex ſpiritu. Theophi. Confundatur ergo ma
cedonius impugnator ſpiritus. qui ſeruum ſpiritum
ſanctum aſſeruit. Spiritus enim ſanctus propria poteſta
te & vbi vult. & qualiter vult operatur. textus

Reſpondit nicodemus & dixit illi. Quomodo poſ-
ſunt hec fieri. Reſpondit iheſus & dixit ei. Tu es
magiſter in iſrael & hec ignoras. Amen amen di-
co tibi. quia quod ſcimus. loquimur. & quod vi-
dimus teſtamur. & teſtimonium noſtrum non acci
pitis. Si terrena dixero vobis. & non creditis.
quomodo ſi dixero vobis celeſtia credetis. Ha-
imo. Miſterium diuine maieſtatis nicodemus cape
re non valet que a domino audiebat. & ideo ratio-
nem querens. factum non abnegans. non voto repre-
hendentis. ſed affectu diſcentis dominum interro-
gat. Vnde dicitur. Reſpondit nicodemus & dix-
it ei. Quomodo poſſunt hec fieri. Chriſo. Quia
igitur adhuc in iudaica vilitate manet. & exem-
plo ita manifeſto dicto ei. adhuc interrogat. de re
liquo aſperius ad eum xpus loquitur vnde ſequitur. Reſpon
dit & dixit ei. Tu es magiſter in iſrael & hec ig-
noras. Auguſtinus. Quid putamus dominum
huic magiſtro iudeorum quaſi inſultare voluiſſe.
volebat quidem illum naſci de ſpiritu. Nemo autem
ex ſpiritu naſcitur niſi humilis fuerit. quia ipſa hu
militas facit nos naſci de ſpiritu. Ille autem magi
ſterio inflatus erat. & alicuius momenti ſibi eſſe
videbatur. quia doctor erat iudeorum. Deponit
ergo dominus eius ſuperbiam. vt poſſit naſci
de ſpiritu. Chriſoſtomus. Nequaquam ta-
men nequitiam accuſat viri. ſed inſipientiam &
ruditatem ſolum. ſed dicet aliquis quid commune
habet hec natiuitas de qua ſcilicet chriſtus locu-
tus eſt ad iudaica dogmata. Habet quidem com-
mune. Nam qui primus homo factus eſt. & que
de coſta facta eſt mulier. & que ſteriles genue-
runt. & que per aquam miracula perfecta ſunt.
Dico autem quod heliſeus de aqua ferrum edux-
it. & quod iudei mare rubrum tranſierunt. & quod naa-
man ſirus in iordane purgatus eſt. Hec omnia na
tiuitatem ſpiritualem & purgamentum in ea futu
rum figuraliter preſonabant. Et ea que a pro-
phetis ſunt dicta occulte oſtendunt hunc natiui-
tis modum. vtputa illud. Renouabitur vt aqui-
le iuuentus tua. & beati quorum remiſſe ſunt ini-
quitates. Sed & iſaac figura huius natiuitatis
erat. Hec igitur rememorans dixit. Tu es magiſter

in iſrael & hec ignoras? ¶ Rurſus autē aliunde ſuū
ſermonē ei credibilem facit·ad imbecilitatem eius
condeſcendens cum ſubdit· Amen amen dico tibi·
quia quod ſcimus loquimur·& quod vidimus te=
ſtamur· & teſtimoniū noſtrū nō accipitis. Apud
nos viſus aliis ſenſibus certior eſt. Et ſi volumus
aliquem facere credere·ita dicimus·quoniam ocu=
lis noſtris vidimus. Propterea xp̄us humano lo
quens ad eum ſermone·non viſum ſenſibilem in=
ducit· Sed manifeſtum eſt ꝙ de certiſſima cogni=
tione & non aliter ſe habente loquitur· igitur hoc
quidem id eſt ꝙ ſcim⁹ ait de ſeipſo ſolo ¶ Haimo·
Queritur autem quare pluraliter dicat. Quod ſci=
mus loquimur· Ad quod dicendum ꝙ vnigenit⁹
dei filius erat qui hoc loquebatur oſtendens qualit̄
pater eſt in filio·& filius in patre·& ſpiritus ſan=
ctus ab vtroq; indiuiſibilis ꝓcedat· ¶ Alchuin⁹·
Vel dicit pluraliter·ac ſi dicat. Ego & illi qui mo
do ſpiritu ſunt renati· intelligimus illud quod lo=
quimur·& quod vidimus apud patrem in abſcō=
dito. hoc teſtamur foris in mūdo· & vos qui carna
les eſtis & ſuperbi non accipitis teſtimonium no=
ſtrum· ¶ Theo· Quod nequaq̄ꝫ de nicodemo dicit
ſed de genere iudeorum qui vſq; ad finem in perfi=
dia ꝑmanſerunt· ¶ Chriſ· Quod quidem non tur=
bati verbum eſt. ſed manſuetudinem oſtendentis·
Hinc em̄ erudit nos cum ad aliquos locuti fuerim⁹
& non perſuaſerimus·non triſtari neq; iraſci· ſed
noſtrum ſermonē credibilem facere non ſolū nō
iraſcendo. ſed etiam non clamando· Materia em̄ ire
clamor eſt. Jheſus autem dogmata excelſa tange=
re debens· ꝓpter audientium infirmitatem ſe deti=
net multotiens· & nō continue dignis ſua magni=
tudine dogmatibus immoratur·ſed magis hiis que
condeſcenſionem habent· Vnde hic ſubdit̄. Si
terrena dixi vobis & non creditis· quomodo ſi dix
ero vobis celeſtia credetis? ¶ Aug· Hoc eſt ſi nō
creditis quia templum poſſum ſuſcitare deiectum
a vobis· quomō credetis quia per ſpiritum ſanctū
poſſunt hoīes regenerari· ¶ Chriſ· Vel alit̄·ſi ba
ptiſmū terrenū dicat· nō mireris q̄ꝛ in terra ꝑficit̄
& comparatōne illius natiuitatis ſtupende que eſt
ex ſubſtantia patris· terrena eſt gratie natiuitas·
Et bene non dixit· Non intelligitis·ſed non credi=
tis· Nam cum quis aliqua per intellectū ſuſcipere
non valet·amentie vel ignorantie imputat̄· Cum
autem hoc non ſuſtipiat aliquis quod ſolum fide
oportet ſuſcipere· non amentie·ſed infidelitatis eſt
accuſatio· Dicebant̄ autem hec & ſi non credeban
tur quia poſteri erant ea ſuſcepturi· textus
¶ Et nemo aſcendit in celum niſi qui deſcēdit de
celo·filius hominis qui eſt in celo. ¶ Aug⁹·de ba
ptiſmo paruulorum· Notata paululum eius impe=
ritia·qui ſe ceteris de magiſterio p̄ferebat·& om=
nium talium incredulitate reprehenſa·reſpondet·
ꝙ alii credant ſi illi non credunt ad illud quod in
terrogatus eſt·quomodo poſſunt iſta fieri·dicēs·

Et nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de ce
lo·filius hominis qui eſt in celo· q̄ſi diceret·ſic fi=
et generatio ſpiritualis vt ſint celeſtes homines ex
terrenis·quod adipiſci non poterunt·niſi membra
mea efficiant̄·vt ipſe aſcēdat q̊ deſcēdit. nō aliud
deputans corpus ſuum·id eſt eccleſiam ſuam q̄ꝫ ſe
ipſum. ¶ Gregori⁹·xxvii· moralium· Quia enim
nos vnum cum illo iam facti ſumus vnde ſolus ve
nit· in ſe ſolus redit·etiam in nobis & is qui in ce
lo ſemper eſt ad celum quotidie aſcendit· ¶ Aug·
de baptiſmo paruulorum· Quamuis autem in terra
factus ſit filius hominis diuinitatem tamen ſuam
qua in celo manens·deſcendit ad terram·non indi=
gnans cenſuit nomine filii hominis ſicut carnē ſu
am dignatus eſt nomine filii dei·ꝑ vnitatē em̄ per
ſone qua vtraq; ſubſtātia vnus eſt xp̄s & fili⁹ dei
ambulabat in terra·& idē ipſe filius hominis ma
nebat in celo· Fit g̊ credibiliorū fides ex incredibi
lioribus creditis· Si em̄ diuina ſubſtantia longe
diſtantior· potuit ꝓpter nos ita ſuſcipere humanā
ſubſtantiam·vt vna ꝑſona fieret· q̄ꝫto credibilius
alii ſancti fiunt cum homine xp̄o·vnus xp̄us· vt
omnibus ꝑ eius gratiam aſcendentibus· ipſe vn⁹
aſcendat in celum qui de celo deſcendit· ¶ Chriſ·
Vel aliter·quia dixerat nicodemus·ſcimus quo=
niam a deo veniſti magiſter ne eſtimet̄ ita eē ma=
giſter·vt multi prophetarum de terra exiſtiman=
tes·ſubiungit· Et nemo aſ·in celum niſi qui deſcē=
dit de celo filius hominis qui eſt in celo· ¶ Theo·
Cum vero filium hominis deſcendiſſe de celo audis
nō putes ꝙ de celo caro deſcendit. hoc em̄ heretico
rum dogma eſt·qui docebant ꝙ xp̄us de celo cor=
pus ſumpſerat & per virginē tranſierat ¶ Chriſ·
Filium em̄ hominis non carnem hic vocauit·ſed a
minori ſubſtantia ſe totum nominauit. Eſt em̄ ei
conſuetudo multotiens a diuinitate·multotiens ab
humanitate totum vocare· ¶ Beda· Si em̄ aliq̄s
homo nudus de monte ad conuallia deſcendat· &
aſſumptis veſtimentis etiā armis ad eundem mō=
tem aſcendat·recte ipſe idem qui prius deſcendit·
aſcendiſſe perhibet̄· ¶ Hilari·x·de trinita· Vel
quia de celo deſcēdit cōcepte de ſpiritu originis cau
ſa eſt· Non em̄ corpori maria originem dedit· licet
ad incrementa partumq; corporis omne quod ſen=
ſus ſui eſt naturale cōtulerit· Quod vero hominis fi
lius eſt·ſuſcepte in v̊gine carnis eſt partus· Quod
autem in celis eſt nature ſemper permanentis po=
teſtas· eſt que nō ex infinitatis ſue virtute in re
gionem diffiniti corporis coartauit verbi dei pote=
ſtatem· & in forma ſerui manens ab omni intra
extraq; celi mundiq; circulo· celi ac mundi domi=
nus non abfuit· Per hoc ergo & de celo deſcendit·
quia filius hominis eſt· Et in celis eſt quia verbū
caro factum non amiſerat manere quod factū eſt·
¶ Aug⁹· Miraris autem quia hic erat & in celo
Tales fecit diſcipulos ſuos· paulum audi dicen=
tem· Noſtra cōuerſatio in celis eſt· Si hō paulus

ambulabat in terra · & conuerſabatur in celis · de⁹ celi & terre nō poterat eē in celo & ī terra ⸗ Chriſ. Vide autem quia quod valde videt̃ excelſum · indignum eſt ſua magnitudine · Non enī ſolum in celo eſt · ſed vbiq; & omnia replet · Sed adhuc imbecilitatem auditoris loquit̃ paulatim eum reducere volens. textus

Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ſic exaltari oportet filium hominis · vt omnis qui credit in ipſum non pereat · ſed habeat vitam eternam ⸗ Chriſ. Quia dixerat beneficiū baptiſmi inducit huius cauſam ſcilicet crucem dicens · Et ſicut moyſes ꝛc. ⸗ Beda. Magiſtrum legis moſayce ad ſpirituale ſenſū eiuſdē legis īducit · recordās veteris hiſtorie · & hanc in figuram ſue paſſionis atq; humane ſaluationis factā ediſſerens ⸗ Aug. de baptiſmo paruuloꝝ · Serpetum enī incurſibus in deſerto multi moriebant̃ · ac ſic moyſes ex pcepto domini exaltauit in deſerto eneum ſerpentem hunc videntes ſanabant̃ continuo. Exaltatus ſerpens eſt mors xp̄i · eo ſignificandi modo quo p efficientem id quod efficitur ſignificatur. A ſerpente quippe mors venit · qui peccatum quo mori merer̃ homini pſuaſit. Dominus autem in carnem ſuam non peccatum trāſtulit · tanq̄ venenum ſerpentis ſed mortem · vt eſſet in ſimilitudine carnis peccati pena ſine culpa · vnde in carne peccati & pena ſolueretur & culpa · Theo. Videas ergo figuram ad veritatem · Ibi enī ſerpentis ſimilitudo ſpeciem quidem beſtie habet · venenum autem non habet · Sic & hic xp̄us a peccato liber · in ſimilitudinem carnis peccati venit · Exaltari autem audiens ſuſpenſionem intelligas in altū · vt ſanctificaret aerē qui ſanctificauerat terram ambulādo in ea · intelligas etiam p exaltationē gloriam · Nam illa crucis altitudo gloria xp̄i facta eſt · In quo enī iudicari voluit · in hoc h⁹ mūdi principem iudicauit · Adā enī iuſte mortuus eſt · quia peccauit · dominus vero iniuſte quia peccatum non fecit · Poſtq̄ ergo iniuſte mortem ſuſtinuit · ſuperauit illum qui eum tradidit morti · & ſic liberauit adam a morte · ſed in hoc deuictum ſe inuenit · Non enim potuit in cruce dominū contriſtare vt crucifigentes odiret · ſed magis diligebat & p eis orabat · Sic igit̃ crux chriſti eius exaltatio & gloria facta eſt · Chriſ. Ideo etiam non dixit · Pendere oportet filium hominis · ſed exaltari · quia honeſtius hoc videbatur · Vnde & propter audientem & propter figuram hoc poſuit · vt diſcas quoniam cognata ſunt vetera nouis · Deinde vt cognoſcas quoniam non inuitus ad paſſionē venit · Et adhuc vt diſcas quoniam multis hinc naſcitur ſalus · August. de baptiſmo paruulorum · Sicut ergo tunc qui cōſpiciebat exaltatum ſerpentem & a veneno ſanabatur & a morte liberabatur · ſic nunc qui conformat̃ ſimilitudini mortis chriſti per fidem baptiſmūq; eius & a peccato per iuſtificationem · & a morte p reſurrectionem liberatur · hoc eſt enī quod ait · vt oīs qui credit in eū nō pereat · ſed habeat vitā eternā · quid ḡ opus eſt vt morti chriſti per baptiſmū conformetur paruulus ſi morſu ſerpentis non eſt omnino venenatus? Chriſ. Attende autem q̄ paſſionem obumbrate poſuit ne ex eius verbis fieret triſtis auditor · Fructum vero paſſionis poſuit manifeſte · Si enī qui credunt in crucifixū non pereunt · multomagis qui crucifixus eſt non perit. Aug. Hoc autē intereſt inter figuratam imaginem & rem ipſam · q̄ illi ſanabantur a morte ad temporalem vitam · Hij autem vt habeant vitam eternam. textus

Sic enim dilexit deus mundum · vt filium ſuum vnigenitum daret · vt omnis qui credit in eum non pereat · ſed habeat vitam eternam · Non enim miſit deus filium ſuum in mundum vt iudicet mūdum · ſed vt ſaluetur mundus per ipſum · Qui credit in eum · non iudicatur · qui autem non credit · iam iudicatus eſt · quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Chriſ. Quia dixerat oportet exaltari filium hoīs in q̄ mortē occulte ſignificauit ne auditor triſtis ab hijs fieret verbis humanum quid de eo ſuſpicans & mortem eius eſtimans nō eē exiſtentiam. hoc ad rectitudinem reducit · filium dei dicens eum qui datur ad mortem · & mortem eius cauſam eſſe vite eterne · Vnde dicit · Sic enim deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigeni tuꝫ daret · vt omnis qui credit in eum · non pereat · ſed habeat vitam eternam · quaſi dicat · Ne mireris quoniam ego debeo exaltari vt vos ſaluemini · etenim & patri hoc videtur qui ita nos dilexit · vt pro ſeruis indeuotis filium dederit · Dicendo autem · Sic deus dilexit mundum · multam indicat amoris intentionem · Multa enim eſt & infinita diſtantia · Qui enim immortalis · qui ſine principio · qui magnitudo infinita · eos qui ſunt ex terra & cinere infinitis plenos peccatis dilexit · Sed & ea que p⁹ hoc ponit · oſtentatiua ſunt magni amoris · Non enī ſeruum non angelum non archangelum dedit · ſed filium ſuum · Rurſus ſi filios plures habuiſſet · & dediſſet vnum · hoc etiam eſſet maximum · Nūc vero filium vnicū dedit · Vnde ſubdit vnigenitum · Hila. ſeptimo de tri. Sed ſi dilectionis hinc fides eſt creaturam creature pſtitiſſe · non facit magni meriti fidem vilis & ſpernenda iactura · Precioſa autem ſunt que commendant charitatem & ingentia ingentibus eſtimantur · Deus diligens mūdum filium non adoptiuum · ſed ſuū & vnigenitū dedit · hinc ꝓprietas eſt · natiuitas ē · veritas eſt · non creatō eſt · nō adoptio eſt · nō falſitas eſt · hinc dilectionis & charitatis fides eſt vt ad mundi ſalutē & filium ſuum & vnigenitū preſtitiſſet · Theo. Videt̃ aūt mihi q̄ ſicut ſuperius dixit · q̄ filius hominis deſcēdit de celo · cū caro de celis nō deſcēderit ſed ꝓpt̃ vnā pſonā in xp̄o q̄ dei ſūt attribuit homini · Sic & nunc econuerſo que ſūt hominis · verbo dei

appropriat. Etenim deus dei filius impaſſibilis mã
ſit. Sed quia vnus erat ſcḋm hypoſtaſim dei fili⸗
us & homo qui paſſionem ſuſtinuit. filius dari di
citur in mortem qui paſſibiliter patiebatur. nõ na
tura propria. ſed carne propria. Eſt autem max⸗
ima vtilitas conſecuta ex huiuſmodi datione mẽ⸗
tem excedens humanam. Sequitᷣ eñ. vt omnis
qui credit in eũ non pereat. ſed habeat vitam eter
nam. Vetus nanqꝫ teſtamẽtum hijs qui ſeruabãt
illud dierum longitudinem promittebat. euange⸗
lium vero eternam & inſolubilem vitam. Aug.
Notandum vero ꝙ eadem de filio dei vnigenito re⸗
plicat. que de filio hominis in cruce exaltato pre⸗
miſerat dicens. vt omnis qui credit in eum. quia
idem redemptor & conditor noſter filius dei ante
ſecula exiſtens. filius hominis factus eſt in fine ſe
culorum vt qui per diuinitatis ſue potentiam nos
creauerat ad pfruendam beatitudinem perhennis vi
te. ipſe p fragilitatem humanitatis noſtre nos re
ſtauraret ad percipiendam quam pdidimus vitã.
Alchuin. Vere aũt per filium dei habebit mũ⸗
dus vitam quia non alia cauſa venit in mundum
niſi vt ſaluet mundũ. Vñ ſequitᷣ. Non eñ miſit
deus filiũ ſuũ in mũdum vt iudicet mũdum. ſ; vt ſaluetᷣ
mũdus p ipſũ. Aug. Quare eñ ſaluator mũdi di
ctus eſt. niſi vt ſaluet mundum? Ergo quantũ in
medico eſt ſanare venit egrotum. Ipſe ſe interimit
qui precepta medici ſeruare non vult aut contẽp
nit. Chriſ. Sed quia hoc dicit. multi pigrorũ
in peccatorum magnitudine & negligentie ſupha
baundancia. dei abutentes miſericordia dicunt.
non eſt gehenna. non eſt ſupplicium. omnia no⸗
bis deus peccata dimittit. Sed conſiderandum
ꝙ duo ſũt chriſti aduentus. qui iam factus eſt &
qui futurus eſt. Et prior quidem factus eſt. non
vt iudicet que facta ſunt a nobis. ſed vt dimittat.
Secundus autẽ non vt dimittat. ſed vt iudicet.
De priori igitᷣ ait. Non veni vt iudicem mundũ.
Quia eñ clemens eſt. non facit iudicium. ſed inte
rim remiſſionem omniũ peccatorꝝ p baptiſmũ pri⸗
mo. & poſtea p penitentiam quia ſi hoc modo nõ fe
ciſſet. vniuerſi ſimul perditi eſſent. Omnes eñ pec
cauerunt & egent gratia dei. Ne igitᷣ aliquis crede
ret ſe impune peccare. ſubdit de pena nõ credentis.
Qui credit in eũ non iudicatᷣ. Qui credit inquit.
non qui inueſtigat. quid igitᷣ ſi immũdam habeat
vitam? maxime quidẽ paulus tales non fideles eſſe
dicit. Confitenter inquit ſe noſſe deum. factis aũt
negant. ſed hoc illud ſignificat quia ſcḋm hoc qui
credit non iudicatur. ſed operum quidem grauio⸗
rem ſuſtinebit penam. infidelitatis autẽ cauſa nõ
torquebitᷣ. Alchui. Vel qui credit in eũ & adhe
ret ei vt membrum capiti. non iudicabitᷣ. Aug.
Quid autẽ dicturum ſperabas de eo qui non credit
niſi ꝙ iudicatᷣ? Sed vide quid dicit. Qui autẽ non
credit. iam iudicatus eſt. Nondum apparuit iudi⸗
cium. ſed iam factum eſt iudicium. Nouit eñ do⸗

minus qui ſunt eius. Nouit qui pmaneant ad coro
nam & qui pmaneant ad flãmam. Chriſ. Aut
hoc dicit quia ipſum diſcredere impenitentẽ ſuppli⸗
cium eſt. Eſſe eñ extra lumen etiam ſcḋm ſe ma⸗
ximum ſuppliciũ eſt. Vel quod futurum eſt pnũ⸗
tiat. Sicut eñ qui occidit hominẽ & ſi nondũ ſen
tentia iudicantis condemnatus ſit. rei tamen natu⸗
ra condemnatus eſt. ita & qui incredulus eſt. ſicut
& adam. qua die comedit de ligno mortuus eſt.
Grego. xxvij. moraliũ. Vel alitᷣ. In extremo
iudicio aliqui non iudicantur & pereunt. de quib
hic dicitur qui non credit iam iudicatus eſt. Non
eñ eorum tunc cauſa diſcutitᷣ. qui a conſpectu di⸗
ſtricti iudicis iã cũ damnatõe ſue infidelitatis ab⸗
ſcedunt. profeſſionem vero fidei retinentes. ſed p⸗
feſſionis opera non habentes. redarguuntᷣ vt pere
ant. Qui vero nec fidei ſacramẽta tenuerunt. incre
pationem iudicis in extrema examinatione non
audiũt. quia pindicati in infidelitatis ſue tenebris
eius quẽ deſpexerant inuectione argui nõ mereñ.
Princeps nanqꝫ terrenam rempublicã regens. ali
ter punit ciuem interius delinquentem. atqꝫ aliter
hoſtẽ exterius rebellantem. In illo iura ſua conſu⸗
lit. contra hoſtẽ vero bella mouet. dignaqꝫ eius ma
licie tormenta retribuit. De malo vero eius quid
lex habeat. non requirit. Neqꝫ eñ lege neceſſe eſt
perimi eũ qui lege nunqꝫ potuit teneri. Alchu.
Quare autem iudicatus eſt qui non credit. cauſam
aſſignat. dicens. Quia non credit in nomine vnige
niti filij dei. In hoc eñ ſolo nomine eſt ſalus. Nõ
habet deus multos filios qui poſſint ſaluare. hunc
habet vnigenitum p quem ſaluat. Aug. de bap
tiſmo paruulorꝝ. Vbi ergo paruulos ponim? baptiza
tos niſi int eos qui crediderũt? hoc eñ eis acquiritᷣ
p virtutẽ ſacramenti & offerentiũ reſponſionẽ. ac
per hoc eos qui baptizati non ſunt. inter eos qui
non crediderunt ſtatuimus. textus

Hoc eſt aũt iudiciũ. quia lux venit in mundũ.
Et dilexerunt homines magis tenebras ꝙ lucem.
Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui
male agit. odit lucem. & nõ venit ad lucẽ. vt non
arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem.
venit ad lucem. vt manifeſtenᷣ opera eius. quia in
deo ſunt facta. Alchuinus. Reddit cauſam qre
non crediderunt & quare iuſte damnanᷣ. dicens.
Hoc eſt autem iudicium. quia lux venit in mũdum
Chriſ. Quaſi diceret. Nunquid ipſi eam queſie⸗
runt vel laborauerunt. vt inuenirent? Ipſa lux ve
nit ad eos nec ei occurrerunt. Vnde ſequitur. Et
dilexerunt homines magis tenebras ꝙ lucem. Ex
hoc modo priuantur homines excuſatione. venit
enim eripere a tenebris & ad lucem ducere. Quis
ergo eius qui non vult ad lucem accedere. miſere
bitur. Beda. Lucem ſeipſum appellat. de qua
ſupra euangeliſta dixit. Erat lux vera. Tene⸗
bras vero appellat peccata. Deinde quia videbatᷣ

multis eſſe credibile quod dictum eſt. Nullus em̄ tenebras p̄honorat luci. ſubdit cauſam quare hec paſſi ſunt dicens. Erant em̄ eorum opera mala. Et ſiquidē in iudicium veniſſet. haberet hoc aliquā rationē. Qui em̄ malorū ſibi conſcius eſt. fugere iudicem conſueuit. Parcenti vero qui deliquerunt occurrunt. Dicens igit̄. erant. eos qui multorum ſibi ipſi erant cōſcij peccatorum. maxime xp̄o ad ignoſcendum venienti occurrere. quod & in multis factum eſt. Etenim publicani & peccatores venientes recumbebant cum iheſu. Quia vero quidam ſunt ita molles ad eos qui pro virtute ſunt labores. vt vſq; ad vltimum velint adherere malitie. In hoꝝ iniuriam ſubdit. Omnis em̄ qui male agit odit lucem. Quod quidem dictū eſt de hijs qui eligunt in malitia manere ¶ Alchu. Quia omnis qui male agit odit lucem id eſt qui eſt in intētione peccandi. cui placet peccatum. odit lucem. que detegit peccatum. ¶ Aug. decimo confeſſionum. Quia em̄ falli nolunt & fallere volunt. amat em̄ eam cū ſe ipſam indicat. & oderunt eam cum eos ipſa indicat. Inde retribuetur eis. vt eos nolentes manifeſtet & eis ipſa non ſit manifeſta. Amant ergo veritatem lucentem. Oderunt eam redarguentē. Vn̄ ſequitur. Et non venit ad lucem vt non arguant̄ opera eius. ¶ Chriſ. Eum em̄ qui in paganiſmo viuit. nullus redarguit q̄a de⁹ tales habet. & digna dogmatibus opera demonſtrat. Qui vero xp̄i ſunt male viuentes. ab omnibus rectis accuſant̄. Si autem gentiles ſunt recte viuētes hec manifeſte nō noui. Nō em̄ mihi dicas eos qui a natura ſūt mites & honeſti. Non em̄ eſt hoc virtus ſed eum dic qui a paſſionibus ſuſtinet violentiam & ſapienter viuit. Sed nō vtiq; habes. Si em̄ regni enūtiatio & gehenne mine & alia tanta documēta vix detinent homines in virtute. nullo horum perſuaſi ꝑtranſibūt virtutē. Si vero hypocryſim fingūt. glorie gratia hec faciūt. Vnde cum potuerint latere non omittent vti malis deſiderijs. Que etiam vtilitas eſt cum aliquis ſobrius ſit. & non rapit. Fit vero vane glorie ſeruus. Hoc em̄ non eſt recte viuere. Inanis em̄ glorie ſeruus. fornicario non minor eſt. Multo em̄ plura & grauiora operatur. Si autem quidam recte ſunt viuentes in gentilib⁹. nō hoc aduerſatur huic ſermoni. quia non frequenter contingit. ſed raro. ¶ Beda. Moraliter etiam illi magis tenebras q̄ꝫ lucem diligunt. qui ſuos predicatores bene docentes odijs & detractionibus inſequuntur. Sequitur. Qui autem facit veritatem. venit ad lucem. vt manifeſtentur opera eius quia in deo ſunt facta. ¶ Chriſo. Non autem de hijs qui ab initio facti ſunt xp̄iani. hoc dicit. ſed tm̄ de hijs qui ex gentibus vel iudeis ad rectam diſponēdi erant fidem. oſtēdit enim quoniam nullus vtiq; eliget in errore viuens ad fidem venire. niſi prius inſcribat ſibijpſi vitam rectam. ¶ Aug. de baptiſmo paruulorum. In deo autē facta dicit opera eius qui venit ad lucem. quia intelligit iuſtificationem ſuam non ad ſua merita. ſed ad dei gratiam pertinere. ¶ Aug. ſup iohā. Sed ſi omnia opera deus mala inuenit. quomodo quidam fecerunt veritatē & venerunt ad lucē. id eſt ad xp̄m. Sed dilexerūt (inquit) ſupra (tenebras magis q̄ꝫ lucē. Ibi poſuit vim. Multi dilexerunt peccata ſua. multi ea cōfeſſi ſunt. Accuſat deus peccata tua ſi & tu accuſes. adiungeris deo oportet vt oderis in te opus tuum. & ames in te opus dei. Initium operum bonoꝝ cōfeſſio eſt opeꝝ malorū. & tunc facis veritatē quia non te palpas. non tibi blandiris. Venis autē ad lucem quia hoc ipſum quod tibi diſplicuit peccatum tuum. nō tibi diſpliceret niſi deus tibi luceret. & eius veritas tibi oſtenderet. Facit autē aliquis veritatem confeſſionis & venit ad lucē in operibus bonis etiam ꝓpter illa que vident̄ minuta eſſe peccata lingue. aut cogitationum. aut immoderationis in rebus conceſſis quoniam minuta plura peccata ſi negligant̄. occidunt. Minute ſunt gutte que flumen implent. Minuta ſūt grana harene. ſed ſi multa harene imponant̄. harena p̄mit atq; opprimit. Hoc facit ſentina neglecta. quod facit fluctus irruens. paulatim p ſentinam intrat. Sed diu intrando. non exhauriēdo mergit nauem. Quid eſt aūt exhaurire. niſi bonis opibus agē ne obruāt peccata. gemēdo. ieiunādo. tribuēdo ignoſcēdo.

¶ Poſt hec venit iheſus & diſcipuli eius in iudeā terram. & illic demorabatur cum eis & baptizabat Erat autem iohannes baptizans in enon iuxta ſalim. quia aque multe erant illic. & veniebant. & baptizabantur. Non dum em̄ miſſus fuerat iohannes in carcerem. Facta eſt ergo queſtio ex diſcipulis iohannis cum iudeis de purificatione & venerunt ad iohannem. & dixerunt ei. Rabbi qui erant tecum trans iordanem cui etiam tu teſtimoniū ꝑhibuiſti. Ecce hic baptizat. & omnes veniunt ad eū

ſui demonſtrationez. ¶ Orige. Dixerat autē ſupra dominus ꝓpter populum qui circumſtat. dixi. vt credant. q2 tu me miſiſti. nullo autem eoꝝ credente hoc dixiſſet. velut aliquis hoim inſcius futurorum Vnde ad hoc remouēdum. ſubditur. multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam. & martham. & viderāt q̄ fecit. crediderūt in eū. Quidam aūt ex ipſis abierūt ad phariſeos. & dixerūt eis q̄ fecit ihs. Cōtinet q̄d ambiguū ſmo p̄ns verꝫ q̄ ierūt ad phariſeos. fuerūt ex illis multi. q̄ crediderāt ꝓponētes cōciliari xp̄o hoſtiliter ſe hn̄tes ad eū. Vel alij a credētib9 irritare volētes inuidū phariſeoꝝ zelū i ip̄m. & videt̄ mihi hoc magis. Euangeliꝫaꝫ exprimere velle. multos eīm dixit q̄ p hoc q̄d viderūt crediderunt veluti paucis exiſtentib9. alijs de q̄bus ſubdit. Quidam autem rē. ¶ Aug9. lxxxiij. queſtionum. Quanq̄ autem ſm euangeliſte hiſtoriam reſuſcitatum lazarū plena fide teneam9 tn̄ in allegoria aliquid ſignificare non dubito. Neq3 cum res facte allegorizant̄. geſte rei fidē amittūt. ¶ Aug9 Sup iohem oīs quidem q̄ peccat. moritur ſed de9 magna miſericordia animas ſuſcitat. ne moriātur in eternum. Intelligimus ergo tres mortuos quos in corporib9 ſuſcitauit. aliquid ſignificare de reſurrectionib9 aīarum. ¶ Greg. iiij. moraliū. puellaꝫ eīm in domo. mulierem extra portaꝫ. In ſepulchro aūt lazaꝝ ſuſcitat. Adhuc quippe in domo mortuus iacet. q̄ iacet in peccato. Jam q̄ſi extra portam ducitur cui9 iniquitas vſq3 ad in verecūdiam publice perpetrationis operatur. ¶ Aug9. Vel intus eſt mors. q2 cogitatū malum nondum ꝓceſſit in factū Si aūt ip̄m malum feciſti. q̄i mortuū extra portā extuliſti. ¶ Greg9. Sepulture vero aggere p̄mitur. qui in perpetratione nequitie vſu conſuetudis preſſus grauat̄. ſed hos plerunq3 diuina gratia reſpectus ſui lumine illuſtrat. ¶ Auguſti. lxxxiij. queſtionū. Vel accipiamus lazaꝝ in monumēto aīam terrenis peccatis obrutam. ¶ Aug9. ſup iohannem. Et tn̄ lazarum dn̄s amabat. ſi eīm peccatores non amaret. de celo ad terras non deſcēderet Bene aūt de illo qui peccare conſueuerat dicit̄ fetet Incipit eīm habere peſſimam famam tanq̄ odorem teterrimum. ¶ Aug. lxxxiij. queſti. Recte etiam dicit q̄driduanus eſt. Vltimum eīm elementorum terra eſt. Significat eīm puteum terrenoꝝ peccatoꝝ id eſt cupiditatum carnalium. ¶ Aug9. ſup iohannez. Fremuit autem dn̄s lachrymauit. voce magna clamauit. quia difficile ſurgit. quez moles cōſuetudinis p̄mit. Turbat ſemetip̄m xp̄s. vt tibi ſignificet. quō tu turbari debeas. cum tanta mole peccati grauaris. & p̄meris. Fides enim hoīs ſibi diſplicentis fremere debet in accuſatione malorum operum vt violentie penitentis cedat cōſuetudo peccandi. Quando dicis illud feci. & pepercit mihi de9 euangelium audiui. & contempſi. Quid facio? iam fremit chriſt9. quia fides fremit. in voce fremētis apparet ſpes reſurgentis. ¶ Greg9. xxij. moraliū

Dicitur autē lazaro. veni foras. vt ab excuſatōne & occultatione pc̄ti ad accuſationem ſuam ore ꝓprio exire ꝓuocet̄. vt qui intra conſcientiam ſuam abſconſus iacet per nequitiam. a ſemetipſo foras exeat per confeſſionem. ¶ Aug9. lxxxiij. queſtio. Q2 autem lazarus exijt de monumento. animam ſignificat recedentez a carnalib9 vitijs. q2 vero inſtitis obuolutus. hoc eſt q2 etiam a carnalib9 recedentes & mente ſeruientes legi dei. adhuc tamen in corpe conſtituti. alieni a moleſtijs carnis eſſe non poſſumus. q2 autez facies eius ſudario tecta erat. hoc eſt q2 in hac vita plenam cognitionem habere nō poſſumus. q2 autez dicit. Soluite eum & ſinite abire hoc eſt q2 poſt hanc vitam auferuntur oīa velamina. vt facie ad faciē videam9. ¶ Aug9. ſup iohēz Vel aliter quādo contemnis. mortu9 iaces. quādo confiteris ꝓcedis. Quid eſt enim procedere. niſi ab occultis velut exeundo manifeſtari. Sed vt confitearis. deus facit. magna voce clamando. i. magna gratia vocando. Mortuus autem ꝓcedens adhuc ligatus eſt. Confitens adhuc reus. vt aūt ſoluerent̄ pc̄ta eius miniſtris hoc dixit. ſoluite eum & ſinite abire. Quod eſt que ſolueritis ſuper terrā erunt ſoluta & in celis. ¶ Alchu. Xp̄us ergo ſuſcitat q̄a interius per ſeip̄m viuificat. Soluūt diſcipuli. q̄a p miniſterium ſacerdotum. abſoluuntur viuificati ¶ Beda. Per eos aūt qui phariſeis annuntiauerūt ſignificant̄. nōnulli. q̄ videtes bona ſuoꝝ dei opera odijs inſequūtur & infamare conant̄. textꝰ

¶ Collegerūt ergo pontifices & phariſei conſilium aduerſus iheſum & dicebant. Quid facimus? q2 hic hō multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic. oēs credent in eum. & venient romani. & tollēt noſtrū locum. & gentem. Vnus autem ex ipſis cayphas nomine. cum eſſet pōtifex anni illius. dixit eis vos neſcitis quicq̄. neq3 cogitatis. q2 expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo. & nō tota gens pereat. Hoc aūt a ſemetipſo nō dixit. ſed cū eſſet pontifex anni illius ꝓphetauit Quia iheſus moriturus erat ꝓ gente. Et non tm̄ ꝓ gente. ſed vt filios dei q̄ erāt diſperſi cōgregaret in vnum. Ab illo g° die cogitauerūt vt interficerēt eū. ¶ Theo. Decebat admirari ac extollē eū q̄ talia pagebat miracula. ipſi vo po]ius cōſiliant̄ illū occidē. vn̄ dicit̄. Collegerunt g°. Pon. & Pha. cōſilium aduerſus ihm̄ & dicebāt quid facim9 ¶ Aug. Nec tn̄ dicebāt. credam9. Plus eīm pditi hoīs cogitabāt quō nocerēt & pderent. q̄ quō ſibi cōſulerent. ne pirēt. & tn̄ timebant & q̄i cōſulebāt. Dicebāt eīm. Quid facim9? q̄a hic hō m̄lta ſigna fac̄. ¶ Chri. Hoīez eū adhuc vocant. q̄ tantā ſuſceperūt ei9 deitatis demōſtracōem. ¶ Orig. Eſt aūt p ea q̄ dicunt̄ ab ipſis. cōſiderare coꝝ inſipietiā & cecitatē. Inſipietiā quippe q2 teſtificabant̄ illū & m̄lta pegiſſe miracl'a. & tn̄ eſtimabant ſe poſſe aduerſus eū emulari. velut nō poſſe p ſe aduerſus eorū emulationes. Cecitatis autē hoc ip̄m erat. ad facientem enim tot miracula ꝑtinebat

vt ſe ab eorum inſidijs eximeret · niſi forte crederēt
ꝙ ſigna fecit · & putabāt ea non fieri diuina v̄tute
Hijquidē igitur deliberabāt nō dimittere ipm̄ · opi
nātes ſe ꝑ hoc eē impedimēto volentib⁹ credere in
eum. & romanis ne eis auferēt terrā & gētem. Vn̄
ſequitur · Si dimittimus eum ſic omnes credent in
eum · & ve · ro · & tol · · lo · no · & gentem. Hoc dicen
tes · populum volunt concutere vt periclitandum
ex ſuſpitōne tirā̄nidis · Quaſi . d. Si romani vide:
rint eum turba ſducētem · ſuſpicabuntur nos in ti
rā̄nidē velle cōſurgere . & deſtruent noſtrā ciuita:
tem · ſed fictio erat · quedicebātur · Quid · n · demon
ſtrabat tale! armigeros circūferebat! & eq̄tatu
ras trahebat! Nōne deſerta pſequebat̄ ! Sed vt nō
putentur ob paſſionem ſuā hoc dicere . totā ciuitatē
periclitari dicūt · ¶ Auguſtinus · Vel timuerunt
ne ſi omnes in chriſtum crederent · nemo remaneret
qui aduerſus romanos ciuitatem dei templumq̄ de
fenderet · quomiā cōtra ipm̄ templum & cōtra ſuas
paternas leges · doctrinam chriſti eē ſenciebant · tē
poralia ergo ꝑdere timuerunt · & vitam eternā non
cogitauerunt · Nam & romani poſt domini paſſionē
& glorificatōnem tulerunt eis · & locum & gentem
expugnādo & trāſferēdo · ¶ Origenes · Sed & ſm̄
anagogem · locum eorum q̄ ex circūcifione ſūt gen
tes occupauerūt q2 per eorum caſū · ſalus gentib⁹
euenit · Loco em̄ genciū romani ponunt̄ ex regnā:
tib⁹ qui regno ſuberāt nū̄cupatis · Gens etiam ab
eis ſublata eſt · q2 q̇ fuit populus dei · factus eſt nō
populus · ¶ Chriſoſtom⁹ · Cum aūt illi heſitabāt
& in ordine cōſilij ꝓponebant dicentes · quid facim⁹
vnus inverecūde & cum crudelitate clamauit · Vn̄
ſequitur . Vnus aūt ex ipis Cayphas nomine cū
eēt pont · anni illius . ¶ Auguſtin⁹ . Mouere poteſt
quomō dicatur pontifex anni illius · cū dominus
cōſtituerit vnum ſūmū ſacerdotē · cui mortuo vn⁹
ſuccederet · Sz intelligēdū eſt per ambitōes & cōte
tōnes inter iudeos poſtea cōſtitutū eē plures fore
pontifices . q̇ ꝑ annos ſingulos vicib⁹ miniſtrarēt ·
& forte etiam in vnum annū plures adminiſtrabāt
quib⁹ alio anno alij ſuccedebāt . ¶ Alchuin⁹ · Nam
de hoc caypha ioſephus refert ꝙ ꝓcio ſibi ſacerdo:
cium vnius anni redemerit · ¶ Origenes . Increpa
tur autē cayphe ꝑuitas in hoc quod dicitur · ponti
fex anni illius · quo ſcz noſter ſaluator exēcuit mi:
ſterium paſſionis · Et tamen cū eēt pontifex anni
illius · dixit eis · Vos neſcitis quicq̄ · neq̄ cogita:
tis · quia expedit vobis · vt vnus moriatur homo ꝓ
populo · & nō tota gēs pereat · Quaſi · d · vos ſedetis
& adhuc ſegnius rem attenditis . ſed attendatis
vnius hominis ſalutem ꝓ cōmuni republica opor:
tere cōtemnere . ¶ Theophilus · Hoc autem ipſe q̄:
dē praua dixit intentōe · tamen ſpiritus ſācti gracia
ore eius vſa eſt ad futuri preſagiū. vnde ſubditur ·
Hoc at̄ a ſemetipō n̄ dixit · ſed cū eēt pon · anni illi⁹
ꝓphetauit . quia iheſus moriturus erat ꝓ gente .
¶ Origenes · Non quicūq̄ ꝓphetizat ꝓpheta eſt ·

ſicut non quicūq̄ iuſ ꝓſequit̄ iuſtus eſt . Sicut q̇
facit aliq̄d opus ꝓpter humanā gloriā . Cayphas
ergo ꝓphetauit quidē · nec tn̄ erat ꝓpheta · ſic & bala
am · Audebit aūt q̄s dicere ꝙ non ꝑ ſpiritū ſāctum
caiphas ꝓphetauerit . quia etiam ſpiritus maligni
eſt atteſtari iheſu & ꝓphetare ꝓ eo · Juxta illō qu
od dicitur · Nouimus te ꝙ ſis ſāctus dei · nam eius
intentōnis eſt . non fideles auditores efficere · ſed in
citare in pretorio cōſidētes aduerſus iheſū · vt eum
perimerent · deinde ꝙ dicit . expedit vobis ꝙ pars
eius ꝓphecie fuit · dicit verū vel mentitur · Nam ſi
verum dicit · ſaluantur hij qui in ꝑterito aduerſus
iheſum nitūtur . mortuo iheſu ꝓ populo & ꝑtingūt
ad id quod expedit . Quod ſi incōueniens eſt mani:
feſtū eſt ꝙ nō fuit ſpiritus ſāctus q̇ dedit hec ꝓferri
quia ſpiritus ſāctus non mentitur . Si aūt quis
velit veridicū & in hoc eē cayphā · cōuertetur illo
ꝙ gracia dei ꝓ omnib⁹ guſtet mortem & ꝙ eſt ſal:
uator omnium hominum · maxime fidelium · fatebi
tur etiam cuncta que ſunt in hoc loco · ꝓpheciam eē
veridicam · Incipiendo ab illo · Vos nihil ſcitis ·
Nihil enim nouerant qui iheſum ignorabant eē ve:
ritatem · ſapīciam · iuſticiam & pacem · Et ꝙ ipis q̄
ꝙ erat expediens · vt hic vnus inq̄ntum eſt homo ·
moriatur pro populo · Non em̄ inq̄ntum eſt imago
inuiſibilis dei eſt ſuſceptibilis mortis . Pro populo
autē obijt · velut potēs tocius orbis culpā īſeipſ3 re
torq̄ēs diſſipare ac delere . Ex hoc vero quod dici
tur · Hoc autem a ſemetipō non dixit . docemur ꝙ
aliqua nos homines per nos dicimus · nulla inducē
te virtute ad proferendum · Quedam vero ſuadente
nobis quadam virtute . & ſi non integre exprima:
mus · & ſic cōſequenter diſponamur ad ea inſectan
tes ea que dicimus . ſed nō intentōnē dictorū velut ·
cayphas ex ſe nihil protulit · nec dixit intentōnem
quia ꝓpheciam dicti non accipiebat . Sed etiam
apud paulū quidā legis ꝑiti ſūt nō ītelligētes nec
ea que ꝓferuntur · ¶ Augu · Hic docemur etiā ho:
miēs malos ꝓphecie ſpiritu futura ꝑdicere · qō tamē
euāgeliſta diuino atribuit ſacmēto q2 pontifex fuit
id eſt ſūm⁹ ſacerdos . ¶ Chriſ · Vide at̄ q̄nta ſpūs
ſācti v̄tus eſt · a mēte ei mala · valuit verba ꝓferre
ꝓphetie . Vide etiā quāta ē pontificalis v̄tus pote:
ſtatis . Pōtifex eī effect⁹ & ſi indignus exiſtēs .
ꝓphetauit neſciens quid diceret · ore em̄ ſolum vſa
eſt gracia cōtaminatū autē cor non tetegit . ¶ Au:
guſtinus · Cayphas igitur de ſola gente iudeorum
ꝓphetauit · in qua erant oues de qui h⁹ ait ipſe domi
nus . Non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt do
mus iſrahel . ſed nouerat euangeliſta alias eē oues
que non erant de hoc ouili quas oportebat adduci ·
& ideo addidit · & non tantum pro gente · ſed vt fi
lios dei qui erant diſperſi congregaret in vnum ·
Hec autem ſm̄ predeſtinatōnem dicta ſunt . Nam
neq̄ oues eius · neq̄ filij dei adhuc erant · ¶ Grego:
rius · vj mora · Perſecutores igitur peregerunt hoc
quod perniciōſe moliti ſunt · intulerunt mortem vt

ab eo abſcinderent fidelium deuotõnem · Sed fides
inde creuit · vnde ſe hanc extinguere infidelium cru
delitas credidit · Non em̄ ad pietatis ſue obſequium
redegit · quod cõtra illum humana crudelitas extor
ſit · ¶ Origenes · Concitati aũt ad iram ex verbis
cayphe · taxauerunt · vt occiderent dominũ · Vnde
ſequitur · Ab illo ergo die cogitauer̃t vt interficerẽt
eũ · Et q̃dẽ ſi nõ ſpiritu ſãcto cypha ꝓphetauerat ·
ali⁹ ſpiritus fuit qui valuit & ꝑ impium loq̃ · & ſi-
bi cõpares aduerſus chriſtũ incitare · Qui aũt vult
reſpõdere ꝑ ſpiritu ſãcto · dicet ꝙ ſicut ſacrarũ intẽ
tõnẽ ſcripturarũ ad vtilitatẽ ꝓlatam · aliqui praue
ſuſcipiunt ad cõſtituẽdã enormẽ diſciplinã · ſic edi
tam ꝓ ſaluatore ꝓpheciam veridicam · nõ debito mo
do ꝑcipiẽtes cõſiliati ſunt · vt interficerent chriſtum ·
¶ Chriſoſtomus · Querebant q̃dẽ p̃us & eum interfi
cere · nũc & ſentenciam firmauerũt. textus

¶ Ihesus ergo iam non in palã ambulabat apd̓ iu
deos · ſed abijt in regionẽ iuxta deſertũ in ciuitatẽ
que dicitur effrem · & ibi morabat̃ cum diſcipulis
ſuis · Proximũ autẽ erat paſcha iudeoꝝ · & aſcẽde-
runt multi hieroſolimam de regiõe ante paſcha vt
ſãctificarent ſeip̃os · Querebant ergo ihesũ & collo
quebant̃ adinuicem ĩ templo ſtãtes · Quid putatis
q̃ non venit ad diem feſtũ ? Dederãt em̄ ponti-
fices & phariſei mãdatũ · vt ſiquis cognouerit vbi
ſit · indicet · vt apprehẽdãt eum · ¶ Origenes · Cum
cõſiliũ cõgregauer̃t pontifices & phariſei vt occide
rent ihesũ · ip̃e cautius ſe obſeruans · non vltra cum
fiducia cõuerſabat̃ cũ iudeis · Sed neq3 ad aliã ciui
tatem abijt populatã · ſed ad quãdã remotã · Vnde
dicitur · Ihesus ergo iam non ĩ palã ãbulabat apd̓
iudeos · ſed abijt in regionẽ iuxta deſertũ in ciuita-
tem que dicitur effrem · ¶ Auguſtin⁹ · Non quia
potẽcia eius defecerat · in qua ſi vellet · palã cum iu-
deis cõuerſaret̃ · & nihil ei facerent · Sed exemplũ
diſcipulis demonſtrauit · quo appareret non eẽ pec-
catũ · ſi fideles eius oculis pſeq̃nciũ ſe ſubtraherent
& furorem ſceleratoꝝ latendo pocius euitarẽt q̃ ſe
oſtẽdẽdo magis accẽderent · ¶ Origenes · Honeſtũ
namq3 eſt imminente agone cõfitẽdi ihesũ · non eui
tare cõfeſſionẽ · nec recuſare ſubire mortem gracia
veritatis · nec minus honeſtũ eſt non tradere occa-
ſionem tante tẽptatõni · non ſolũ ꝓpt̃ certitudinem
euentus ꝓpꝫ · ſed ne nos occaſionem preſtemus vt
alij magis impij ac noxij fiãt · Nã ſi q̃s factus erga
queq̃ materia criminis luet penas · quodãmõ perſe
cutorem non declinans · nõ etiã de pſequẽtis delicto
dabit reſpõſũ · Nõ ſolus aũt dominus illic iuit · im-
mo vt nullam daret cauſã perquirẽtib9 eũ diſcipu-
los etiam ſecum duxit · Vnde ſequit̃ · Et ibi mora
bat̃ cũ diſcipulis ſuis · ¶ Chriſoſtomus · Qualiter
putas turbatos diſcipulos humane vidẽtes eũ ſal-
uatũ ! Ipſi autem quãdo omnes letabantur · & feſtũ
celebrãt · tunc occultant̃ · & in ꝑiculis ſunt · Sed
tamen ꝑmanebãt · cũ eo ſcḋm illud · Vos eſtis qui ꝑ

manſiſtis mecum in temtatõnib9 meis · ¶ Origenes
Quo ad anagogiam vero dicatur ꝙ ihesus dudum
cũ fiducia ambulabat int̃ iudeos · cũ verbũ diuinũ
ꝑ ꝓphetas in ip̃is cõuerſabatur · ſed abijt illuc · nec
ẽ v̓bũ dei int̃ iudeos · Acceſſit aũt ad villam que ẽ
ꝓpe deſertũ · De qua dicitur · Multi filij deſerte
magis q̃ eius que habet virũ · Villa autẽ dicit̃ effrem · que ĩ-
terp̃tat̃ fertilitas · Fuit aũt effraim frat̃ manaſſe
ſemoris populi obliuioni traditi · Poſt populum ei
obliuioni datũ pret̃miſſum prodijt ex gentib9 abũ
dancia · Diſcedẽs ergo a iudeis domin⁹ · venit in trã
tocius orbis ꝓpe deſertam eccleſiam que dicit̃ ciui
tas fecunda · & ibi morat̃ cũ diſcipulis vſq3 nunc.
¶ Auguſtinus · Ille aũt qui de celo venerat pati ·
ꝓpinquare voluit loco paſſionis · q̃ imminebat hora
paſſionis vnde ſequit̃ · Proximum aũt erat paſcha
iudeoꝝ · Habebant · iudei paſcha in vmbra · nos in
luce · Sanguine occiſi pecoris iudeoꝝ poſtes ſignati
ſunt · ſãguĩe chriſti frontes noſtre ſignãt̃ · illum diẽ
feſtum iudei cruentũ habere domini ſãguine volue-
runt · illo die feſto occiſus eſt agnus qui eundẽ diẽ
feſtum ſuo ſãguine cõſecrauit · Mandatum aũt erat
in lege iudeis · vt die feſto quo paſcha erat · omnes
vndiq3 cõuenirent · & illius diei celebratõne ſãcti-
ficarentur · Vnde ſequitur · Et aſcenderunt multi
hiero · de regione añ paſcha vt ſãctificarent ſeip̃os
¶ Theophil⁹ · Aſcenderunt autem ante paſcha vt
purgarẽt quoniam quicumq3 peccauerãt inuiti vel
ſpõtanei · paſcha nõ celebrabãt · niſi p̃us expiarẽt̃ ·
vt moris erat · balneatõnib9 & ieiunijs ac raſura q̃n
etiam quaſdam deputatas oblatões offerendo · hij
ergo expiatõem celebrãtes · inſidiant̃ domino · Vñ
ſequit̃ · Querebant ergo ihesũ & colloquebant̃ ad-
inuicem in templo ſtantes · quid putatis quia non
venit ad diẽ feſtũ · ¶ Chriſoſtomus · Inſidiabant̃
ei · & tempus feſti · tempus faciebant occiſionis ·
¶ Origne · Et ꝓpter hoc non dixit paſcha domini
ſed iudeoꝝ · nam ſaluator in illo paciebat̃ inſidias
¶ Alchuinus · Illi ergo querebant ihesũ non bene
Nos aũt queram⁹ eũ ſtantes in templo dei · mutuo
nos conſolando & exorãdo vt veniat ad diem feſtũ
noſtrum & ſua preſencia nos ſãctificet · ¶ Theo.
Sed ſi talia ſolum vulgus perageret · videret̃ vtiq3
paſſio ex imperitia progredi · ſed etiam phariſei p̃ci
piunt vt capiatur · Vnde ſequitur · Dederant enim
pontifices & phariſei mandatum vt ſi quis cogno
uerit vbi ſit indicet · vt apprehendant eum · ¶ Ori-
genes · Et attende ꝙ ignorabant · vbi eſt · oſtẽſum
eſt enim eum diſceſſiſſe · Dices etiam quoniã inſidi
antes ihesum ignorabãt · vbi ſit · ꝓpt̃ q̃d̓ dederãt alia
q̃ diuina mãdata docẽtes diſciplinas & mãdata ho
minum · ¶ Auguſtinus · Nos autem indicemus
modo iudeis vbi ſit vtinam velint audire & appre
hendere ·

¶ Capitulum · xij ·

IEſus ergo ante ſex dies paſche.
venit in bethaniam. vbi fuerat la-
zarus mortuus. quē ſuſcitauit ihe
ſus. Fecerunt autē ei cenā. & ibi
Martha miniſtrabat. lazarꝰ vero
vnus erat ex diſcūbētibꝰ cum eo.
Maria accepit libram vnguenti nardi piſtici p̄cioſi
& vnxit pedes iheſu & extersit capillis ſuis pedes
eius. & domus impleta eſt ex odore vnguēti. Dicit
ergo vnus ex diſcipulis ſuis iudas ſcariothis. qui
erat eū traditurꝰ. Quare hoc vngētū nō vēdit᷑. ccc.
denarijs? & datū ē egenis? dixit aūt hoc. nō quia de
egenis ꝑtinebat ad eū. ſed q᷑ fur erat. & loculos ha
bēs. ea que mittebāt᷑ portabat. dixit ergo iheſus.
Sinite illā. vt in diē ſepulture mee ſeruet illd̄. pau
peres eñ ſemꝑ habetis vobiſcū. me aūt nō ſemꝑ ha
bebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis ꝙ
illic eēt. & venerūt. nō ꝓpt᷑ iheſū tm̄. ſed vt lazarum
viderent. quē ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerūt aūt
p̄ncipes ſacerdotū vt lazarū interficerēt q᷑ multi ꝓpt᷑
illū abibāt ex iudeis. & credebāt ī iheſū. Alch.
aꝓpinquāte tēpe in quo dn̄s pati diſpoſuit. aꝓpinq̄-
uit ipē loco in quo eiuſdē paſſionis diſpēſatōnē ꝑfi-
cere voluit. Vn̄ dicit᷑. Iheſus ergo añ ſex dies pa-
ſche venit in bethaniā. Primo venit in bethaniam
deinde hieroſolimā. In hieroſolimā quidē vt ibi pa
teret᷑. ī bethaniā vero vt reſuſcitatō lazari memorie
oīm arciꝰ imp̄meret᷑. Vnde ſubdit᷑. vbi fuerat laza
rꝰ mortuꝰ. quē ſuſcitauit iheſus. Theo. Decima
aūt die mēſis agnū iudei capiūt immolādū ī feſto
paſche. extūc ei feſtiuitatis p̄libāt ſollemnia q̄ ꝓpt᷑ ī
die q̄ ē nona mēſis & p̄cedit ſextū diem añ paſcha.
epulāt᷑ ſplēdide. & exordiū feſti hāc diē cōſtituūt.
q̄ fit vt iheſus ꝗ̄ ꝑgēs bethaniā cōuiuaret᷑. Vnde
ſeq̄t᷑. Fecerūt aūt ei cenā. & ibi martha miniſtrabat
per hoc aūt qd̄ dixit ꝙ martha miniſtrabat inſinuat
ꝙ in illius domo erat cōuiuiū. Sed attēde mulieris
fidelitatē. nō ei famulabꝰ impōit miniſteriū. ſ; ipſa
met ſuſcipit. Innuere aūt volēs euāgeliſta vere re-
ſurrectiōis lazari ſignū. ſubdit. Lazarus vero vnus
erat ex diſcūbētibꝰ cū eo. Augu. Viuebat. loque
bat᷑. epulabat᷑. veritas oſtēdebatur. infidelitatis iu
deoꝝ cōfundebatur. Chriſ. Maria aūt ñ faciebat
cōmūem famulatū. ſed ad ſolū dn̄m cōſtituit hono
rē. & nō vt ad hoiez accedit. ſ; vt ad deū. Vn̄ ſeq̄t᷑
Maria g̊ accepit librā vnguēti nardi piſtici p̄cio
& vnxit pedes iheſu. & extersit capillis ſuis pedes
eius. Auguſtinus. Quod ait piſtici locum ali
quem credere debemus. Vnde erat hoc vnguētū p̄cō
ſū. Alch. Vel piſtici. i. fidelis nec extraneis ſpe
ciebꝰ adulterati. Hec ē illa mulier q̄ quōdā pecca-
trix in domo ſimōis venit ad dn̄m cū alabaſtro vn-
guenti. Augu. de cō euā. Quod aūt hoc ī bethania
rurſus fecit. aliud ē qd̄ ad luce narratōez nō ꝑtinet
ſed parit᷑ narrat᷑ a tribꝰ iohanne. ſcȝ matheo & mā
co. Q᷑ ergo matheꝰ & marcus caput dn̄i vnguēto
illo perfuſum dicūt. Johannes autem pedes. non
ſolum capud. ſed & pedes domini accipiamus.
perfudiſſe mulierem. matheus etiā & marcus reca
pitulādo ad illū diē redeūt in bethaniā qui erat āte
ſex dies paſche. & narrant qđ iohannes de cena &
vnguēto. Sequitur. Et domus impleta ē ex odore
vnguēti. Augu. ſuꝑ Jo. Ad apoſtolū reuoca in-
tentōem qui dicit. Alijs ſumꝰ odor vite ad vitam.
alijs ſumꝰ odor mortis ad mortez. deniq; audies hic
ex vnguēto iſto. quō erat alijs odor bonꝰ in vitam
alijs odor bonus in mortē. vnde ſequit᷑. Dicebat g̊
vnꝰ ex diſcipulis ſuis iudas ſcariothis qui erat eū
traditurus. Quare hoc vn. non ve. ccc. dena. & datū
eſt egenis. Auguſt. de. con. euan. Quod alij di
cūt diſcipulos murmuraſſe de vnguenti p̄cioſi effu
ſione. Johannes aūt iudam cōmemorat. puto diſci
puloꝝ nomine iudam ſignificatū. plurali numero
pro ſingulari vſurpato. Poteſt etiā ītelligi ꝙ alij
diſcipuli aut ſenſerint hoc aut dixerint. aut eis iu
da dicente pſuaſū ſit. atq; omnium voluntatē ma-
theus & marcus verbis etiam expreſſerunt. Sed
iudas ꝓpterea dixerit. q᷑ fur erat. ceteri ꝓpt᷑ pauꝑm̄
curā. Johānē vero de ſolo illo id cōmēorat voluiſſe.
cuius ex hac occaſione furādi conſuetudinem credi-
dit intimandam. Nam ſequitur. Dixit autem hoc
non quia de egenis pertinebat ad eum. ſed quia fur
erat & loculos habēs ea q̄ mittebāt᷑ portabat. Al
chuinus. Portabat miniſterio. exportabat furto.
Non tunc perijt iudas qn̄ accepit a iudeis pecuniaȝ
vt dominum traderet. Iam fur erat. dominum per-
ditus ſequebatur non corde. ſed corpore. Voluit
autem per hoc dominꝰ admonere vt malos tollere-
mus ne corpus chriſti diuidamus. Qui aliquid de
eccleſia furatur. iude perdito compatur. tolera malū
bonus. vt venias ad premium bonorum ne mitta-
ris in penam malorum. Exemplum domini accipi-
te conuerſantis in terra. Quare habuit loculos cui ā
geli miniſtrabant. niſi quia eccleſia ipſius locu-
los habitura erat? Quare fures admiſit. niſi vt eius
eccleſia fures. dum patitur tolleraret? ſed ille qui cō
ſueuerat de loculis peccuniam tollere. non dubita-
uit accepta peccunia ipſū dominū vendere. Chri
ſoſtomus. Ideo etiam ei furi exiſtenti loculos cōmi
ſit pauperum. vt omnem abſcinderet occaſionem.
Non enim habuit dicere qm̄ ꝓpt᷑ pecuniarum deſi-
derium hoc fecit. etenim ſufficientē habebat ex locu
lo concupiſcencie mitigatōnem. Theophilus.
Quidam vero adminiſtratōnem pecunie ſuſcepiſſe
iudam fatentur. tanq̄ minimum omnium. Nā pe-
cunie adminiſtratō doctrine adminiſtratōne inferi
or eſt ſm qd̄ dicūt apoſtoli ī actibꝰ. Non eſt equū
nos derelinquere verbum dei & miniſtrare menſis.
Chriſ. Chriſtus. autē multa cōdeſcēſiōe ad iudam
vtēs ñ īcrepauit eū ſubripiētē. ſ; cōmunē ītulit ex-
cuſatōz. Nā ſeq̄t᷑. Dixit g̊ iheſus. ſinite illam. vt ī
diem ſepulture mee ſeruet illud. Alchui. Signi
ficat ſe moriturū & ad ſepeliēdū aromatibꝰ eē vngu
ēdū. Ideo marie cui ad vnctionem mortui corporis

mltū de ſiderāti · peruenire ñ liceret · donatū ſit · viueti adbuc impēdere obſeqū · qd p⁹ morte celeri reſurrectōez pueta neqret ¶ Chri · Rurſus etiā ꝓpt̄ p̄ditore rememoratus ē ſepulture · ac ſi d · grauis ſū tibi & onerosus · ſed expecta parū & abibo · Et hoc oſtēdit cū ſubdit pauperes em̄ ſemp habetis vobiſcum · me aūt nō ſemp habebitis · ¶ Augu · Loqbat̄ de preſencia corporis ſui · Nā ſm maieſtatē ſuā · ſm pūidēciā · ſm ineffabilē & inuiſibilē gr̄iā implet̄ qd ab eo dictum eſt · Ecce ego vobiſcū ſū vſq3 ad cōſumatōnē ſeculi · Vel aliť · In inde pſōa ſignificati ſūt in eccleſia mali · Si ei bon⁹ es · habes chriſtū & in pſenti p fidē & ſacmetum · & habebis ſemp · qr cū hinc exieris · ad illū venies · qui dixit latroni · Hodie mecū eris i paradiſo · Si at̄ male vſaris · videris habere i pſenti chriſtū · qr baptizaris baptiſmo xp̄i accedis ad altare chriſti · Sed male viuēdo nō ſemper habebis · Nō at̄ dixit habes · ſ͂ habebis · qr vnus malus corpus maloꝝ ſignificat · Seqť · Cognouit ḡ turba multa ex iudeis qr illic eēt · & venerunt non ꝓpt̄ iheſū tm̄ · ſed vt lazarū viderēt quē ſuſcitauit a mortuis · Curioſitas eos adduxit non caritas · ¶ Theo · Viſores · n · ſuſcitati fieri cupiebāt · expectātes etiā de inferis aliqd lazaro referēte ꝑpedere · ¶ Augu · Quia vero tm̄ miraculū dn̄i tāta erat euidēcia diffamatū · vt nō poſſent vel occultare qd factū eſt · vel negare · cogitauerūt vt lazaꝝ interficerent · Vnde ſeqť · Cogitauerūt at̄ pncipes ſacerdotū vt & lazaꝝ interficerēt · qr multi ꝓpt̄ illū abibāt ex iudeis & cre · in iheſū · O ceca ſeuicia q̄ſi dn̄s ſuſcitare potuit mortuū & nō poſſit occiſum ! Ecce vtrūq3 dn̄s fecit & laſaꝝ mortuū · & ſeipm̄ ſuſcitauit occiſum · ¶ Chri · Nullū aūt miraculū chriſti eos ita furere fecit · hoc em̄ mirabilius erat · & corā multis factum eſt · & erat inopinabile mortuū q̄driduanū videre ambulātē & loquētē · Aliter etiā illi i alijs putabāt criminari ſabbati ſolutōnē · & hac via abducere turbas · hic at̄ qr a nullo habebāt cōqri cōtra iheſū · aduerſus lazarū faciūt conatū · itaq3 & i ceco hoc feciſſent · niſi haberēt accuſatōnē de ſabbato · Aliť aūt Ille quidē ignobilis erat · & eiecerāt eū de tēplo · hoc etiam eos mordebat q̄ feſtiuitatē inſtātē omes dimittētes bethaniā veiebāt · ¶ Alch · Miſtice aūt q̄ an̄ ſex dies venit bethaniā · ſignificat q̄ ille q̄ ſex diebꝫ oīa fecerat · & ſexto die hoīez creauit ipſe ſexta mūdi etate · ſexta feria · ſexta hora rediēre mūdū venerat · Cena at̄ dn̄ica · fides ē eccleſie q̄ p dilectionē operat̄ · Martha miniſtrat · ē fidelis aīa opa ſue deuotōis dn̄o īpēdit · Lazar⁹ vn⁹ erat ex diſcūbētibꝫ · cū hijs q̄ poſt peccatoꝝ mortē reſuſcitati ſunt ad iuſticiā vna cū eis q̄ i ſua ꝑmāſerūt iuſticia · de pſencia veritatis exultāt · & celeſtis gr̄cie mūeribꝫ alūť · Et bn̄ in bethania celebrať q̄ inťptať domus obedīecie · nā eccleſia ē obedīecie dom⁹ · ¶ Augu · Vnguētū at̄ quo maria vnxit pedes iheſu iuſticia fuit · Ideo libra fuit · Erat aūt vnguētū nardi piſtici pcioſi · piſtis grece fides diciť · Querebas operari

iuſticiā ! Iuſtus ex fide viuit · Vnge pedes iheſu bene viuēdo · dominica ſectare veſtigia · Capillis tege · ſi habes ſupflua da pauperibꝫ · & domini pedes terſiſti · Capilli enim ſupflua corporis videntur · ¶ Alch · Et notādū q̄ pmo tm̄ pedes vnxerat · hic aūt pedes & caput vnxit · Ibi rudimēta pēitēcium hic iuſticia pfectaꝝ deſignať aīaꝝ · per caput em̄ domini ſublimitas diuinitatis · per pedes humilitas · incarnatōnis exprimiť · vel per caput ipe chriſtus per pedes paupes q̄ ſūt mēbra eius · ¶ Augu · Domus aūt repleta ē odore mundus impletus eſt bona fama · textus

¶ In craſtinum aūt turba multa q̄ cōuenerat ad diē feſtū cū audiſſet qr venit iheſus hieroſolimā · acceperunt ramos palmaꝝ & ꝓceſſerūt obuiā ei & clamabāt · Oſanna · benedictus qui venit in noīe dn̄i rex iſrahel · Et inuenit iheſus aſellū & ſedit ſup eū ſic̄ ſcriptū eſt · Noli timere filia ſion ecce rex tu⁹ venit tibi ſedēs ſup pullū aſine · Hec nō cognouerunt diſcipuli eius pmū · ſed qn̄ glorificatus ē iheſus · Tunc recordati ſūt · qr hec erāt ſcripta de eo & hec fecerūt ei · Teſtimoniū ḡ phibebat turba que cū eo erat · qn̄ vocauit lazarū de monumēto · & ſuſcitauit eum a mortuis · ꝓpterea & obuiā venit ei turba qr audierūt eū feciſſe hoc ſignū · Pharisei aūt dicebāt ad ſemetipos · videtis qr nihil pficim⁹ · Ecce mūd⁹ totus poſt eū abijt · ¶ Chriſoſto · Preceptū legis erat vt decima luna pmi mēſis agnus ſiue hedus i domo redcluderet̄ vſq3 ad q̄rtamdecimā lunā eiuſdē menſis · qn̄ ad veſperam immolabať · vnde & verus agnus ex omni grege ſine macula electus · ꝓ populi ſanctificatōne immolādus · ātē quinq3 dies · ideſt decima luna hieroſolimam aſcendit · ¶ Auguſtin⁹ Quantus autem fructus apparuerit predicatōis ei⁹ & quātus grex ouium ex hijs que perierant dom⁹ iſrahel vocem paſtoris audierit · intēdendum eſt ex eo quod dicitur · In craſtinū at̄ turba multa · q̄ cōuenerat ad diem feſtum cū audiſſet quia venit iheſus hieroſolimā · accepērūt ramos palmaꝝ · Rami palmarum laudes ſunt · ſignificātes victoriam qua erat domin⁹ mortem moriendo ſupaturus · & tropheo crucis de diabolo mortis pncipe triumphaturus · ¶ Chriſoſtomus · Oſtendebant autem quoniam de reliquo maiorem q̄ de ꝓpheta opinionem habebant de eo · vnde ſequitur · Et ꝓceſſē · ob · ei & cla · oſanna benedictus qui venit in nomine domini rex iſrahel · ¶ Aug · Oſanna vox eſt obſecrātis · magis affectū indicans q̄ rem aliquam ſignificans · ſicut ſūt in lingua latina · quas interiectiones vocant · ¶ Beda · Eſt at̄ compoſitū ex corrupto & ītegro · oſi em̄ ſalua · anna obſecrātis ē interiectio · oſi ḡ corruptū · anna ē ītegrū · benedictus at̄ qui venit i noīe domi · ſic pocius accipiēdū ē · vt in nomine domini · i noīe dei pr̄is intelligať · q̄uis poſſit intelligi etiam in nomine ſuo qr & ipſe dominus ē · Sed vba eius meli⁹ noſtꝝ dirigunt intellectum · Ego veni in nomine patris mei · non vtiq3 amittit diuinitatem · qn̄ nos

docet humilitatē. ¶ Chri. Hoc ē etiā q̇d maxime
coegit credere in christū oēs. qm̄ nō ē deo cōtrariꝰ
& hoc maxime erigebat plebē ꝙ ipſe dicebat ſe a
patre veniſſe. Ex hijs ergo verbis colligimꝰ ꝙ deꝰ
eſt. Nam oſāna ſaluos fac interp̄tat̄. ſalutē autem
ſoli deo ſcriptura attribuit. Deinde quia vere ē deꝰ
quia venit inquiunt. nō qui ducit̄. Hoc. n. ſeruile
eſt quodāmō. illud vero dominicū. Qꝫ etiam dicūt
in nomine domini. illud idē erga ip̄m ꝓtēdit. Non
em̄ in nomine ſerui. ſed domini dicūt illū venire.
¶ Auguſtinꝰ. Quid aūt magnū fuit regi ſeculoꝝ
regem fieri hominū? Non em̄ rex iſrahel christus
ad erigēdū tributū vel ferro exercitū armādum. ſed
rex iſrahel ꝙ mētes regat. ꝙ ī regnū celoꝝ ꝑducat
ꝙ ergo rex eē voluit iſrahel. dignatō ē. nō ꝓmocio.
miſeratōis indiciū. nō ꝑtātis augmētū. qui em̄ ap-
pellatus eſt in terra rex iudeoꝝ. in celis ē dominus
āgeloꝝ. ¶ Theo. Judei aūt regē iſrahel ip̄m nūcu
pabant. q̄ſi ſenſibilē regē ſomniātes. Expectabāt
namqꝫ exurgere quēdam in regem maiorem ꝙ̄ ſm
humanā naturā. ſaluatuꝝ eos a romoāꝝ iuriſditōe
Quō aūt dominꝰ venerit. oſtēdit euāgeliſta ſubdēs.
Et inuenit ihesus aſellū & ſedit ſup eū. ¶ Augu
ſtinus. Hoc breuit̄ dictū ē. Nā quēadmodū ſit fact
um apud alios euāgeliſtas pleniſſime legit̄. pullū
aūt aſine ī quo nemo ſederat. hoc eī apud alios euā
geliſtas īuenit̄. ītelligimus populū gēciū. q̇ legeꝫ
domini nō accepat. aſinā vero. qꝛ vtrūqꝫ domino ad
ductū eſt. plebē eiꝰ que veniebat ex populo iſrahel
¶ Chriſoſto. Fecit g̊ hoc ꝓphetice aliq̇d figurās.
qm̄ videlicet ī mūdū gēciū populum debebat ſubie-
ctū habere & ꝓphecia quādā implēs. ¶ Auguſti-
nꝰ. Adhibet̄ at huic facto ꝓpheticū teſtimoniū vt
appareret. qm̄ maligni ꝑ̄ncipes iudeoꝝ eū nō intel
ligebant in quo implebāt̄ que legebāt. Vnde ſeq-
tur. Sicut ſcriptū eſt. Noli timere filia ſion. ecce
rex tuꝰ vēit tibi ſedēs ſup pullū aſine. In illo popu
lo erat filia ſion. ipſa eſt hieruſalē que ſion. cui dici
tur. Noli timē. illū agnoſce. qui a te laudat̄. & no
li trepidare cū patitur. quia ille ſanguis funditur.
ꝑ quē tuum delictum deleat̄. & vita redimatur.
¶ Chriſ. Vel alit̄. qꝛ reges eoꝝ īiuſti fuerāt & eos
obnoxios bellis faciebāt cōſide ait. hic nō talis. ſed
mitis & māſuetus. ꝙ oſtēdit̄ ab aſino. Non enim
exercitū habēs intrabat. ſed aſinū habēs ſolū. Vi
de aūt euāgeliſte ſapiēciam. Non verecūdabat̄ pri
orem ignorāciam diuulgare. Nā ſeq̇t̄. Hec non co-
diſc. eius ꝑ̄mum. ſed q̄n glorificatus eſt ihesus.
¶ Auguſtinꝰ. i. q̄n v̇tutē ſue reſurrectionis oſtē
dit. tunc recor. ſūt quia hec erāt ſcripta de eo & hec
fecerūt ei. i. nō alia ꝙ̄ que ſcripta erāt de eo ¶ Chri
ſoſtomꝰ. hoc at ignorabāt. qm̄ ip̄e nō reuelauit eis
Scādalizaſſet em̄ eos. ſi rex exiſtēs talia paſſurus
erat. & etiā nō ſuſcepiſſent ſtatim cognitōnē regni
de quo dicebāt̄. de regno enim tempali hoc dici pu
taſſent. ¶ The. Aſpice aūt cōſequēciā paſſiōis. ſu
ſcitauit lazarū. hoc omniū nouiſſime reſeruās mi-
raculū. & ob hoc plurimi cōcurrebāt & credebant.
vnde ſeq̇t̄. Teſtimo. g̊ ꝑhi. tur. que cū eo erat q̄n
vo. la. de monumēto & ſuſci. eū a mortuis ꝓpterea
& obuiā ve. ei tur. qꝛ au. eū fe. hoc ſignū. Exinde
liuor & inſidie. vnde ſeq̇t̄. phariſei aūt dicebāt ad
ſemetip̄os. videtis qꝛ nihil ꝓficimꝰ. Ecce mūdꝰ to-
tus poſt ip̄m abijt. ¶ Auguſtinꝰ. Turba turbauit
turbā. Quid aūt inuidet ceca turba. qꝛ poſt eū abijt
mūdus. ꝑ quē factꝰ eſt mūdꝰ. ¶ Chriſ. Mūdum.
em̄ hic turbā dicūt. videt̄ aūt mihi hoc dictū eē eo-
rum qui ſani q̇dē erāt. nō audebant at ꝓpalari. De-
mū ab euētu deterrebāt alios q̄ſi incōſūmabilia tēp-
tātes. ¶ Theo. Ac ſi. d. q̄ntūcūqꝫ inſidiamini tāto
hic auget̄ & gloria eius intendit̄. quis ergo ꝓfe-
ctus de tantis inſidijs. Sequit̄ textꝰ

¶ Erāt at̄ gentiles quidam ex hijs q̇ aſcenderāt. vt
adorarent in die feſto. Hij ergo acceſſerunt ad phi-
lippū q̇ erat a bethſaida galilee & rogabāt eū dicē-
tes. Domine. volumꝰ ihesū videre. Venit philippꝰ
& dicit andree. andreas rurſum & philippꝰ dicunt
ihesu. Jhesus aūt reſp̄ōdit eis dicēs. venit hora vt
clarificet̄ filius hominis. Amē amē dico vobis. niſi
granum frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit. ipſū
ſolū manet. Si aūt mortuū fuerit. multū fructum
affert. Qui amat animā ſuā. ꝑdet eam. & q̇ odit ani
mam ſuā in hoc mūdo. in vitā eternam cuſtodit eā
Qui mihi miniſtrat. me ſeq̇t̄. & vbi ego ſū. illic &
miſter meꝰ erit. Siq̇s mihi miſtrauerit. honorifica
bit eū pat̄ meus. ¶ Beda. Templū domini hiero
ſolimis ſitū adeo erat famoſū. vt diebꝯ feſtis nō ſolū
vicini ſed etiā multe ex lōginquis regionibꝯ gētes
illuc aduenirēt. Sic de eunucho cādacis regine ethio
pum actus apoſtoloꝝ declarat. Hac ergo cōſuetudi
ne hij gētiles venerāt adorare. de quibꝯ dicit̄. Erāt
aūt gētiles quidam ex hijs qui aſcēderāt vt adora-
rēt in die feſto. ¶ Chriſoſto. Prope exiſtentes de
cetero vt ꝓſeliti fierent. Fama itaqꝫ audita de xp̄o
volūt eū videre. Vnde ſequitur. Hij ergo acce. ad
philippū. qui erat a bethſaida gali. & roga. eū di.
dn̄e. volumꝰ ihesū videre. ¶ Augu. Ecce volunt
eū iudei occidere. gētiles videre. ſed & illi ex iudeis
erāt. qui clamabāt. benedictus qui venit in nomie
domini. Ecce illi ex circūciſione. illi ex preputō. ve
lut duo parietes de diuerſo venientes. & in vnam
fidē chriſti. pacis oſculo cōcurrētes. Seq̇t̄. Venit
philippus & dicit andree. ¶ Chriſo. Quaſi priori
exiſtenti. audierat. n. in viam gentiū non abieri
tis. ꝓpterea cū condiſcipulo cōmunicans magiſtro
refert. Vnde ſeq̇t̄. Andreas rurſus & philippus di
cūt ihesu ¶ Augu. Audiamus g̊ vocem lapidis an
gularis. Vn̄ ſeq̇t̄. Jhesus at̄ reſp̄ōdit eis dicēs. ve
nit hora vt clarificet̄ filiꝰ hoīs. Forſitā aliq̇s putat
ideo ſe dixiſſe glorificatū. qꝛ gētiles eū volebāt vi
dere. Nō ita ē. Sed videbat gētiles pꝰ paſſionē & re
ſurrectionē ſuā ī oībꝯ gētibꝯ credituros. Ex occaſi
one igit̄ iſtoꝝ gētiliū q̇ eū videre cupiebāt. annūci
at futurā plēitudinē gēciū & ꝓmittit iā adeē horam

glorificatōis ſue. qua facta in celis gētes fuerāt cre
diture. ſm illd. Exaltare ſup celos deus. & ſup om
nē terrā gloria tua. Sz altitudinē glorificatōis opor
tuit vt pcederet humilitas paſſiōis. Vñ adiunxit.
Amē amē di. vo. Niſi gra. fru. ca. i ter. mor. fuer.
ipſū ſolū manet. Si aūt mor. fuerit. mltū fructū
affert. Se at dicebat granū mortificādū i infideli
tate iudeoꝝ multiplicādū i fide populoꝝ. Beda.
Ipſe. n. ex ſemine patriarcharū. in agro hui? mū
di ſeminatus ē. i. icarnatus ē vt moriēdo cū mltipli
catōe reſurrgeret. ſol? mortu? ē. cū multis ſurrexit
Chriſ. Et qz p ſmones nō ita ſuadebat. vtit ex
perimēto. qz frumētū magis facit fructū cū mortu
um fuerit. Si aūt ex ſeminibꝫ accidit. multo ma
gis i me. Quia igit de reliq debebat dimittere diſci
pulos ad gētes. videt at gētiles pſiliētes ad fidem.
Oſtēdit ꝙ tēpus erat vt ad crucē veniret. Nō ei p?
eos ad gētes miſit. donec iudei offēderūt. donec cru
cifixerūt. Et qz de morte ſua puidit diſcipulos cōtri
ſtādos. ſupabūdāciā facit ſermonis dicēs nō ſolū
ſi nō morte meā paciēter ſuſtinueritis. ſed etiam ſi
vos ipſi nō moriamini. nullū vobis erit lucrū. Et
hoc eſt qd ſubdit. Qui amat animā ſuā perdet eam.
Augu. Hoc duobꝫ modis itelligi poteſt. q amat
perdet. i. ſi amas perdes. ſi cupis vitā tenere i xpo
noli mortē timere p chriſto. Item alio mō q amat
aīam ſuā. pdet eā. Noli amare in hac vita. ne pdas
in eterna vita. Hoc autē qd poſterius dixi ma
gis habere videtur euāgelicū ſenſū. Seqt. n. Et
q odit aīam ſuā in hoc mūdo. in vitā eternā cuſto
dit eā. ergo qd ſup dictū ē q amat. ſubintelligitur
in hoc mūdo. Chriſ. Amat aūt aīam ſuā in hoc
mūdo. q deſideria ei? incouenīēcia facit. Odit at eā.
q nō cedit ei noxia cōcupiſcēti. Et ñ dixit. q ñ cedit
ei. ſed q odit eā. Quēadmodū. n. eoꝝ q odio habēt
nec vocē audire ſuſtinem?. nec viſū videre delecta
bit. Ita & aīaꝫ cū cōtraria iniungit. q deo nō placet.
cū vehemēcia auertere oportet. Theo. Quia. n.
valde onerosum erat audire. ꝙ oporteret odire ani
mā. cōſolat p hoc ꝙ addit i hoc mūdo. tēporis idi
cās particularitatē. Nō ei i ppetuū iubet aīaꝫ odio
haberi. & emolumētū pōit cū dicit. i vitā eternam
cuſtodit eā. Augu. Sed vide ne tibi ſubrepat.
vt te ipm iterimere velis ſic intelligēdo ꝙ debes in
hoc mūdo odiſſe aīā tuāꝫ. hic ei qdā maligni atqꝫ p
uerſi homicide flāmis ſe donāt. aquis pfocāt. pcipi
atōne collidūt & peūt. Hoc chriſtus nō docuit. im
mo & diabolo pcipitiū ſuggerēti reſpōdit. Vade ſa
thanas. Cū ergo cauſe articulus venerit. vt hec cō
ditō pponat. aut faciēdū eē cōtra dei pceptū. aut ab
hac vita migrādū. cōminante mortem pſecutore ibi
oderis i hoc mūdo animā tuā. vt i vitā eternā cuſto
dias eā. Chriſ. Dulcis qdē ē pſens vita. hijs q
affixi ſūt ei. Si vero qs ad celū reſpexerit. vidēs
que ibi ſūt bona. cito cōtēnet vitā pſentē. Cū eni
apparuerit melior. cōtēnit peior. In hoc g nos indu
cēs chriſtus ſubdit. Qui mihi miniſtrat me ſeqt. i.

me imitet. de morte hoc dicit. & de ea que per opa
aſſecutōne. Oportet eni eū q miniſtrat eū cui mini
ſtrat ſeq. Augu. Quid g ſit miniſtrare chriſto. i
ipſis vbis agnoſcim?. cū dicit. ſi quis mihi mini
ſtrat. Miniſtrāt g iheſu q ñ q ſua ſūt qrt. ſ q iheſu
chriſti. Hoc ē. n. me ſeqt. vias ābulet meas. nō ſuas
nō ea tm. q ad miam ptinet corporalē. ſ oīa opa bo
na ppt chriſtū faciēs. vſqꝫ ad illud op? magne cari
tatis. qd ē aiaꝫ p fratribꝫ ponere. ſz q fructu! qua
mercede! ſeqt. Et vbi ego ſū. illic & miniſter me?
erit. Gratis amat & operis q miniſtrat illi pciū
ſit eē cū illo. Chriſoſto. Oſtēdit aūt p hoc ꝙ re
ſurrectio morti ſuccedit. Vbi aūt ſū ait. qz in celis
ante reſurrectionē chriſtus fuerat. Igit illic trāſmi
gremur animo & mēte. ſequit. Si qs mihi mini
ſtra. hono. eū pat me?. Augu. Per hoc intelli
git expoſuiſſe vt ſup dixerat. illic & miniſter me?
erit. Nā quē maiorē honorē accipe poterit adoptat?
q vt ſit vbi ē vnicus. Chriſ. Nō aūt dixit. ego
honorificabo eū. ſed pat me?. Nōdū ei de eo decētē
opinionē habebāt. ſ maiorē de patre. Textus
Nūc aīa mea turbata ē. Et qd dicā. pī ſaluifica
me ex hac hora. ſed ppterea veni in horā hāc. pat
clarifica nomē tuū. Venit g vox de celo dicens. Et
clarificaui. & iterū clarificabo. Turba g q ſtabat.
& audiebat. dicebat tonitruū factū eē. Alij dicebāt
Angelus ei locutus ē. Reſpōdit iheſus & dixit.
Nō ppt me hec vox venit. ſed ppt vos. Nūc iudiciū
eſt mūdi. Nunc pnceps mūdi hui? eiciet foras. Et
ego ſi exaltatus fuero a terra. omnia trahā ad me
ipſū. Hoc aūt dicebat. ſignificās q morte eēt mori
turus. Chriſ. Quia domin? ad paſſionē diſcipu
los exhortatus fuerat. ne dicāt ꝙ ipſe extra dolores
exiſtens humanos facile de morte philoſophat. &
nos admōet ppt hoc ꝙ ipſe ē ſine piculo oſtēdit ꝙ
& ipſe i agōia ſit. tñ ppt vtilitatē. mortē nō renuit
Vnde dicit. Nūc aīa mea turbata ē. Augu. Au
dio qui in hoc mūdo odit aīam ſuam in vitā eternā
cuſtodit eam & mundum contemnere accēdor. &
in cōtrario mō nihil ē vite hui? tot? qtūlibꝫ fuerit
plixior vapor. p amore eternoꝝ tpalia mihi cūcta
vileſcūt. & rurſū dominū audio dicētē Nūc aīa mea
turbata ē. Sequi iubes aīam meam. ſ turbari vi
deo aīam meā. qle fundamētū querā ſi petra ſuccū
bit! Agnoſco domine miſericordiā tuā. nā q carita
tis volūtate turbaris. multos i corpore tuo qui ſue
infirmitatis neceſſitate turbāt. ne deſperādo peāt
cōſolaris. In ſe g caput noſtꝝ ſuſcepit mēbrorum
ſuoꝝ affectū. Et ideo nō ē ab aliquo turbatus. ſed
ſic de illo ſup dictū ē. turbauit ſemetipſū. Ch
riſo. Appinquans. n. de reliquo cruci. qd hūanum
eſt oſtēdit. & naturā nō volētē mori. ſed pſenti ad
herētē vite oſtēdēs quoniā nō extra hūanas paſſio
nes erat. Sicut. n. eſurire nō crimē ē. ita neqꝫ pſen
tem vitam appetere. Chriſtus aūt corp? a peccato
mūdum habebat. nō a naturalibꝫ neceſſitatibꝫ. ex
tū. Hoc igit diſpēſatōis ē. nō deitatis. Auguſti.

Deniq; hō qui ſequi vult. audiat q̄ hora ſequatᷣ.
acceſſit forte hora terribilis. ꝓponitᷣ opcio aut faciē
de iniquitatis. aut ſubeūde paſſionis. Turbatᷣ aīa ī
firma. Audi g° q̄d ſubiungit. Et q̄d dicā? Heda
Hoc ē. q̄d aliud. niſi vt mēbra mea inſtruātᷣ. pater
ſaluifica me ex hac hora. ¶ Augu. Docuit te quē
inuoces. cui⁹ voluntatē tue voluntati p̄ponas. Non
ideo tibi videatᷣ ex alto diffidere. qꝛ te vult ab initō
ꝯficere. hominis ſuſcepit īfirmitatē vt doceat con
triſtatū dicere. nō q̄d ego volo. ſed q̄d tu vis. Vñ
& hic ſubditᷣ. Sed ꝓpterea veni in horā hāc. patᷣ
clarifica nomē tuū ī ſua. ſ. paſſione & reſurrectione.
¶ Chriſ. quaſi. d. Nō habeo q̄d dicā ereptōem q̄
rēs. ꝓpterea. n. veni ī horā hāc. ac ſi dicat. & ſi tur
bemur. & tumultū paciamur. nō fugiam⁹ mortem
quia ego nunc turbatus nō dico vt effugiam. Opor=
tet enim ferre quod ſupuenit. Nō dico. Eripe me
ex hora hac: ſed cōtrariū dico. ſcꝫ clarifica nomē tu=
um. Oñdit ei qm̄ ꝓ veritate moritᷣ. gloriā dei hoc
vocans. & hoc euenit futuꝝ ei erat. vt poſt crucem
ꝯuerteretᷣ orb̄ t̄raꝝ. & cog°ſceret nomē dei & cole
ret. nō ſolū p̄ris. ſ; etiā filij. Sꝫ tñ hoc ſilet. Seq̄
tᷣ Venit g° vox de celo dicēs. Et clarificaui & iteꝝ
clarificabo ¶ Greg. xviij. mo. Huiuſmoi verb̄ ꝑ
āgelū loq̄tᷣ de⁹. & cū nil in imagīe oñditᷣ. ſ; ſupne
vocis v̄ba audiūtᷣ. Et nimiꝝ de celeſtib⁹ loquēs
v̄ba ſua q̄ audiri ab hoīb⁹ voluit ratōnali creatura
admīſtrāte formauit ¶ Aug. Clarificaui atᷣ dicit
añq̄ facē m mūdū & iteꝝ clarificabo. cū reſurget a
mortuis. vel alitᷣ. Clarificaui cū de v̄gīe nat⁹ ē. cū
miracula multa fecit cū deſcendente ſpiritu ſancto ī
ſpecie colūbe monſtratus ē & iteꝝ clarificabo. cū re
ſurget a mortuis. cū exaltabitur ſup̄ celos deus &
ſup̄ omnē terrā gloria eius. Sequitᷣ. Turba ergo
que ſtabat & audiebat dicebat. tonitruū factū eſſe
¶ Chriſ. Aperta quidē & bene ſignificatiua erat
vox ſ; cito ab eis euolauit q̄i a groſſiorib⁹ & carna
lib⁹ & deſidioſis & hij q̄dꝫ ſonitū tm̄ retinuerūt.
Alij vero qm̄ articulata erat vox nouerāt. q̄d aūt
ſignificauit. nō adhuc. de q̄b⁹ ſubditᷣ. Alij dicebāt
Angelus ei locutus ē. Seq̄tᷣ. Reſpondit ihesus.
& dixit. nō ꝓpter me hec vox venit. ſ; ꝓpter vos.
¶ Aug⁹. Hic oñdit illa voce nō ſibi indicatū q̄d.
iam ſciebat. ſed eis q̄b⁹ indicari oportebat. Sicut
aūt vox illa nō ꝓpter eū facta eſt. ſed ꝓpter eos.
ſic aīa eius. nō ꝓpter ip̄m. ſ; ꝓpter eos. turbata ē.
¶ Chriſ. Ad illud em̄ inſtat vox p̄ris q̄d ſemp
dicebāt. qm̄ nō eſt ex deo. Qui. n. a deo glorificatᷣ.
q̄liter nō ē ex deo. Vbi vide ꝙ humilia ꝓpᷣ eos
facta ſunt. nō q̄ſi filio auxilio indigente. Quia g°
dixit clarificabo. oñdit cōſeq̄nter & modū glorie
Nā ſeq̄tᷣ. Nūc iudiciū ē mūdi. ¶ Aug. Juditiuꝫ
em̄ q̄d in fine expectatᷣ. erit p̄mioꝝ penaꝝq; eter
naꝝ. dꝛ etiā iudiciū. nō dampnatōis. ſed diſcretō=
nis. hoc vocabat hic iudicium diſcretōnem. ſ. & a
ſuis redēptis diaboli expulſionē. Vñ ſeq̄tᷣ. Nunc
p̄nceps mūdi eijcietur foras. abſit vt diabolū p̄n=
cipem mūdi ita dictū exiſtimem⁹ vt eū celi & ter
re dñari poſſe credam⁹. Sed mūdus appellatᷣ in
malis hoīb⁹ qui toto orbe terraꝝ diffuſi ſunt. Hic
g° dictū eſt princeps huius mūdi. i. p̄nceps malo
rū hoīm. q̄ habitant in mūdo. Appellatᷣ etiā mun
dus in bonis qui ſimiliter ꝑ totū orbē terraꝝ dif=
fuſi ſūt. Jdeo dicit apoſtolus. deus erat ī xp̄o mū
dum recōcilians ſibi. Hij ſunt. ex quoꝝ cordibus
p̄nceps mūdi eijcietᷣ foras. p̄uidebat em̄ dñs poſt
paſſionem & glorificatōeꝫ ſuā. per vniuerſum mū
dū multos populos crediturос in quoꝝ cordibus
diabolus intus erat. cui qñ ex fide renūtiant eijci=
tur foras. Sed nūq̄d de cordib⁹ veteꝝ iuſtoꝝ non
eſt eiectus foras? quō g° dictū eſt nūc eijcietur fo=
ras. niſi qꝛ tūc q̄d in hoīb⁹ pauciſſimis factū eſt.
nūc in multis magniſq; populis iam mox futuruꝫ
eſſe p̄dictū eſt. Quid g° ait quiſpiam. qꝛ diabolus
eijcitur foras. iam fidelium neminem temptat?
immo temptare non ceſſat ſed aliud eſt intrinſec⁹
regnare. aliud forinſec⁹ oppugnare ¶ Chriſoſto
mus. Sed quale eſt iſtud iuditium quo diabolus
foras eijcitur? exemplo id faciam manifeſtum. ſit
aliquis debitores expetens & feriat. & in vincu=
la mittat. Deinde ex eadem dementia. & eum qui
nihil debet ſub eundem carcerem ducat. hic & eo=
rum que in alios fecit dabit vindictam. Jta & in
chriſto factum eſt. Eorum enim que diabolus in
nos fecit. per ea que in chriſtum auſus eſt ſuſtine
bit vindictam. Et ne quis dicat. qualiter mitte=
tur foras. ſi te ſuperabit. ſubiungit. Et ego ſi exal
tatus fuero a terra. omnia traham ad meip̄ſum. q̄=
liter enim ſuperatur qui & alios trahit? hoc autem
plus fuit dicere ꝙ reſurgam. Si enim hec dixiſ=
ſet. nondum manifeſtum eſſet. quod traheret. Di
cendo v̄o trahā. vtrūq; demōſtrat. ¶ Aug. Sꝫ q̄
oīa trahit. niſi ex q̄b⁹ diabol⁹ eijcitᷣ foras. nō autē
dixit oēs. ſ; oīa. ñ. n. oīm ē fides. Nō itaq; hoc ad
vniuerſitatem hoīm retulit. ſ; ad creature integri
tatē. i. ſpūm & aīam & corpus ad illud. ſ. q̄d intel
ligim⁹. ꝙ viuim⁹. ꝙ viſibiles ſum⁹ aut ſi oīa ip̄i
homines intelligēdi ſunt. omnia p̄deſtinata ad ſa
lutem poſſumus dicere. Aut certe omnia hominū
genera. ſecundū innumerabiles diffēntias quibus
inter ſe preter ſola peccata hoīes diſtāt. ¶ Chriſ.
Qualiter igitᷣ ſupra dixit quoniam pater trahit. qꝛ
ſcilicet filio trahente pater trahit. Dicit aūt trahā
q̄ſi a tiranno detentos & per ſeipſos nequeūtes acce
dere. & illius manus effugere. ¶ Aug. Sed ſi ex=
altat⁹ inquit fuero a t̄ra. hoc ē cū exaltat⁹ fuero nō
em̄ dubitat futurū eē. q̄d venit iplē. nā exaltatōeꝫ
ſuā dixit ī cruce paſſionē. Vnde euāgeliſta ſubdit.
Hoc atᷣ dixit ſig̃ficās q̄ morte eēt moritur⁹. textus
¶ Rñdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege. qꝛ xp̄s
manet ineternum. & quomodo tu dicis oportet ex
altari filium hominis? quis eſt iſte filius homi=
nis? Dixit g° eis ih̄s. Adhuc modicū lumē ī vob̄ ē
Ambulate dum lucem habetis. vt vos tenebre non

comprehendant. Et qui ambulat in tenebris. neſcit
quo vadat. Dũ lucem habetis. credite in lucem
vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt ihesus. Et abijt
& abſcõdit ſe ab eis. Aug. Cum intellexiſſent
iudei φ dñs de ſua morte dixiſſet. ꝑponũt ei queſti-
onem quõ ſe diceret moriturũ. Vñ dicit̃. Reſpon-
dit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege quia xp̃us ma-
net ineternũ. quõ tu dicis oꝑtet exaltari filiũ hoīs
Memoriter tenuerũt qđ dñs aſſidue dicebat ſe eſſe
filiũ hoīs. Nã hoc loco non dixit. Si exaltatus fue
rit filius hoīs. ſed ſuperi⁹ dixerat. Venit hora. vt
clarificet̃ fili⁹ hoīs. hoc g̃ in aīo retinētes inqunt.
Si xp̃us manet ineternũ quõ exaltabit̃ a terra. i.
quõ crucis paſſione morieť. Chriſ. Hinc ē vidē
qm̃ multa eoꝝ que pabolice dicebãt̃. intelligebãt
qꝛ eī ꝑuenit. de morte diſputãs. audiētes hic exal-
tatõez ſuſpicati ſũt hoc. Aug. Vel hoc eũ dixiſſe
intelligebãt qđ facere cogitabãt. Nõ g̃ eis verboꝝ
iſtoꝝ obſcuritatem apuit infuſa ſapiētia ſ ſtimu
lata cõſciētia. Chriſ. Et vide q̃lit̃ malitõſe inter
rogãt. Nõ em̃ dixerũt. nos audiuim⁹ ex lege quia
xp̃s nihil patit̃. In multis em̃ ſcripturaꝝ locis &
paſſio & reſurrectio ſimul ponit̃. ſed qm̃ manet in
eternũ. Et nimiꝝ hoc nõ erat cõtrariũ. Immortali-
tati eī p paſſionē ñ ē factũ īpedimētũ. ſed eſtimaue
rũt p hoc oſtēdere eũ nõ eē xp̃m. qm̃ xp̃s manet ī
eternũ. Deinde ſubdũt. Quis eſt iſte filius hominis
Et hoc malitõſe. Quaſi. d. nõ dicas φ ꝑpt odium
tuũ hoc dicam⁹. Ecce em̃ nõ nouim⁹ de quo dicis.
Sed xp̃s reſpõdit. oſtēdēs qm̃ paſſio non ꝓhibet
manere eũ ineternũ. Vñ ſubdit̃. Dixit g̃ eis ihs
adhuc modicũ lumē in vobis ē. Quaſi dicēt adhuc
paruo tpe ego lux vobiſcũ ſum. p hoc oſtēdens φ
mors eius trãſmigratõ eſt. Etem̃ lux ſolaris nõ in
terimit̃. ſed paꝝ recedēs. rurſus apparet. Aug.
Vel alit̃ modicũ lumē ī vob̃ ē. p hoc φ intelligitis
qꝛ xp̃s manet ineternũ. g̃ ambulate accedite totum
intelligite. & morituꝝ xp̃m & victurũ ineternum
dũ lucē habetis. Chriſ. Hoc dicit tēp⁹ totũ pre-
ſentis vite. & ante crucē. & poſt crucē. Multi enim
poſt crucē crediderũt in eũ. vt non tenebre vos cõ-
ꝑhendãt. Si ſcꝫ eo modo credideritis xp̃i eternita
tem vt negetis in eo mortis humilitatem. Sequit̃
Et q̃ ambulat in tenebris. neſcit q̃ vadat. Chri.
Quanta deniq̃ iudei nũc agunt. & neſciunt. quid
agunt ſed vt in tenebris ambulantes putant
faciunt. quanto beatōres qui ꝓpt̄ hoc nomē iſta pa
tiunt̄. Faciunt aūt & iſta mali malis. ſ; vtriq; mi-
ſeri. & qui faciūt. & qui patiunt̄. Quomodo autem
hoc erit veꝝ. hec omnia facient vobis ꝓpter nomen
meum. cum illi non ꝓpter nomen xp̄i faciant. hoc
eſt ꝓpter iuſticiam. ſed ꝓpter iniquitatem ſuam.
Hec queſtio ita ſoluit̄. ſi totum referat̄ ad iuſtos.
tanq̄ꝫ dictum ſit. Hec omnia paciemini ab eis ꝓpt̄
nomen meum. Si autem ꝓpter nomen meum. ſic
accipit̄. ideſt quod in vobis oderūt. & ꝓpter iuſti-
tiam quā in vobis oderūt. ſimilit̄ recte dici poſſunt
& boni. cum perſecutōnem faciunt malis. & ꝓpter
iuſtitiam facere quam diligendo perſecunt̄ malos

& ꝓpter iniquitatem quam oderunt in ipſis malis.
Quod autem addidit. Quia neſciunt eum qui miſit
me. ſecundum eam ſtientiam dictum eſt. qua dicit̄
ſcire te. ſenſus eſt conſumatus

¶ Si non veniſſem. & locutus eis nō fuiſſem. pec-
catum non haberent. Nunc autem excuſatōem nō
habent de peccato ſuo. Qui me odit & patrem meū
odit. Si opera non feciſſem in eis. que nemo alius
fecit. peccatum non haberent. Nunc autem & vi-
derunt & oderunt me & patrē meum. Sed vt imple
at̄ ſermo. qui in lege eorum ſcriptus eſt. quia odio
habuerunt me gratis. ¶ Chriſo. Ponit iterum do-
minus aliam diſcipulorum mitigatōnem. oſtendēs
quoniam iniuſte & in ipſum & in diſcipulos talia
operabunt̄. Vnde dicit. Si non veniſſem. & locu-
tus eis non fuiſſem. peccatum non haberent.
¶ Auguſti. Iudeis locutus eſt xp̄us. non alijs gē
tib;. In eis ergo voluit intelligi mundum. qui odit
xp̄m. & diſcipulos eius. immo vero nō in eis ſolis.
ſ; nos q̄; ad eundem mundum ꝑtinere monſtrauit.
Nūquid g° ſine peccato erāt iudei. quib; xp̄us locu-
t⁹ eſt anteq̄ꝫ xp̄⁹ in carne veniſſet! Sed magnum
quoddam peccatum. non omne peccatum ſub gene-
rali noīe vult intelligi. hoc eſt em̄ peccatū quo te-
nent̄ cuncta peccata. quod vnuſquiſq; ſi nō habe-
at. dimittunt̄ ei cūcta peccata. Hoc aūt eſt quia n̄
crediderunt in xp̄m qui ꝓpterea venit. vt credat̄
in eum. Hoc ergo peccatū ſi nō veniſſet. nō vtiq; ha
bērent. Aduent⁹ em̄ ei⁹ quantū credentib; ſaluta-
ris. tantum nō credentib; exitialis factus eſt. Se-
quit̄. Nunc autem excuſatōnem nō habent de pec-
cato ſuo. Si autem hij ad quos nō venit xp̄us. nec
locutus eſt eis. excuſatōnem non habent de peccato
ſuo. cur hic dictum eſt ꝓpterea iſtos non habere.
quia venit & locutus eſt eis! Si autē habent. vtꝝ
ad hoc habent. vt a penis alienent̄. vt mitius pu-
niant̄. Ad hec inquiſita reſpondeo eos habere ex-
cuſatōnem non de omni peccato ſuo. ſed de hoc pec-
cato ſuo. q2 in xp̄m non crediderūt. Sed non in eo
ſunt numero. ad quos ꝑ diſcipulos venit. non ſunt
enim in pena leuiori ponendi. qui omnino legem
xp̄i accipere noluerunt. & eam quantum ad ipſos
attinet omnino nullam eē voluerunt. Hanc eciam
excuſatōnem poſſunt habere. qui priuſq̄ꝫ euange-
lium chriſti audirent. vite huius fine preuenti ſūt
ſed non ideo poſſunt effugere damnatōnem. Qui-
cumq; enim homines niſi in eo ſaluatore ſaluentur.
qui venit querere quod perierat. ad perditōnem ſi-
ne dubio pertinebunt. Quamuis dici poſſit. alios le
uiores alios grauiores penas paſſuros. Ille enim
perire deo dicitur. qui ab illa beatitudine quam
dat ſanctis ſuis. per ſupplitium ſeparatur. Tanta
ē diuerſitas aūt ſupplitoꝝ quanta ē diuerſitas pec
catorum. que quomodo ſe habeat. altius indicat
ſapientia diuina. q̄ꝫ cōiectura ſcrucat̄ aut effat̄ hu-
mana. ¶ Chriſo. Quia vero hincinde cauſabantur.

quoniam ꝓpter patrem eum perſequebant̄ · deſtru=
ens eorum excuſatōnem dicit · Qui me odit · & patrē
meum odit ¶ Alchu · Sicut em̄ qui diligit filium
diligit & patrem · quia vna eſt dilectio patris &
filij · ſicut vna natura · ita & qui odit filiū odit pa=
trem ¶ Augu · Sed cum ſuperi⁹ dixerit · Neſciunt
eum qui me miſit · quō poſſunt odiſſe quem neſciūt
Si em̄ deum non quod eſt ipſe · ſed neſcio q̄d aliud
eum ſuſpicant̄ · aut credunt · nō vtiq₃ ipſum oderūt
Et de hominibꝫ q̄dem fieri poteſt ut eos ſepe quos
nūq̄ꝫ vidim⁹ · oderim⁹ vel diligam⁹ · fama de aliq̄
ſermotōnante · vel bene vel male · Sed quō de quo
natura nobis intimat̄ · dicendus eſt ignotus · Non
em̄ ei⁹ facie corporali nobis intimat̄ · ſed tūc nobis
ad cognitōnem patet · quanto ei⁹ mores & vita non
latent · alioquin nec ſeipſum noſſe quiſq̄ꝫ poteſt · qui
videre faciem ſuam non poteſt · Sed plerunq₃ in eis
noſtra credulitas fallit̄ · quia nonnūq̄ꝫ & hiſtoria ·
& multomagis fama mentit̄ · Pertinet aūt ad nos
vt quia non poſſum⁹ hominum indagare cōſcientiā
de ipſis rebꝫ habeam⁹ veram · certamq₃ ſententiam ·
Quando ergo non errat̄ in rebꝫ vt recta ſit impro=
batō vitiorum · virtutumq₃ approbatō · ſi errat̄ in ho
minibꝫ · venialis eſt humana temptatō · ꝓinde ſicut
fieri poteſt vt homo bon⁹ hominem bonum oderit ·
neſciens non ipſum · ſed quod putat eē ipſū · vel po=
tius diligat · neſciens cum bonum diligit · quod eſt
ille · ita fieri poteſt vt homo iniuſtus hominē oderit
iuſtum · & tamen dum eum credit iniuſtū · diligat
non ipſum · ſed quod putat eē ipſum · Queadmodū
autem homines · ſic & deū · Deinde ſi interrogaret̄
iudei vtrum diligerent deum · ſe diligere responde=
rent · non ex animo mentientes · ſed errādo poti⁹ opi
nantes · quomodo em̄ diligerent patrem veritatis · q̄
habent odio veritatem? Nolunt em̄ ſua facta dam=
nari · & hoc habet veritas · Tantū igit̄ oderunt ve=
ritatem · quantū oderunt ſuas penas quas talibꝫ ir=
rogat · Neſciunt autem illam eē veritatem · que ta=
les quales ipſi ſunt · damnat · ac per hoc quia verita
tem qua iudicante damnant̄ · de patre deo natam
neſciunt · eciam ipſū & neſciūt & oderūt ¶ Chriſ ·
Hic igit̄ non habent inquit excuſatōem · per hoc ꝙ
eam que a ſermonibꝫ doctrinam tribuebam · ſed &
eam que ab operibꝫ adieci ſcd̄m moiſi legem · qui ab
eo ꝙ hoc facit perſuaderi vniuerſos iuſſit · cum ad
pietatem ducat · & miracula tribuat · Vnde ſubdit ·
Si opera non feciſſem in eis · que nemo alius fecit ·
peccatum non haberent · ¶ Aug · Hoc ſcilicet pec=
catum quod in eum loquentem & operātem nō cre=
diderunt · Sed quid ē quod addidit · que nemo ali⁹
fecit? Nulla quippe in operibꝫ xp̄i vident̄ eē maiora
q̄ꝫ ſuſcitatō mortuoꝝ · quod ſcim⁹ eciam antiquos
feciſſe ꝓphetas · Fecit tamē aliq̄ xp̄⁹ que nemo ali⁹
fecit · Sed reſpondetur nobis & alios feciſſe · q̄ nec
ipſe nec alius fecit · Sed ꝙ tam multa vicia & ma
las valitudines vexatōneſq₃ mortalium tanta po=
teſtate ſanaret · nullus oīo legitur antiquorum · vt
enim taceatur ꝙ iubendo ſicut occurrebant · ſaluos
ſingulos fecit · Marcus dicit ꝙ quocunq₃ introibat
in vicos vel in villas aut in ciuitates · in plateis po=
nebant infirmos · & deprecabantur eum · vt vel fim
briam veſtimenti eius tangerent · & quotquot tā=
gebant eum ſalui fiebant · Hec nemo alius fecit in
eis · Sic enim intelligendum eſt · quod ait · in eis ·
non inter eos · vel coram eis · ſed prorſus in eis · q₂
ſanauit eos · Nemo tamen alius fecit quicūq₃ talia
opera in eis fecit · qm̄ q̄ſquis ali⁹ hō aliq̄d eoꝝ fecit
ipō facente fecit · Hec autem ipſe non illis facien=
tibꝫ fecit · Sed hec & ſi pater aut ſpiritus ſanctus
fecit · nemo alius fecit · quia totius trinitatis vna
ſubſtantia eſt · Hijs ergo beneficijs amorem non
odium retribuere debuerunt · & hoc eis exprobrans
adiungit dicens · Nunc autem viderunt · & oderunt
me & patrem meum · ¶ Chriſo · Hoc autem dicit ·
ne diſcipuli dicant · Cur igit̄ intra tot nos indux=
iſti mala? Nonne prelia & odium preuidiſti? ſed &
ꝓphetiam inducit · cum ſubdit · Sed vt impleatur
ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt · quia odio ha
buerunt me gratis · ¶ Augu · xij · de trinitate · Le=
gis nomine aliquando ſimul omnia veteris teſtamē
ti ſanctarum ſcripturarum ſignificantur eloquia &
ita dominus hic dicit · In lege eorum ſcriptus eſt ·
cum legatur in pſalmis · ¶ Auguſtin⁹ · ſuper io=
hannem · Eorum autem legem dicit · non ab ipſis
inuentam · ſed ipſis datam · Gratis autem odit · qui
nullum ex odio commodum querit · vel in commo=
dum fugit · ſic oderunt deū impij · ſic diligunt iuſti ·
vt alia preter illum bona non expectent quoniam
ipſe erit in omnibꝫ omnia · ¶ Gregori⁹ · xxv ·
mora · Aliud eſt autem bona non facere · aliud bo=
norum odiſſe doctorem · ſicut aliud eſt ex precipi=
tatōne aliud ex deliberatōne peccare · Ex infirmita=
te enim plerunq₃ ſolet accidere · amare bonum · ſed
implere non poſſe · Ex ſtudio autem peccare eſt bo
num nec facere nec amare · Sicut ergo nonnunq̄ꝫ
grauius eſt peccatum diligere q̄ꝫ perpetrare · Ita
nequius eſt odiſſe iuſtitiam q̄ꝫ non feciſſe · Sunt
ergo nonnulli in eccleſia qui non ſolum bona non
faciunt · ſed eciam perſequuntur · & que ipſi facere
negligunt · eciam in alijs deteſtant̄ · Horum pecca=
tum non ex infirmitate aut ignorantia · ſed ex ſolo
ſtudio ꝑpetrat̄ · textus

¶ Cum aūt venerit paraclit⁹ · quē ego mittam vo=
bis a patre ſpiritū veritatis q̄ a patre ꝓcedit · ille
teſtimonium ꝑhibebit de me · & vos teſtimonium
ꝑhibebitis · q₂ ab initō mecū eſtis ¶ Chri · Poſſent
diſcipuli dn̄o dicere · Si verba a te audierunt · que
null⁹ dixit · ſi opa viderūt · q̄ null⁹ ali⁹ fecit · & tn̄
non ꝓfuerunt · Si oderunt & patrem tuū & te cū
eo · cui⁹ gracia nos mittis · qualit̄ digni fide erim⁹?
Ne igit̄ hec cogitantes turbent̄ · conſolatōnem in=
ducit dicens · cum autem venerit paraclit⁹ quem
ego mittā vobis a patre ſpiritū veritatis q̄ a patre

ꝓcedit· ille teſtimoniū ꝑhibebit de me· ¶ Augu.
Tanq̄ diceret· odio me habuerunt & occiderūt vi-
dētes. ſed tale de me teſtimoniū paraclitus ꝑhibe-
bit· vt eos faciat in me credere nō videntes· & quia
ille ꝑhibebit· & vos ꝑhibebitis. Vnde ſequit̃· &
vos teſtimoniū ꝑhibebitis. Ille cordibꝫ veſtris in-
ſpirādo· vos vocibꝫ veſtris ſonādo· Vnde poteritis
predicare quod noſtis. quia ab initiō mecū eſtis. qd̃
mō non facitis qꝛ illi? ſpiritus plenitudo. nondū ad
eſt vob̄· Dabit enī vob̄ fiduciam teſtimoniū ꝑhibē
di caritas dei diffuſa in cordibꝫ veſtris. ꝑ ſpiritum
ſanctū q̄ dabit̃ vobis. Ille quippe teſtimoniū ꝑhi-
bēs & teſtes fortiſſimos faciēs· abſtulit amicis xp̄i
timorem· & inimicorū odiū cōuertit in amorem·
¶ Didi· de ſpiritu ſancto· Spiritum aūt ſanctum
venientē cōſolatorem dicit· ab opatōne ei nomē im-
ponens. qꝛ non ſolum eos quos ſe dignos eē repe-
rit· ab omni ꝑturbatōne reddit alienos· verū in cre
dibile quoddā gaudiū eis tribuit· Sēpit̃na quippe
leticia in eoꝝ corde verſat̃· quoꝝ ſpūs ſanct?. habi
tator eſt. Iſte ſpiritus cōſolator a filio mittit̃. non
ſcd̃m angeloꝝ aut ꝓphetarū aut apoſtolorum mi-
niſterium. ſed ut mitti decet a ſapiencia & virtute
ſpūm dei indiuiſam hn̄tem cū eadē ſapiēcia & v̄tute
naturā· Etenim fili? miſſus a patre non ſepat̃ atq̄
diſiungit̃ ab eo manēs in illo & habēs illum in ſe-
metipſo. q̄ ſpiritus ſanctus ſup̄dicto modo miſſus a
filio· de patre egredit̃ non aliunde ad alia trāſmi-
grans. Quomodo enī pat̃ non cōſiſtit in loco cū vl-
tra omnem corporū ſit naturā· ita & ſpūs veritatis
nequaq̄ locoꝝ fine claudit̃· cum ſit in corporalis &
excellens vniuerſam creaturaꝝ eēnciam· ¶ Chri·
Propterea vero nō ſpiritum ſanctū. ſed ſpiritū ve
ritatis eum vocauit· vt oñdat. ꝙ erit fidedignus·
dicit autē ꝙ a patre ꝓcedit· quia omnia certiſſime
nouit· quēadmodum ipſe ait de ſeipſo· quoniā no-
ui vnde venio & quo vado· ¶ Didi. Sed cū poſſet
dicere a deo ſine omnipotente· nihil horum tetigit·
ſed ait. a patre· Non ꝙ pat̃ a deo omnipotente ſit
ali?. ſed ſcd̃m ꝓprietatem patris· intellectū pari-
entis egredi ab eo dicit̃ ſpiritus veritatis. Mittē-
te autem filio ſpiritum veritatis· ſimul mittit & pa
ter· cū eadē voluntate patris & filij ſpirit? veniat·
¶ Theo· Et alias quidē patrem dicit mittere ſpiri
tum· nunc autem cū ſe miſſurum dixit· eq̄pollenci
am denotat. Ne aūt cenſeret̃ remiti cōtra patrem·
velut ab alia poteſtate tranſmittēs ſpiritū addidit·
a patre q̄ſi acceptante patre & parit̃ deſtinante· cū
autem audis· ꝙ procedit· ne intelligas proceſſum
miſſionem eē illatam extrinſecus· quia mittunt̃ ad-
miniſtratorij ſpiritus· ſed quoddam differens· &
excepte actionis ꝓpriū proceſſum appellat vni prin
cipali ſpiritui attributum· Originalis enī conſiſtē-
tia ſpiritus eſt proceſſus· Non ergo procedere pro
mittere ſumendum eſt· ſed ex patre naturalem eēn
ciam obtinere· ¶ Auguſtin?· Hic aliquis forſitan
querit· vtrum & a filio procedat ſpiritus ſanctus·

fili? enī ſolius patris eſt filius· & pater ſolius filij
eſt pater. Spiritus autem ſanctus non eſt vnius
eorum ſpiritus· ſed amborum· quandoquidem dicit
ipſe xp̄us. Spirit? patris veſtri qui loquit̃ in vo-
bis. Et dicit apoſtolus· miſit deus ſpiritum filij ſui
in corda veſtra· Nec ob aliud eſtimo ipſum ꝓprie
vocari ſpiritum· cum eciam ſi de ſingulis interroge
mur· non poſſumus niſi & patrem & filium ſpiri-
tum dicere· ꝙ ergo communiter vocantur & ſin-
guli· hoc proprie vocari oportuit eum qui non eſt
vnus eorum. ſed in quo communitas apparet eoꝝ
amborum. Cur ergo non credamus ꝙ eciam de fi-
lio procedat ſpirit? ſanctus. cum filij quoq̄ ipſe ſit
ſpiritus? Si enī ab eo non procederet· non poſt re-
ſurrectionem diſcipulis ſuis inſufflaſſet dicens· ac
cipite ſpiritum ſanctum· De hac quoq̄ virtute cre-
dendus eſt dicere euangeliſta. virtus de illo exibat
& ſanabat omnes· Si ergo & de patre & de filio ꝓ
cedat ſpiritus ſanctus· cur filius dixit. de patre ꝓ
cedit? niſi quem admodum ſolet ad eum referre. &
quod ipſius eſt· de quo ipſe eſt. Vnde illud eſt qd̄
ait. Mea doctrina non eſt mea· ſed eius qui me mi
ſit. Si igit̃ hec ītelligat̃ eius doctrina· quā tamē
dixit· nō ſuā· ſed patris· quanto magis & intelli-
gendus eſt & de ipſo ꝓcedere ſpiritus ſanctus· vbi
ſic ait. De patre ꝓcedit· vt nō diceret· de me non
ꝓcedit· A quo autem habet filius vt ſit deus· ab il
lo habet vtiq̄ vt procedat ab eo ſpiritus ſanctus·
Hinc vtcunq̄ etiam illud intelligitur· cur non di-
catur natus eſſe. ſed potius procedere ſpiritus ſan
ctus· quoniam ſi & ipſe filius diceretur· amborum
vtiq̄ filius diceret̃· quod abſurdiſſimū eſt. filius
quippe null? eſt duorum niſi patris & matris· Ab
ſit aūt vt inter deū patrem· & deū filium tale ali-
quid ſuſpicemur· qꝛ nec filius hominū ſimul ex pa
tre & ex matre procedit· ſꝫ cū in matrē ꝓcedit ex
patre· n̄ tūc ꝓcedit & ex matre. Spūs aūt ſanct?
n̄ de patre ꝓcedit in filium· & de filio ꝓcedit ad ſā
ctificandā creaturā· ſed ſimul de vtroq̄ ꝓcedit·
Neq̄ enī poſſumus dicē ꝙ nō ſit vita ſpūs ſanct?·
cū vita pater· vita ſit filius. ac per hoc ſicut pater
cum habeat vitam in ſemetipſo· dedit & filio vitā
habere in ſemetipſo· ſic ei dedit vitam procedere de
illo ſicut procedit & de ſeipō·

¶ Capitulum· xvj·

Hec locutus ſum vobis· vt nō ſcā
daliſemini. Abſq̄ ſinagogis faci
ent vos. Sed venit hora· vt om-
nis qui interficit vos. arbitretur
obſequiū ſe preſtare deo. Et hec
facient vobis. quia non nouerūt
patrem neque me. Sed hec locutus ſum vobis· vt
cum venerit hora eoꝝ reminiſcamini quia ego dixi
vobis· Hec autē ab initio vobis non dixi· quia vo-
biſcum eram· ¶ Aug· Merito ꝓmiſſo ſpiritu ſan-
cto q̄ in eis opante fierēt teſtes eius ſubiūxit· Hec

locutus ſum vobis vt nō ſcandalizemini· Cum enī caritas dei diffundit̄ in cordibꝯ noſtris per ſpiritū ſanctum q̄ dat᷒ ē nobis· fit pax multa diligētibꝯ legem dei· ut nō ſit illis ſcandalum· Deinde q̄ paſſuri eēnt expmēs ait. Abſq; ſinagogis facient vos.

Chriſo· Jam enī cōpoſuerāt vt ſiqs cōfeſſus fuerit xp̄m· extra ſinagogā fieret Augu· Quid aūt mali erat apoſtolis expelli de iudaicis ſinagogis q̄ſi nō fuerint inde exituri· eciā ſi eos null᷒ expelleret Sed hoc voluit denūciare· q̄ iudei xp̄m nō fuerāt recepturi a quo iſti nō fuerāt receſſuri· Nam q̄ non erat vllus ali᷒ populus dei q̄ illud ſemē abrahe. ſi cognoſceret xp̄m· nō alie fieret eccleſie xp̄i· alie ſinagoge iudeoꝝ· Quod q̄ noluerūt· q̄d reſtabat· niſi vt remanētes extra xp̄m extra ſinagogam facerēt eos. qui nō reliquerūt xp̄m: deinde cū hoc eis dixiſſet· adiecit· Sed venit hora ut omnis q̄ inficit vos· arbitret̄ obſequium ſe p̄ſtare deo· Que verba ita ſubiecit tanq̄ ex hoc cōſolaret̄ eos· q̄ de ſinagogis iudaicis pelleret̄· an forte de ſinagogis illa ſeparatō ſic eos fuerat turbatura· vt mori vellent poti᷒ q̄ in hac vita ſine iudeoꝝ cōgregatōibꝰ morari· abſit ut ſic turbaret̄· q̄ dei non hominū gloriā req̄rebāt· Iſte itaq; ſenſus eſt in hijs verbis. Extra ſinagogā facient vos· ſ; nolite ſolitudinē formidare Separati q̄ppe a cōgregatōibꝰ eoꝝ· tam multos in nomine meo cōgregabitis ut illi metuētes· ne templum quod erat apud eos & omnia legis veteris ſacramēta deſerant̄ ·ſic inficiēt vos ut deo arbitret̄ ſe preſtare obſequm· zelū dei habētes· ſed nō ſcd̄m ſcienciam· Hoc enī de iudeis dictū debem᷒ accipere de quibꝰ dixerat· extra ſinagogam faciēt vos. Nā teſtes ideſt martires xp̄i· eciā ſi occiſi ſūt a gētilibꝰ non tñ illi arbitrati ſūt deo· ſ; dijs ſuis falſis obſequm ſe preſtare iudeoꝝ aūt omnis q̄ occidit predicatores xp̄i· deo ſe putauit preſtare obſequiū credēs q̄ deſererent deum iſrabel· q̄cunq; conuerterent̄ ad chriſtum· Hinc ergo accenſi & zelum dei habentes· ſed non ſecundum ſcienciam· obſequium ſe deo preſtare credentes· occidebant eos· Chriſoſtomus· Deinde conſolatōnem inducit dicens· Et hec omnia facient vobis quia non nouerunt patrem neq; me· Quaſi diceret· Sufficit vobis in conſolatōnem propter me & patrem hec pati.

Auguſtinus· Ne autem ignaros atq; imperitos animos ma'a improuiſa· q̄uis cito tranſitura turbarent hanc fuiſſe cauſam ut hec eis prenunciaret· oſtendit ſubdēs· Hec locutus ſum vobis ut cum venerit hora eorum reminiſcamini q̄ dixi vobis· Hora eorum· hora tenebroſa· hora nocturna. Sed nox iudeorum ſeparatum a ſe diē xp̄ianoꝝ nulla cōfuſione fuſcauit Chriſo· Sed & p̄pt aliam cauſā hoc p̄dixit· vt nō dicēnt· q̄m ñ p̄uidit futura· & hoc ſignificat· cū dicit· Remiſcamini q̄ ego dixi vob̄· & vt nō poſſent dicē q̄m blādiēs nob̄ ea q̄ ad g̃ciam dicebat ſolū· cui᷒ aūt gracia hoc a p̄ncipio nō dixit· oſ͞dit dicēs· Hec aūt ab

initō vobis ñ dixi· q̄ vobiſcū erā· q̄ ſcilicet ī cuſtodia mea eratis· & licitū erat īterrogare q̄n volebatis & ſup me totū p̄eliū vertebat̄· Vnde ſupfluū erat hoc a p̄ncipio vob̄ dicē· nō quia hec tunc nō nouerā p̄pterea non dixi· Augu· Sed alij tres euangeliſte eum predixiſſe iſta demonſtrāt· anteq̄ ventum eēt ad cenam· q̄ peracta ſcd̄m iohannē iſta locut᷒ eſt· An forte hinc iſta ſoluit̄ queſtio· q̄ & illi eum narrāt p̄ximum fuiſſe paſſioni cū hoc diceret. Non ergo ab initō quādo cū illis erat· Sed matheus nō ſolum immi nēte paſſione· ver᷒ eciā ab initō hec denūciata eē cōmemorat· Quid ſibi ergo vult q̄ hic dicit· hec aūt ab initō non dixi: niſi quia ea que hic dicit de ſpiritusancto q̄ ſit ventur᷒ ad eos & teſtimonium p̄hibitur᷒ quādo mala paſſuri ſūt· hec eis ab initō non dixit· q̄m cum ipſis erat. & ei᷒ p̄ñcia cōſolabant̄· Abſceſſurus aūt oportebat ut diceret illum eē venturum· per quē caritate diffuſa in cordibꝰ ſuis verbum dei cum fiducia predicarent Chriſ. Vel predixit quidē q̄m flagella pacient̄· Non autē q̄ mors eoꝝ reputaret̄ ut dei cultura· quod maxime poterat eos attonitos facere· Vel quia illic ea q̄ a gentibꝰ debebant pati dixit· hic autem & iudaica adiecit· Textus

Et nunc vado ad eum qui me miſit· & nemo ex vobis interrogat me quo vadis· Sed quia hec locutus ſum vobis· triſticia impleuit cor veſtrum· Sed ego veritatem dico vobis expedit vobis vt ego vadam· Si enim non abiero. Paraclitus non veniet ad vos· ſi autem abiero· mittam eum ad vos Et cum venerit· ille arguet mundum de peccato· de iuſticia· & iudicō· De peccato quidem quia non crediderunt in me De iuſtitia vero quia ad patrē vado· & iam non videbitis me· De iudicō autem q̄ princeps mundi huius iam iudicatus eſt·

Chriſoſtom᷒· Quia diſcipulos non dum perfectos triſticia impugnabat· eos dominus increpando dirigit dicens· Et nunc vado ad eum qui me miſit & nemo ex vobis interrogat me quo vadis: Audientes enim quoniam qui interficiet vos opinabit̄ ſe obſequium preſtare deo· ita ceciderunt· vt nihil ei loquerentur· Et ideo ſubditur· Sed quia hec locutus ſum vobis ·triſticia impleuit cor veſtrum· Non parua autem & hec mitigatō ſcire eos quoniam ſciuerat dominus triſticie eorum ſuperabundāciam· & propter deſertionem eius & propter mala que didicerant ſe paſſuros· & neſciebant ſi poſſent viriliter ferre· Auguſtinus· Vel quia ſuperius interrogauerunt eum quo eſſet iturus· Et reſponderat eis· ſe iturum quo ipſi tunc venire non poſſent· nunc ita ſe promittit iturum· vt nullus eorum quo vadat· interroget· Et hoc eſt quod dicit· Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis· Euntem enim in celum non verbis queſierunt· ſed oculis deduxerunt· Videbat autem dominus quid ſua verba in eorum cordibus·

agerent · ſpiritualem quippe nondum interius ha-
bentes conſolationem. quam p ſpiritum ſanctum
fuerant habituri · id quod exterius in xp̄o videbāt
amittere metuebant · & quia ſe amiſſuros eſſe illo
vera denuntiante dubitare non poterant · cōtriſta-
batur humanus affectus · quia carnalis deſolaba-
tur aſpectus. Unde ſequitur · Sed quia hec locu-
tus ſum vobis · triſtitia implevit cor veſtrū · Nove-
rat autē ille quid eis potius expediret · quia viſus
interior · ipſe eſt melior quo eos conſolaturus erat
ſpiritus ſanctus · Unde ſubdit · Sed ego veritatē
dico vobis expedit vobis vt ego vadam. ¶ Chriſ.
quaſi diceret · Et ſi milies cōtriſtemini oportet vos
audire · quia me recedere vobis cōfert · Quid aūt cō-
ferat · oſtendit ſubdens · Si enim non abiero · para-
clitus non veniet ad vos ¶ Aug. primo de trini.
Hec autē dixit non ꝓpter inequalitatē verbi dei &
ſpiritus ſancti · ſed tanq̄ impedimēto eſſet preſen-
tia filij hoīs apud eos · q̄ minꝰ veniret ille q̄ minor
non eēt · quia nonſemetipſū exinanivit ſicut filius
formam ſervi accipiēs · Oportebat ergo vt auffer-
retur ab eoꝝ oculis forma ſervi · quam intuentes
hoc ſolum xp̄m eſſe putabant · quod videbāt. Vn̄
ſequitur. Si autem abiero mittam eum ad vos ·
¶ Augꝰ · Nunquid autē hic poſitus · eum non po-
terat mittere · quem ſcimus ſup eum baptizatum ve-
niſſe atq; manſiſſe? immo vero a quo ſcimus eū nun-
q̄ ſepabilē fuiſſe. Quid eſt ergo · Si nō abiero pa-
clitus non veniet ad vos · niſi non poteſtis capere
ſpiritum q̄diu ſcd̄m carnē noſſe perſiſtitis xp̄m ·
Xp̄o aūt diſcedēte corꝑalit̄ nō ſolū ſpiritꝰ ſāctus · ſꝫ
& pater & filius illis affuit ſpiritualiter ¶ Greg.
viij · mor. Ac ſi aperte diceret · Si ab intentionis
veſtre oculis corpꝰ nō ſubtraho · ad intellectū vos
inviſibilem p conſolatorem ſpiritum non perduco.
¶ Augꝰ · de ver · dn̄i · Hanc autem habitudinē ſpi-
ritus ſanctus paclitus attulit · vt ab oculis carnis
forma ſervi remota · quam de virginis vtero acce-
pit · in ipſa dei forma in qua patri equalis · etiam
cum in carne dignatus eſt apparere permanſit ·
purgata mentis acie oſtenderetur · ¶ Chriſoſto-
mus · Quid autem hic dicunt · qui non convenī-
entem de ſpiritu ſancto habent opinionem · Nunq̄d
expedit dominatorē abire · & ſervum accedere? Que
autē ſit vtilitas adventis ſpiritus oſtendit cū
ſubditur · Et cū venerit ille arguet mundū de pec-
cato de iuſtitia & de iuditio. ¶ Augꝰ · Nunquid
aūt xp̄s nō arguit mundū? an forte quia xp̄us in
iudeorū tm̄ gente locutus eſt · mundū nō videt̄ ar-
guiſſe? Spiritus aūt ſanctus in diſcipulis eius to-
to orbe diffuſis · non vnā gentē intelligit̄ arguiſſe
ſed mundū · Sed quis audeat dicere q̄ p diſcipu-
los xp̄i arguat mundū ſpiritus ſanctus. & non ar-
guat xp̄us · cum clamet apoſtolus · an experimen-
tum queritis eius qui in me loquit̄ xp̄s? Quos ita-
q̄ xp̄us. Sed dixit · Ille arguet mundū. quaſi di-
ceret · Ille diffundet in cordibꝫ veſtris charitatē ·

Sic enī timore depulſo arguendi habebitis liber-
tatem · Exponit deinde quid dixerit · dicēs · De pec-
cato quidem · quia non crediderūt in me · hoc enim
peccatum quaſi ſolum pre ceteris poſuit · quia hoc
manente · cetera detinent̄ · & hoc diſcedente cetera
dimittunt̄ · ¶ Auguſti · de verbis · domini · Sed
multum intereſt · vtrum quiſq; credat ipſū eē xp̄m
& vtrum credat in xp̄m · Nam ipſū eſſe xp̄m & de-
mones crediderunt · Ille vero credit in xp̄m · qui &
ſperat in xp̄m · & diligit xp̄m · ¶ Aug · ſup iohan-
nē · Arguit̄ ergo mundus de peccato quia in xp̄m
non credit · Et arguit̄ de iuſtitia eoꝝ qui credūt ·
Ipſa quippe fidelium comparatio · infidelium eſt vi-
tuperatio · de iuſticia vero quia ad patrem vado ·
Et quoniam iſta vox infideliū eſſe conſuevit · quo-
modo credimus quod nō videmus · Ideo credentiū
iuſtitiam ſic oportuit definiri · quia ad patrem va-
do · & iā nō videbitis me · Beati enī qui non vident
& credunt · Nā & qui viderunt xp̄m · nō in eo lau-
data eſt fides eoꝝ · quia credebant · quod videbant
id eſt filium hominis · ſed quia credebant quod nō
videbāt id eſt filium dei · Cum vero & ipſa forma
ſervi ſubtracta eoꝝ eſſet aſpectibus · tunc ex omni
parte impletum eſt · iuſtus ex fide vivit · Erit ita-
q; noſtra iuſtitia de qua mundus arguit̄ · quoniā
in me quem non videbitis · credetis · Et quando
me videbitis · quod tunc ero videbitis me · non
quod ſum vobiſcū modo · Non videbitis mortalem ·
ſed ſempiternū · Dicēdo enī · Iā non videbitis me
velut nūq̄ eos de cetero viſuros xp̄m ꝓnūtiavit ·
¶ Augꝰ de ver · dn̄i · Vel aliter illi nō crediderūt
ipſe ad patrem vadit · Illoꝝ ergo peccatum · ipſiꝰ
autem iuſtitia · Quod enim a patre ad nos venit ·
miſericordia eſt · Iuſtitia vero q̄ ad patrem vadit
ſcd̄m illud apoſtoli · Propter quod & deus exalta-
vit illum · Sed ſi ſolus vadit ad patrem quid no-
bis prodeſt? An ideo ſolus quia xp̄us vnus eſt cū
omnibus membris ſuis · tanq̄ caput cum corpore
ſuo · Arguitur ergo mundus de peccato in eis qui
non credunt in xp̄m · & de iuſtitia in eis qui reſur-
gunt in membris xp̄i · Sequit̄ de iudicio autē q̄a
princeps mūdi huius iam iudicatus eſt · id eſt dia-
bolus ꝓnceps iniquoꝝ qui corde nō habitāt niſi in
hoc mūdo quē diligūt · hoc aūt ipſo q̄ foris miſſus
eſt iudicatꝰ ē · & de hoc iuditō mūdꝰ arguit̄ · q2 fru-
ſtra de diabolo querit̄ qui nō vult credere in xp̄m
quē iudicatū id eſt foras miſſum & ꝓpter noſtram
exercitatōē forinſecus expugnare ꝑmiſſum nō ſo-
lū viri · ſꝫ etiā mulieres & pueri & puelle martires
vicerūt · ¶ Aug · ſup iohannē · Vel iudicatus eſt ·
q̄m iuditō ignis eterni irrevocabilit̄ deſtinatꝰ eſt
Et de hoc iudicio mūdus arguit̄ · q̄m cū ſuo ꝓnci-
pe iudicat̄ · quē ſupbū atq; impiū imitat̄ · credant
itaq; hoīes in xp̄m · ne arguant̄ de peccato infideli-
tatis ſue · quo peccata omnia detinētur tranſeant
in numerum fidelium · ne arguantur de iuſtitia eo-
rum q̄ iuſtificatos non imitant̄ · Caveant futurū

iudicium. ne cum mundi principe iudicentur. quẽ iudicatum imitant̃. ¶ Chriſ. Vel aliter arguet mundum de peccato id eſt omnem eorum excuſationem abſcidet. & oſtendet eos peccaſſe non credentes in me. dum videbunt ſpiritus ſancti donationẽ ineffabilem inuocato me fieri. ¶ Aug. de queſtio. & vete. teſtamenti. Hoc etiam modo ſpiritus ſactus de peccato arguit mundũ. quia in nomine ſaluatoris qui reprobatus eſt a mũdo virtutes operatus eſt. Saluator autẽ ꝓbata iuſtitia nõ trepidauit reuerti ad eum. qui ſe miſerat. & ꝑ id quod regreſſus eſt probauit ſe inde veniſſe. Unde ſequitur. Et de iuſtitia. quia ad patrem vado. ¶ Chri. Id eſt ire ad patrem erit argumentum ꝙ irreprehenſibilem agebam vitam. vt nõ poſſint adhuc dicere quoniam hic homo peccator eſt. & non eſt ex deo. Rurſus quoniam expugnauit aduerſarium Nequaꝗ̄ autẽ peccator exiſtens expugnaſſet. non poſſunt dicere ꝙ demonium habeo. & ꝙ ſeductor ſum. Quoniam autem condemnatus eſt ꝓpter me. ſcient ꝙ conculcabunt eum poſtea. & ꝙ reſurrectionez meam manifeſte ſcient. non enĩ me valent detinere. ¶ Aug. de que. ve. & no. teſta. Videntes etiam demones animas de inferis ire ad celos. cognouerunt adiudicatum eſſe principem huius mundi. vt reus factus in cauſa ſaluatoris que tenebat. amitteret. Hec quidez aſcendente ſaluatore viſa ſunt. ſed ſuperueniente in diſcipulis ſpiritu ſancto palam aperteq; manifeſta ſunt. Textus

¶ Adhuc multa habeo vobis dicere. ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis. docebit vos omnem veritatem. Non enĩ loquetur a ſemetipſo. ſed quecunq; audiet. loquet̃. & que ventura ſunt. annunciabit vobis. Ille me clarificabit. q2 de meo accipiet. & annunciabit vobis. Omnia quecunq; hꝫ pater. mea ſũt. ꝓpterea dixi vobis. q2 de meo accipiet. & annũciabit vob̃. ¶ Theophi. Quia ſup̃ dixerat dominus expedit vobis vt ego vadam. iam hoc amplificat dicens. Adhuc multa habeo vobis dicere. ſed nõ poteſtis portare modo ¶ Aug. Omnes heretici audacias figmentoꝝ ſuoꝝ quas maxime exhorret ſenſus humanus. hac occaſione euangelice ſententie colorare conantur quaſi hec ipſa ſint. que tunc diſcipuli portare non poterant. & ea docuerit ſpiritus ſãct9. que palam docere atq; predicare ſpiritus erubeſcit immundus. ſed alia ſunt mala que portare non poteſt. qualiſcunq; pudor humanus. & alia ſunt bona que portare non poteſt paruus ſenſus human9. Iſta ſunt in corporibus impudicis. illa remota ſũt a corporibus vniuerſis. Quis autem noſtrum audeat eorum ſe dicere capacez. que illi capere non valebant. ac ꝑ hoc nec a me expetenda ſũt. vt dicant̃ Sed dicet aliquis. ſic multi poſſunt quod tunc nõ poterat petrus. ſicut multi poſſunt martirio coronari. quod tunc non poterat petrus. preſertim iam miſſo ſpiritu ſancto. qui tunc nondum erat miſſus Sed nunquid ideo ſcimus. que ſunt. que dicere voluit? abſurdiſſime enim mihi videtur dici tunc nõ potuiſſe portare diſcipulos. que de altiſſimis rebus inuenimus in apoſtolicis litteris. que poſtmodum ſcripta ſunt. Nec ea dominũ dixiſſe narrat̃. peruerſarum quidem ſectarum homines ferre non poſſunt. quod in ſcripturis ſãctis de fide catholica reperitur. ſicut nos ferre non poſſumus ſacrilegas eorum vanitates. Quid enĩ eſt ferre non poſſe. niſi equo animo non habere. Quis autẽ fidelis vel etiã cathecuminus anteꝗ̄ ſpiritum ſanctum baptizatus accipiat. nõ equo animo legit. atq; audit. etiam ſi nõ intelligit ea que poſt aſcenſionez dñi ſcripta ſunt? Dicet autem aliquis. Nihil ne ſpirituales viri habent in doctrina quod carnalibus taceant. & ſpiritualibus eloquant̃? Nulla quidem neceſſitas eſt. vt aliqua ſecreta doctrine taceantur fidelibus paruulis. ſeorſum dicenda maioribus. ſed ſpiritales ſpiritualia carnalibus nõ omnino taceant. ꝓpt̃ catholicam fidem que omnib9 predicanda eſt. Nec tamen ſic ediſſerant. vt volentes ea percipere ad intelligentiã. non capacibus facilius faſtidire faciãt in veritate ſmonẽ ꝙ̄ in ſmone ꝑcipi veritatẽ. Non ergo in hiis domini verbis neſcio que ſecreta ſuſcipimus. que cum dici a docente poſſint. portari a diſcente non poſſint. Sed ea ipſa que in doctrina religionis in quorumlibet hominum notitia dicimus. ſi vellet nobis xp̄us dicere. ſicut ea dicit angelis ſuis. qui nam homines portare poſſent. etiã ſi eẽnt ſpiritales. quales adhuc apoſtoli nõ erãt. Nam vtiꝙ quicquid de creatura ſciri poteſt. minus eſt ipſo creatore. Et quis eum tacet. Quis autem viuens in hoc corpore poſſet omnem cognoſcere veritatẽ? cũ dicat apoſtolus ex parte ſcimus. Sed q2 ꝑ ſpiritum ſanctum fit. vt ad ipſam quoq; plenitudinẽ veniamus. de qua idem dicit apoſtolus. Tunc aũt facie ad faciem. Non quod eſt in hac tm̃ vita dominus nobis promiſit dicens. Cum autẽ venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. vel deducet vos in omnem veritatem. quo verbo intelligimus eius nobis plenitudinez in vita alia reſeruari. Ipſe autem ſpiritus ſanctus & nunc docet fideles. ꝗ̄ta quiſq; poteſt capere ſpiritalia. & in eorum cordibus deſiderium maius accendit. ¶ Didimus. Vel hoc dicit ꝙ auditores verborũ eius. nondum fuerant omnia conſecuti que poſtea pro nomine eius ſufferre poterant. ſed aliqua tradens eis. illa que maiora erant. in poſterum diſtulit. que tunc non poterant niſi primitus in capite noſtro magiſterium & forma crucis preiret. Adhuc etiam typo legis & vmbre & imaginibus ſeruientes non poterant veritatem cuius vmbram lex portabat. inſpicere. Cum autem venerit ſpiritus veritatis. diriget vos in omnem veritatem. ſua doctrina & inſtitutione nos transferens. a morte littere ad ſpiritũ viuificantez in quo ſolo omnis

ſcripture veritas poſita eſt. ¶ Chriſ. Quia ergo di
xerat. Nunc non poteſtis portare tunc autem pote
ritis. Et quomā ſpiritus ſanctus ducet vos in om-
nē veritatē. Ne hoc audiētes maiorē ſpm̄ ſāctū exi
ſtimēt. ſubiūgit Nō eī loq̄tur a ſemetipſo. ſ; q̄cunq̄
audiet. loq̄tur. ¶ Aug. Simile ē hoc ei q̄d de ſeip
ſo dixit Nō poſſum a meipſo facē q̄cq̄. ſ; ſic audio
iudico. ſ; illd ſcd̄m hoīez poſſe accipi dici? Cū igr̄
ſpūs ſāct? nulla ſuſceptōe cum ſq̄uā creature crea-
tura ſit factus q̄ō de illo hoc īntelligendū eſt: Sic
itaq̄ debemus accipere vt intelligamus non cū eē a
ſeipſo. Nam filius de patre natus eſt. & ſpūs ſāct?
de patre procedit. Quid aūt illic interſit. inter pro-
cedere & naſci. & longū eſt diſſerere. & temerariū
definire. Audire aūt illi ſcire eſt. ſcire vero eē. Quia
ergo nō eſt a ſemetipſo. ſed ab illo a quo procedit.
a quo illi eſt eſſentia ab illo ſcia. ab illo igitur au-
dientia. Semp itaq̄ audit ſpūs ſanct?. q̄ꝛ ſemper
ſcit. ab illo ergo audiuit. audit. & audiet. a quo ē
¶ Didy. Ait ergo. Non loquetur a ſemetipſo. hoc
eſt. non ſine me & ſine meo & patris arbitrio q̄ꝛ n̄
ex ſe eſt. ſed ex patre & me eſt. Hoc em̄ ipm̄ q̄ ſub
ſiſtit & loquitur. a patre & a me illi eſt. Ego veri
tatem loquor. ideſt inſpiro que loquor. Siquidem
ſpūs veritatis eſt. Dicere aūt & loqui in trinitate.
non ſecundum cōſuetudinem noſtram accipiendū
eſt. ſed iuxta formam incorporalium naturarum.
& maxime trinitatis. que volūtatem ſuam inſerit
cordib; credentium. & eoꝝ qui audire eum ſūt di-
gni. Loqui ergo patrem & audire filium eiuſdem
nature in patre & filio cōſenſuſq̄ ſignificatū eſt.
Spūs vero ſanctus qui eſt ſpiritus veritatis. ſpi-
rituſq̄ ſapientie. non poteſt filio loquente audire
que neſcit. cum hoc ipm̄ ſit quod profertur a filio.
ideſt procedens veritas a veritate. conſolator ma-
nans a conſolatore. deus de deo ſpiritus veritatis p̄
cedens. Denique ne quis illum a patris & filij volū-
tate & ſotietate diſcerneret. ſcptum eſt. ſed que au
diet. loquetur. ¶ Aug?. iij. de trinitate. Non aūt
hinc efficitur vt minor ſit ſpiritus ſanctus. ſecun-
dum hoc enim dictum eſt q̄ de patre procedit.
¶ Aug?. ſuper iohānem. Nec moueat q̄ verbum
futuri temporis poſitum eſt. Illa quippe audientia
ſempiterna eſt. q̄ꝛ ſempiterna ſcientia. In eo autē
q̄ ſempiternū eſt. ſine initō & ſine fine cuiuſlibet
temporis verbū ponatur. q̄uis em̄ natura illa im-
mutabilis non recipiat fuit. & erit. ſed tm̄ eſt. nō
tamen mendaciter dicimus. fuit & eſt. & erit. fuit
q̄ꝛ nunq̄ defuit. erit q̄ꝛ nunq̄ deerit. eſt q̄ꝛ ſemp ē
¶ Didy. Per ſpūm etiam veritatis futurorum ſā
ctis viris ſcientia certa conceditur. Vnde & ꝓphe
te hoc eodem repleti ſpiritu prenūtiabant & quaſi
preſentia intuebantur. q̄ erant deinceps ſecutura.
vnde ſequitur. Et que ventura ſunt annūtiabit vo
bis. ¶ Beda. Conſtat q̄ꝛ multi ſpiritus ſancti gr̄-
tia repleti. que ventura erant. agnouerunt. Sed
q̄ꝛ multi varijs coruſcant virtutibus. nec tam̄ que

ventura ſunt. agnoſcunt. poteſt hic ſermo ſic acci
pi. que ventura ſunt vobis annūtiabit ideſt gau-
dia vobis celeſtis patrie ad memoriam reducet.
Ventura vero apl'is nuntiauit. mala ſcilicet que
pro confeſſione xp̄i erant paſſuri. & bona que pro
eiſdem malis erant percepturi. ¶ Chriſ. Eleuauit
igitur per hoc eorum mentem. cum ad nihil ita a-
uidū ſit humanum genus vt ad ſciendum futura.
Ab hac igitur eos eruit ſollicitudine. oſtendens
quoniam futura eis pericula predicet. vt non inci-
dant non obſeruantes. Deinde oſtendens quoniā
dixerit omnem veritatem. in quā ſpiritus ſanct?
adducet. ſubiungit. Ille me clarificabit. ¶ Aug.
Quia ſcilicet diffundendo in credentium cordib;
caritatem. ſpiritualeſq̄ faciendo. declarauit eis. q̄li
ter patri filius eēt equalis. quem ſecundum carnē
prius tantūmodo nouerant. & hominem ſicut ho-
mines cogitabant. Vel certe. q̄ꝛ per ipſam clarita-
tem fiducia repleti & timore depulſo. ānuntiaue-
runt hominibus xp̄m. ac ſic fama eius diffuſa eſt
toto orbe terrarum. Quod enim facturi erant in ſpi
ritu ſancto hoc eūdem ſpiritum dixit eē facturum.
¶ Chriſoſtomus. Et quia dominus dixerat. magi
ſter veſter vnus eſt xp̄s. vt & ſpiritus ſanctus
ſuſcipiatur ab eis. ſubiūxit. Quia de meo accipiet.
& annūtiabit vobis. ¶ Didy. Accipere hic vt di
uine nature conueniat intelligendū eſt. Quomodo
enim filius dans non priuatur hijs que tribuit.
neq̄ cum damno ſuo impertitur alijs. ſic & ſpirit?
ſanctus. non accipit quod ante non habuit. Si eī
prius quod non habebat accepit. tranſlato in aliū
munere vacuus largitor effectus eſt. Sic igitur
ſpiritum ſanctum a filio accipere id quod ſue natu
re fuerat. cognoſcendum eſt. & non aliam dantez
& accipientem. ſed vnam ſignificare ſubſtantiā.
Siquidem & filius eadem a patre ſuſcipere dicit̄.
in quibus ipſe ſubſiſtit. Neq̄ enim quid aliud eſt fi
lius. exceptis his que ei dantur a patre. Neq̄ alia
eſt ſpiritus ſancti ſubſtātia preter id quod ei dat̄
a filio ¶ Auguſtinus. Non autem propterea ſicut
quidam heretici putauerunt. minor eſt filio ſpiri-
tus ſanctus. quia filius accipiat a patre. ſpiritus
ſanctus a filio. quaſi quibuſdam gradibus natura
rum. Vnde ipſe queſtionem ſoluens cur hoc dixe-
rit. explanat dicens. Omnia que habet pater mea
ſunt. propterea dixi vobis. quia de meo accipiet.
& annuntiabit vobis. ¶ Didymus. quaſi diceret
Licet a patre procedat ſpiritus veritatis. tamen
quia omnia que habet pater mea ſunt. & ipſe p̄ris
ſpiritus meus eſt. & de meo accipiet. Caue autem
ne cū iſta dicūtur. putes rē eē aliquā & poſſeſſiōez
q̄ a p̄re habeatur ac a filio. Veꝝ q̄ h̄t p̄r iuxta ſubſtā
tiā idē eternitatē. imutabilitatē. bonitatē. hec ea-
dē h̄t & fili? ꝓcul hic abſint dialecticoꝝ tēdicule.
dicūt ei ḡ & p̄r ē fili?. Si aūt dixiſſet. oīa quecūq̄
h̄t de? mea ſūt. haberet occaſiōez impietatis cōſurgen
di. Cum vero dixerit. Omnia que h̄t pater. mea

ſunt· patris nomine ſed filium declarauit· paternitatē q̄ filius erat. nō vſurpauit· q̄uis ⁊ ipſe p̄ adoptionis gratiam multorum ſanctorum ſit pater· ¶ Hilari. viij· de trinita. Non ergo in incerto dominus reliquit vtrum ex patre an ex filio ſpirit⁹ paraclitus eſſe putet̄. a filio enim accepit ꝙ ab eo mittit̄ ⁊ a patre ꝓcedit· Et interrogo vtrū id ipſum ſit a filio accipere quod a patre procedere. Certe id ipſum atq̄ vnum eſſe exiſtimabit̄ a filio accipere· quod ſi acciperet a patre· Cum em̄ ait· omnia quecūq̄ habet pater ſua eē· ⁊ idcirco dixiſſe de ſuo accipiendum eē· docet etiam a patre accipienda a ſe tamē accipi· quia omnia que patris ſunt. ſua ſūt Nō habet hec vnitas diuerſitatem· nec differt a q̄ acceptū ſit· q̄d datū a patre. datū referat̄ a filio·

¶ Modicū ⁊ iā nō videbitis me· ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitis me q̄ꝛ vado ad p̄rēꝫ Dixerūt ḡ ex diſcipul̄ ei⁹ adinuicē· Quid eſt hoc q̄d dicit nob· modicū ⁊ nō videbitis me. ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me· q̄a vado ad patrē? Dicebāt ergo· q̄d eſt hoc q̄ꝺ dicit nobis modicū· Neſcimus· quid loquit̄. Cognouit autē ihesus quia volebant eum interrogare. ⁊ dixit eis. De hoc queritis inter vos· quia dixi vobis· modicum ⁊ non videbitis me· Amē amē dico vobis. quia plorabitis ⁊ flebitis vos. mund⁹ autem gaudebit· Vos aūt contriſtabimini· ſed triſtitia veſtra vertet̄ in gaudium. mulier cum parit triſtitiam habet· quia venit hora eius. Cum autē peperit filium· iam nō meminit preſſure ꝓpter gaudium· quia natus eſt homo in mundū· Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis· Iterum autē videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ veſtrum· ⁊ gaudiū veſtrum nemo tollet a vobis· ¶ Chriſ· Poſtq̄ dn̄s diſcipulos releuauit p̄ ea que de ſpiritu ſancto promiſit· rurſus eoꝝ oppreſſit ſenſum dicens. Modicū ⁊ iam non videbitis me· Hoc autē facit· vt aſſuefaciat eos per triſtium audicionem. bene ferre ſuam ſeparationem· eam em̄ que dolet animam ⁊ a triſtitia multa detinet̄· nihil ita cōſueuit q̄etare. vt que triſtitiā pariunt· verba reuoluta cōtinue ¶ Beda. Dicit em̄ modicum ⁊ iam non videbitis me· quia tentus eſt nocte illa a iudeis· ⁊ in mane crucifixus ⁊ ſepultus ab humanis eſt ſecluſus obtutibus· ¶ Chriſ· Si vero quis diligenter ſcrutabitur· hoc conſolationis eſt dicere quoniam ad patrē vado. hoc em̄ eſt oſtendere ꝙ non perierit. ſed mors eius tranſlatio ſit· ⁊ aliam cōſolationē eis impoſuit cum adiecit· ⁊ iterum modicū ⁊ videbitis me· oſtdens quoniam ⁊ redibit ⁊ in pauco erit ſeparatio ⁊ continua que cum eis coexiſtentia· ¶ Aug· Hec autē verba domini obſcura erant diſcipulis· anteq̄ id quod dicit· eſſet impletum. Vnde ſequit̄· Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem· quid eſt hoc ꝙ dicit nobis modicū ⁊ non videbitis me· ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me· quia vado ad patrem· ¶ Chriſ· Hoc aūt nō intelligebant· aut ꝓpter triſtitiam que ām̄ouebat a mente eoꝝ ea que dicebantur. aut ꝓpter immanifeſtationē eoꝝ que dicebant̄· idcirco videbat̄ eis duo contraria ponere· non exiſtentia contraria· Si em̄ videbimus te aiunt· quomō vadis? ſi vero vadis· qualiter te videbimus? ꝓpterea dicunt· Quid eſt hoc quod dicit nobis modicū· neſcimus quid loquit̄· ¶ Aug· Nā in precedentibus quia non dixerat modicū ſed dixerat· ad patrē vado· aperte illis viſus eſt loqui· Nūc ergo quod illis tūc obſcurū fuit· ⁊ mox manifeſtum eſt· iam nobis vtiq̄ manifeſtum eſt. Poſt paululum em̄ paſſus eſt ⁊ non viderunt eū· rurſus poſt paululū reſurrexit ⁊ viderūt eū. dic aūt· Et iam videbitis me· quia ſcilicet mortalē xp̄m vlterius nō viderent ¶ Alch· Vel aliter modicum tēpus eſt futurum. quo nō videbitis me· id eſt illud triduū quo in ſepulchro quieuit· ⁊ iterum eſt modicum futurum tempus quo videbitis me· id eſt illi ·xl· dies in quibus eis ſepius poſt paſſionē ſuā vſq̄ ad tempus aſcenſionis ſue apparuit. ⁊ ideo illo modico tempore videbitis me· quia vado ad patrem· quia nō ſemp̄ in terra corporaliter ſum manſurus· ſed per humanitatem quam aſſumpſi· aſcēſurus in celum· Sequit̄· Cognouit autem ihesus quia volebant eū interrogare ⁊ dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi vobis modicum ⁊ nō videbitis me. Amē amē dico vobis q̄ꝛ plorabitis ⁊ flebitis vos· Ignorantiam ipſorum pius magiſter intelligens ſcd̄m illoꝝ dubitationem reſpondit· quaſi expoſiturus quid eſſet quod dixit ¶ Aug⁹· Quod ſic accipi poteſt· quia contriſtati ſunt diſcipuli de morte dn̄i· ⁊ confeſtim de reſurrectione letati· Mundus autem quo nomine ſignificati ſūt inimici a quib⁹ xp̄us occiſus eſt· tunc vtiq̄ letati ſūt occiſo xp̄o quando ſūt diſcipuli contriſtati· Vnde ſequit̄· Mundus autem gaudebit· vos autem contriſtabimini· ſed triſtitia veſtra vertet̄ in gaudiū· ¶ Alcbui· Sed ⁊ cunctis fidelib⁹ cōuenit hic ſermo domini· qui per lacrimas preſſuraſq̄ preſentes ad gaudia eterna contendunt· Flentibus autē iuſtis mundus gaudet· quia in preſenti delectant̄· alterius vite nulla gaudia ſperantes· ¶ Chriſ· Deinde oſtendens quoniam triſtitia parit gaudiū ⁊ quoniam triſtitia breuis. Letitia vero infinita eſt· ad exemplum venit mundanum dicens. Mulier cum parit triſtitiam habet· quia venit hora ei⁹ Cum autē peperit puerum· iam non meminit p̄ſſure ꝓpter gaudiū q̄a natus eſt homo in mūdum· ¶ Aug⁹· Iſta ſimilitudo ad intelligendū non videt̄ eſſe difficilis· q̄m cōparatio eius in ꝓmptu eſt eodem ipſo exponente cur dicta ſit. Nam ſequit̄· Et vos igit̄ nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum aūt videbo vos· ⁊ gaudebit coꝛ veſtrū· Parturitio quippe triſtitie· partus autem gaudio compat̄· quod tunc magis eſſe cōſueuit quando non puella· ſed puer naſcit̄· Quod vero ſubdit· Et gaudiū veſtrū nemo tollet a vob· q̄a gaudiū ipoꝝ ip̄e ihesus eſt. ſignificat q̄d ait apoſtol⁹· xp̄us reſurgēs

ex mortuis iam non moritur. ¶ Chriſ. ſignificat
etiam predicto exemplo quoniam ſoluit ipſe mor
tis preſſuras & nouum hominē regenerans eſſe fe-
cit. & non dixit quoniam non erit ei tribulatō. ſed
neq; meminit eius. tantum eſt quod ſuccedit gau-
dium. Ita erit & ſanctis. Et non dixit quoniam
natus eſt puer. ſed quoniam homo. occulte ſuam
reſurrectionem inſinuans. ¶ Aug?. de futuris vi-
ſione & gaudio. que ſuperius dicta ſunt. melius
exiſtimo intelligi. Modicum & iam non videbitis
me. Modicū em̄ eſt hoc totum ſpatiū. quo preſens
peruolat ſeculum. Ideo nanq; addidit. quia vado
ad patrem. quia ad ſuperiorē ſententiam referendū
eſt. vbi ait. Modicum & iam nō videbitis me. Nō
ad poſteriorem vbi ait. Modicum & videbitis me.
Eundo quippe ad patrem facturus erat vt eum nō
viderent. Illis ergo ait. Modicū & iam non vide-
bitis me. Qui eum corporaliter tunc videbant. quia
iturus erat ad patrem. & eum deinceps mortales
viſuri non erant. qualem cum iſta loquebat᷑. vide-
bant. Quod vero addidit. Et iterum modicū & vi-
debitis me. vniuerſe ꝓmiſit eccleſie. hoc autē mo
dicum longum nobis videt᷑. quoniam adhuc agit᷑
cum finitum fuerit. tunc ſentiemus ꝙ modicum fu
erit. ¶ Alchui. Mulier autē ſancta eccleſia eſt.
ꝓpter fecunditatem bonorum operum. & quia ſpi-
ritales deo filios generat. Hec mulier dū parit id
eſt dum in mūdo virtutū ꝓfectibus inſiſtit. dum
vndiq; temptatur & affligit᷑. triſtitiam habet de
hoc quia venit hora eius vt patiat᷑. quia nemo car
nē ſuam odio habuit ¶ Aug. Nec tamē in huius
gaudij pturitione. ſine gaudio triſtes ſum?. ſed ſi
cut apoſtolus ait ſpe gaudentes. quia & ipſa mu-
lier parturiens cui cōparati ſumus. plus gaudet de
mox futura prole. ꝙ triſtis eſt de preſenti dolore.
¶ Alchui. Sed cum peperit id eſt cum deuicto
laborum certamine ad palmam puenerit. iam non
meminit preſſure ꝑcedentis. ꝓpter gaudiū ꝑcepte
retributionis. quia natus eſt homo in mundū. Si-
cut em̄ mulier nato in hoc mundo homine letatur.
ita eccleſia nato in vitam eternā fidelium populo
exultatione repletur. ¶ Beda. Nec nouum debet
videri ſi natus dicat᷑ qui ex hac vita migrauerit.
Sicut em̄ conſuete naſci dicit᷑. cum quis de te ro
matris ꝓcedens in hāc lucē ingredit᷑. Ita pt̄ nat?
appellari qui ſolutus a vinculis carnis ad lucē eter
nam ſublimat᷑ Vn̄ ſanctoꝝ ſollennia nō funebria
ſed natalicia vocant᷑ ¶ Alch. Quod aūt dic. Ite-
rum videbo vos. i. aſſumā vos ad meipſū. vel iterū
videbo vos. i. iterū videdus apparebo & gaudebit
cor veſtrū ¶ Aug. Hūc em̄ totius laboris ſui fru
ctum eccleſia nūc parturit deſiderando. tunc eſt pa
ritura cernendo. Et ideo maſculum quoniā ad iſtū
fructum contēplatōis cūcta offitia referunt᷑ actōis
Solus em̄ liber eſt qui ꝓpter ſe appetit᷑. nō refert᷑
ad aliud. huic ſeruit actio. Ad hoc enim refert᷑
quicquid bene agit᷑ ibi eſt finis qui ſufficit nobis.
Eternus igit᷑ erit. Neq; em̄ finis nobis ſufficit. ni
ſi cuius nullus eſt finis. De hoc igitur quod ſuf-
ficit nobis rectiſſime audimus. Gaudium veſtrum
nemo tollet a vobis. ¶ Textus
¶ Et in illo die me non rogabitis quicq̄. Amen
amen dico vobis ſiquid petieritis patrem in nomi-
ne meo dabit vobis. Vſq; modo nō petiſtis quicq̄
in nomine meo. Petite & accipietis. vt gaudiū ve
ſtrum ſit plenum. Hec in prouerbijs locutus ſum
vobis. venit hora cum iam non in ꝓuerbijs loquar
vobis. ſed palam de patre annuntiabo vobis. In il
lo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis. qz
ego rogabo patrem ꝓ vobis. Ipſe em̄ pater amat
vos. quia vos me amaſtis. & credidiſtis. quia a deo
exiui. Exiui a patre. & veni in mundū. iterum re
linquo mundū. & vado ad patrem. ¶ Chriſ. Rur
ſus oſtendit dn̄s ꝙ expedit eum abire cū dicit. Et
in illo die me nō rogabitis quicq̄. ¶ Aug?. Hoc
verbum quod eſt rogare. nō ſolum petere. verum
& interrogare ſignificat. Et grecum euangelium
vnde hoc tranſlatum eſt. tale habet verbum. quod
vtrūq; poſſit intelligi. ¶ Chriſ. Dicit ergo in illo
die ſcilicet cū reſurrexero. me non rogabitis quic-
quam id eſt non dicetis. oſtēde nobis patrē & quo
vadis. quoniam ſcietis ꝑ ſpiritum ſanctum. Vel
non rogabitis me. id eſt non indigebitis media-
tore ad impetrandum. ſed ſufficiet nomen meum.
quod inuocantes omnia accipietis. Vnde ſequit᷑.
Amen amen dico vobis. ſiquid petieritis patrē in
nomine meo dabit vobis. Oſtendit autē nominis
virtutem. ſi non viſus neq; rogatus. ſed nomina
tus ſolum apud patrem facit mirabilia. Non ergo
ait exiſtimetis quia de reliquo non ero vobiſcum.
vos derelictos eſſe. Nomen enim meum maiorem
dabit vobis ſecuritatem. Vnde ſequit᷑. Vſq; mo-
do non petiſtis quicq̄ in nomine meo. petite. &
accipietis. vt gaudium veſtrum ſit plenū ¶ The.
Alacritas em̄ veſtra tūc erit integerrima cū ad vo
ta vobis petita ſuccedent ¶ Chriſ. Quia igit᷑ obum
brata erant que dicta ſunt. ſubiunxit. Hec in ꝓuer
bijs locutus ſum vobis. venit hora cum iam non in
ꝓuerbijs loquar vobis. id eſt erit tempus. quan-
do ſcietis omnia manifeſte. dicit aūt reſurrectionis
tēpus. Sed palā de patre ānuntiabo vobis. Etem̄
xl. dieb9 diſputauit cū eis cōgregatis loq̄ns de re-
gno dei Et nūc inquit in timore exiſtētes nō atten
ditis hijs q̄ dicunt᷑. Tunc autē reſuſcitatū viden-
tes poteritis palā oīa dicere. ¶ Theo. Adhuc pre
bet illis fiduciam quoniam recipient in temptatio
nibus auxilium deſuper. cum ſubdit. In illo die in
nomine meo petetis. & adeo aſſero vobis patrem
fauere ꝙ neq; interuentu meo vlterius indigebi-
tis. Vnde ſubdit. Et non dico vobis quia ego ro-
gabo patrem pro vobis. Ipſe enim pater amat
vos. Porro ne reſiliant a domino. velut eo vlteri?
nō egētes. ſubiūgit. Quia vos me amaſtis. quaſi di
ceret. Ob hoc diligit vos pat᷑. qz vos me dilexiſtis.

Cum itaq; exciderit is ab amore meo· confeſtim & a paterno decidetis. Aug. Sʒ nūquid ideo amat ille quia nos amamus· an potius quia ille amat· ideo nos amamus? Hoc ipſe euāgeliſta in epiſtola ſua dicit. Nos diligamus quia ipſe prior dilexit nos· Amat ergo nos pater. quia nos amamus filium. cum a patre & filio accepimus vt & patrē amemus & filiū· Amauit ipſe q̄d fecit. ſed nō in nobis faceret quod amaret· niſi anteq̄ id faceret· nos amaret. Hila. vj. de trinita. Caret etiā apud patrem interceſſionis neceſſitate perfecta de filio fides qui q̄ a deo exierit credit atq; amat· & per ſeipſam iam & audiri meret̄ & amari· natum ex deo filium miſſumq; cōfeſſā. Vnde ſequit̄. Et credidiſtis· quia a deo exiui· Natiuitas itaq; eius & aduentus oſtendit̄· cum ſubdit· Exiui a patre & veni in mundū· Alterum in diſpenſatione· alterum in natura eſt. A prē em̄ veniſſe & a deo exiſſe nō eſt ſignificationis eiuſdem. cū aliud ſit a deo in ſubſtātiam natiuitatis exiſſe. aliud a patre in hunc mundum ad cōſumanda ſalutis noſtre ſacramēta veniſſe. Cum autē exire a deo ſit ex natiuitate ſubſiſtē quid aliud q̄ deus eē poſſet. Chriſ. quia vero reſurrectionis ſermo nō modicū eos mittigabat· & cum hoc audire q̄ a deo exiuit· & illuc vadit. cōtinue ea circumuoluit· Vnde ſequit̄. Iteru reliq̄ mundum· & vado ad patrem· Nam hoc quidem certificabat quoniam recte in ipſū credebant· hoc vero quoniā ſub munitione eius futuri erāt. Aug. Exijt em̄ a patre quia de patre eſt. In mundū venit· quia mundo ſuū corpus oſtendit· Mundū reliquit corporali diſceſſione perrexit ad patrē hominis aſcēſione· nec mundū deſeruit p̄ſentie gubernatione. q̄a ſic in mundū venit exiens a patre vt nō desereret patrem· Sed dn̄m iheſū xp̄m poſteaq̄ reſurrexit· & interrogatū legimus & rogatū. Nā interrogat? eſt a diſcipulis aſcenſurus in celū qn̄ regnū reſtitueret iſrael. rogatus eſt a ſteffano cū eſſet in celo. vt ſpiritū eius ſuſciperet· Et quis audeat dicere rogandun non eſſe immortalem. rogari debuiſſe mortalem. Puto ergo quod dicit. in illa die me non rogabitis quicq̄· non ad illud tēpus referendum eē quo reſurrexit· ſed ad illud quando videbimus eum· ſicuti eſt· que viſio non temporalis vite eſt· ſed eterne. vbi iam nihil rogemus nihil interrogemus· q̄a nihil deſiderandū remanebit· nihil querendum latebit. Alchui. Sic ergo dicit. In futuro me non rogabitis quicq̄. Sed interim dum in peregrinatione huius miſerie conuerſamini. ſi petieritis patrem dabit vobis. Vnde ſubdit· Amen amen dico vobis· ſiquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Aug? Hoc quod ait· ſiquid. nō quodlibet intelligit̄. ſed aliq̄d quod non in beate vite cōparatione ſit nihil· Non autē petit̄ in nomine ſaluatoris quicquid petitur contra rationem ſalutis· Non em̄ ſonum litterarum aut ſillabarum· ſed quod ſono recte ac veraciter intelligit̄. hic accipiendū eſt cum dicit· in nomine meo· Vnde qui hoc ſentit de xp̄o quod non eſt de vnico filio dei ſentiendū. non petit in eius nomine· Qui vero quod eſt de illo ſentiendū ſentit· ipſe in eius nomine petit· & accipit quod petit ſi nō cōtra ſuam ſalutē ſempiternam petit· accipit aūt quando debet accipere. Quedam em̄ non negant̄· ſed vt congruo dent̄ tempore differunt̄· Ita ſane intelligendum eſt quod ait· Dabit vobis· vt ea beneficia ſignificata ſciant̄· hijs v̂bis que ad eos qui petūt. p̄prie pertinent· Exaudiunt̄· quippe omnes ſancti p̄ ſeipſis· non autē p̄ omnibus· quia non vnicuiq; dictum eſt· dabit. ſed dabit vobis· Quod aūt ſequitur. Vſq; modo nō petiſtis quicq̄ in nomine meo. duobꝰ modis intelligi poteſt· vel quia in nomine meo non petiſtis· quod nomen non ſicut cognoſcendum eſt· cognouiſtis· vel non petiſtis quicq̄ quoniam in cōparatione rei quam petere debuiſtis pro nihilo habendū eſt. quod petiſtis· Vt igit̄ in nomine eius non nihil· ſed gaudiū plenū petant· ſubdit· petite & accipietis. vt gaudiū veſtrum ſit plenum· Hoc q̄d dicit gaudiū plenū non carnale· ſed ſpiritale gaudiū eſt· Et quando tantū erit· vt aliquid ei iam non ſit addēdum· tūc erit plenum·

Augu. p̄mo de trinitate· Hoc aūt ē plenū gaudium veſtrū q̄ ampli? non eſt. frui. deo· trinitate ad cui? imaginē facti ſum?· Augu· ſup iohannē Quitq̄d ergo petit̄ quod p̄tinet ad hec gaudiū cōſequēdum· hoc eſt in nomine xp̄i petendū· Iſto em̄ bono in petendo p̄ſeuerātes ſanctos ſuos nequaq̄ miſericordia diuina fraudabit· Quitq̄d autē aliud petit̄· nihil petit̄· nō q̄ꝛ nulla res ē. ſed quia in tāte rei cōparatōne quitq̄d aliud cōcupiſcit̄· nihil eſt Sequit̄· Hec in p̄uerbijs locut? ſū vob· venit hora cū iam nō in p̄uerbijs loquar vobis. ſ; palam de patre annunciabo vobis. Poſſem dicere hāc de qua loquit̄ horā· futuꝝ ſeculū intelligi· vbi videbimus palam quod apoſtolus dicit facie ad faciem· vt q̄d ait· hec in p̄uerbijs locut? ſum vobis· hoc ſit q̄d ab apoſtolo dictum eſt· Videm? nunc p̄ ſpeculum in enigmate· Annunciabo aūt vob q̄ꝛ p̄ filiū pat̄ videbit̄. Neq; em̄ patrem q̄s cognoſcit niſi fili? & cui voluerit fili? reuelare. Greg· xxx· moꝝ. Palā quippe de patre annūtiare ſe aſſerit. quia per patefactam tunc maieſtatis ſue ſpeciem· & quomodo ipſe gignenti non impar oriat̄· & quomodo vtrorumq; ſpiritus vtriq; coeternus procedat· oſtendet

Auguſtinus· Sed iſtum ſenſum videtur impedire quod ſequitur. In illo die in nomine meo petetis· In futuro enim ſeculo quid petituri ſumus quando ſatiabitur in bonis deſiderium noſtrum· Petitio nanq; alicuius eſt indigentie. Relinquitur itaq; vt intelligatur iheſus diſcipulos ſuos de carnalibus vel animalibus ſe ſpiritales eſſe facturum· Homo autem animalis ſic audit quecunq; audit de dei natura· vt aliud q̄ corpus cogitare non poſſit· Ideo prouerbia illi ſunt quecunq; dicta

ſapientie de incorporea immutabiliqꝫ ſubſtantia.
non ꝙ tanq̄ prouerbia deputet. ſed quia ſic cogi-
tat quomodo. qui prouerbia ſolent audire neqꝫ in
telligere. Cum vero ſpiritalis ceperit omnia diju
dicare. etiam ſi in hac vita velut per ſpeculum &
ex parte perſpicit. tamen nullo corporis ſenſu.
nulla imaginaria cogitatione. ſed mentis certiſſi-
ma intelligentia capit deum non corpus eē. ſed ſpi
ritum. Ita palam de patre annuntiante filio vt
eiuſdem ſubſtantie conſpiciat̄ & ipſe qui annun-
tiat. tunc in eius nomine petunt. qui petunt. quia
in ſono eius nominis nō aliud q̄ res ipſa eſt. que
hoc nomine vocat̄. intelligunt. Hij poſſunt cogita
re dominum noſtrū iheſū xp̄m inquantū homo eſt
pro nobis interpellare patrē. Inquantū deus eſt.
nos exaudire cum patre. quod eum ſignificaſſe ar
bitror. vbi ait. Et nō dico vobis q̄a ego rogabo pa
trem ꝓ vobis. Ad hoc quippe intuendū quomodo
non rogat patrem filius. ſed ſimul exaudiant ro-
gantes pater & filius. nō niſi ſpiritalis oculus mē
tis aſcendit. Textus

Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palam lo-
queris. & ꝓuerbiū nullum dicis. nunc ſcimus q̄a
ſcis omnia. & non eſt opus tibi vt quis te interro
get. In hoc credimus. quia a deo exiſti. Reſpon-
dit eis iheſus. Modo creditis? Ecce venit hora &
iam venit. vt diſpergamini vnuſquiſqꝫ in ꝓpria.
& me ſolū relinquatis. & non ſum ſolus. quia pa-
ter mecū eſt. Hec locutus ſum vobis. vt in me pa-
cem habeatis. In mundo preſſuram habebitis. ſed
confidite. ego vici mundū. Chriſ. Quia diſci pu
los hoc maxime reſpirare fecit ꝙ erant patris ami
ci. ꝓpterea dicunt ſe cognoſcere ꝙ oīa noſſet. Vn-
de ſequit̄. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc pa
lam loqueris. & ꝓuerbiū nullū dicis. Aug. Cū
autem adhuc ꝓmittat̄ futura illa hora in qua ſine
ꝓuerbijs locuturus eſt. cur iſti hoc dicūt. niſi quia
illa que ſcit ipſis non intelligentibꝫ eſſe ꝓuerbia.
vſqꝫadeo non intelligunt. vt nec ſaltem non ſe in-
telligere intelligant. Chriſ. Quoniam aūt ad id
quod in eoꝝ mēte erat. reſpondit. ſubdūt. Nūc ſci-
mus quoniam ſcis omnia. vides qualiter impfecte
ſe habebant. qui poſt tot & tanta demonſtrata di
cunt. Nunc ſcimus. & hoc dicunt tanq̄ ei quan-
dam gratiam tribuentes. & non eſt opus tibi vt
quis te interroget. hoc eſt. anteq̄ audias. noſti ea
que ſcandalizant nos. & quieſcere nos feciſti di-
cens. Quoniam pater vos amat. Auguſtinus.
Quid ergo vult ſibi. ꝙ ei quem ſciebant noſſe om-
nia. cum dicere debuiſſe videant̄. non eſt opus tibi
vt q̄cq̄ interroges. dicendū potius putauerūt. Nō
eſt opus tibi vt quis te interroget. quod vtrūqꝫ
legimus factum. & interrogaſſe ſcilicet dominū &
interrogatum fuiſſe. Sed hoc cito ſoluit̄. qui hoc
non ei. ſed illis potius opus erat quos interrogat
vel a quibus interrogabatur. Neqꝫ em̄ aliquos ille
interrogabat. vt ab eis aliquid diſceret. ſed eos po

tius vt doceret. & qui interrogabāt eum volentes
ab eo aliq̄d diſcere illis ꝑfecto id opus erat. vt ſci-
rent ab eo aliqua. qui nouerat omnia. Ille aūt nō
opus habebat. vt ꝙ ab eo ſcire quiſqꝫ vellet. per ip
ſius cognoſceret interrogationem. quia priuſq̄ in
terrogaret̄. interrogatoꝝ nouerat voluntatē. Pre
uidere autē cogitationes hominū. magnū domino
non erat. ſed magnū paruulis erat qui ſubdūt. In
hoc credimus. quia a deo exiſti. Hila. vj. de tri.
Per id em̄ credūt ꝙ a deo exijt. quia ea que dei ſūt
agit. Nam cum dominus vtrunqꝫ dixiſſet. a deo ex
iui & a patre veni. in hunc mundū. nihil admirati
onis in eo habuerunt. quod frequent̄ audierant.
Vnde non addunt. A patre veniſti in hunc mun-
dum. Sciebant em̄ a deo miſſum. Et exiſſe tamen
a deo neſciebant. Inenarrabilem vero illam filij na
tiuitatem per virtutem dicti iſtius intelligentes.
tunc primum ceperunt aduertere. cum illum ſine
ꝓuerbijs ꝓfitent̄ eē locutū. Non em̄ ꝑ cōſuetudinē
hūanī partus deus ex deo naſcit̄. cꝰ a deo exitō po
tius q̄ partꝰ ē. Eſt em̄ vnꝰ ex vno. nō eſt portio.
nō eſt defectō nō eſt diminutō. nō derivatio. nō eſt
ꝓtenſio. nō paſſio. ſed viuentis nature ex viuente
natiuitas eſt. Deus ex deo exiens eſt. non creatu
ra in dei nomē electa. nō vt eēt cepit ex nihilo. ſed
exijt a manentē & exiſſe ſignificationem habet na-
tiuitatis. non inchoationis. Aug. denīqꝫ de ip-
ſa eoꝝ etate adhuc ſcd'm interiorem hominē parua
& infirma eos admonet. Vnde ſubdit̄. Reſpon-
dit eis iheſus. Modo creditis. Beda. Quod duo
bus modis pronuntiari poteſt affirmando ſcilicet
& inſultādo. Si inſultando. hic eſt ſenſus. tradius
ad credendū euigilaſtis. Ecce em̄ venit hora & ce-
tera. Si affirmando. ſenſus eſt. Verum eſt quod
creditis. Sꝫ ecce venit hora vt diſpergamini vnꝰ
quiſqꝫ in ꝓpria & me ſolum relinquatis. Augꝰ.
Non em̄ quando comprehenſus eſt. tantumodo car
ne ſua eius carnē veꝝ etiā mente reliquerūt fidē.
Chriſ. Dicit autē diſpergamini. ſcilicet quando
tradar. tantum em̄ vobis dominabit̄ timor. vt ne-
qꝫ ſimul poſſitis recedere. Sed ego ex hoc nullum
paciar malum. Vnde ſubdit. Et non ſum ſolus q̄a
pater mecū eſt. Aug. Ad hoc intelligendū eos
volebat extendi & creſcere. ne ſic a patre filium co-
gitarent exiſſe. vt putarent etiam receſſiſſe. Dein-
de ſermonem concludit dicēs. Hec locutus ſum vo
bis vt in me pacem habeatis. Chriſ. i. vt non
abijciatis me a mēte veſtra. Non em̄ nunc ſolum
quādo cōprehendar. fient vobis aduerſa ſed donec
eritis in mundo tribulationē habebitis. Et hoc eſt
quod ſubdit in mundo preſſuram habebitis. Gre.
xvj. mora. Quaſi diceret. ſit vobis de me interius
qđ cōſolando reficiat. qꝛ erit de mūdo exteriꝰ qđ ſe
uiēdo grauit̄ ꝓmat. Aug. illud initiū habitura
fuerat iſta ꝑſſura De q̄ dicit. Venit hora vt diſper
gamini vnuſq̄ſqꝫ in ꝓp̄a. ſꝫ nō eo mō erat pſeuera-
tura. Quod em̄ adiūxit. Et me ſolū relinq̄tis. non

vult eos tales eſſe in conſequenti preſſura· quā p⁹
eius aſcenſionem fuerant in mūdo habituri· vt re-
linquant eum. ſed vt in illo pacem habeant perma
nentes in eo· Vnde ſequit̄· Sed cōfidite ¶ Chri·
i· reſurgite mente· Magiſtro em̄ ſuperante inimi-
cos non oportet diſcipulos anxiari· Vnde ſubdit·
Quia ego vici mundū· ¶ Aug⁹· Dato autē ſpiri
tu ſancto cōfiderunt· & vicerūt· nō niſi in illo· Nō
em̄ viciſſet ille mundū· ſi mēbra eius vinceret mū-
dus. Cum autē dicit· Hec locutus ſum vobis· vt
in me pacē habeatis· non recētiora pauloante ab eo
dicta· ſed omnia debemus accipere· ſiue quecūq; il
lis locutus eſt ex quo eos cepit habere diſcipulos
ſiue ex quo poſt cenam exorſus eſt· hunc mirabilē
prolixumq; ſermonem· Hanc em̄ cauſam commen-
dauit ſermonis ſui vt in illo pacem haberent· hec
pax finem temporis nō habebit· ſed omnis pie no
ſtre intentionis actionisq; finis ipſa erit·

¶ Capitulum· xvij·

Hec locutus eſt ihesus· & suble-
uatis oculis in celū dixit· Pater
venit hora· clarifica filiū tuū· vt
filius tuus clarificet te· Sicut de
diſti ei poteſtatem omnis car-
nis· vt omne quod dediſti ei det
eis vitam eternam· Hec eſt autez vita eterna· vt
cognoſcant te ſolum verum deū· & quē miſiſti ihe
ſum xp̄m· Ego te clarificaui ſup terram· Opus cō
ſumaui· quod dediſti mihi· vt facerem· Et nūc cla
rifica me tu pater apud temetipſū· claritate quam
habui p̄uſq̄ mūd⁹ fieret apud te ¶ Chriſ· q̄a dixe
rat dn̄s· In mūdo preſſuram habebitis· poſt admo
nitionē in orationē cōuertit̄· erudiens nos in tri-
bulationib⁹ omnia dimittētes ad deū refugere Vn̄
dicit̄· Hec locutus eſt ihesus· ¶ Beda· illa intelli
gi debent que in cena locutus eſt· quedam quidem
ſedendo vſq; ibi· Surgite eamus hinc· Deinde ſtā
do vſq; ad hymni finez· Cuius hoc eſt initium· Et
ſubleuatis oculis in celū dixit· Pater venit hora·
clarifica filiū tuū· ¶ Chriſ· Propter hoc in celū
oculos eleuauit· vt nos doceret extenſionē que eſt
in orationib⁹ vt ſtantes ſurſū aſpiciamus· non ocu
lis carnis ſolū· ſed & mētis· ¶ Aug· Poterat aūt
dominus in forma ſerui ſi hoc opus eſſet· orare ſilē
tio· Sed ita ſe patri exhibere voluit p̄catorem· vt
meminiſſet noſtrum ſe eſſe doctorem· Proinde nō
ſolum ad ipſos ſermotinatō· ſed etiā p ipſis ad pa
trem oratio diſcipulor̄ eſt edificatio· Profecto &
noſtrū qui fueramus cōſcripta lecturi· Hoc autem
quod ait· Pater venit hora· oſtēdit omne tēp⁹ &
q̄d quādo faceret· vel fieri ſineret· ab illo eē diſpoſi-
tū· qui tēpori ſubdit⁹ nō eſt· Nō aūt credat̄ hec ho-
ra fato vrgēte veniſſe· ſed deo potius ordināte· Ab-
ſit em̄ vt ſidera mori cogerent ſiderū cōditorem·
¶ Chriſ· iij· de trini· Non diē aūt non tēpus· dſe
horā veniſſe dicit· In hora diei portio eſt· Et que
erat hec hora· Iam nūc cōſpuēdus· flagellandus·
crucifigendus erat· ſed clarificat pater filiū· Sol
decurſu operis defecit· & interitū ſuū cū eo reliqua
mūdi elementa ſenſerunt· ad onus domini in cruce
pendentis· terra tremuit· & eū qui moriturus erat·
intra ſe conteſtata eſt non capere· Proclamat cen
turio· Vere filius dei erat iſte· p̄dictioni conſentit
effectus· Dominus dixerat· Clarifica filium tuū
non ſolū nomine conteſtatus eſt eſſe ſe filiū· ſed &
p̄prietate qua dicit̄ tuū· Multi em̄ nos filij dei· ſed
non talis hic filius· hic em̄ p̄prius & verus eſt fili-
us origine· non adoptione· veritate· non nuncupa-
tione· natiuitate non creatione· Ergo poſt clarifi-
cationē eius veritatē cōfeſſio ſecuta eſt· Nam verū
dei filium centurio cōfitet̄· ne quis credentium am
bigeret· quod aliquis pſequentium non negaſſet·
¶ Aug⁹· ſed ſi paſſione clarificatus dicit̄· quan-
tomagis reſurrectione? Nam in paſſione magis eē
humilitas q̄ claritas commēdat̄· Quod ergo ait·
Pater venit hora· clarifica filiū tuū· ſic intelligen-
dū eſt· tāq̄ dixerit· venit hora ſeminā de humilita-
tis· fructū nō differas claritatis ¶ Hila· iij· de tri
nitate· Sed forte infirmus reperiet̄ filius dum cla
rificationē potioris expectat· Et q̄s nō patrē potio
rē cōfidebit̄ cū ipſe dicat· Pater maior me eſt: Sz
cauendū eſt· ne apud imperitos gloriam filij honor
patris infirmet· Nam ſequit̄· vt filius tuus clari-
ficet te· Non ergo infirmus eſt filius· vicē clarifica
tionis ipſe cum clarificandus ſit redditurus· Er-
go expoſtulatio clarificatōis dande· viciſſimq; red
dende eandem in vtroq; oſtendit diuinitatis virtu-
tem· ¶ Aug· Merito aūt querit̄ quomō patrē cla
rificauerit fili⁹· cū ſempiterna claritas patris· nec
diminuta fuerit in forma humana· nec augeri po-
tuerit in ſua perfectione diuina· Sed apud homi-
nes minor erat quando in iudea tatumodo deus no-
tus erat· Quia vero p euangelium xp̄i factum eſt·
vt pater innoteſceret gentibus· patrē clarificauit
& filius· Dicit ergo· Clarifica filium tuū vt filius
tuus clarificet te ac ſi dicat· reſuſcita me vt innote
ſcas toti orbi per me· Deinde magis pandens quo-
modo clarificet patrem filius ſubiungit· Sicut de-
diſti ei poteſtatem omnis carnis· vt omne quod
dediſti ei det eis vitam eternam· Omnem carnem
dixit omnem hominem· a parte totum ſignifi-
cans· Hoc autem q̄ poteſtas chriſto a patre data
eſt omnis carnis· ſecundū hominez intelligendum
eſt ¶ Chriſ· iij· de trinitate· Caro em̄ factus ipſe
vite eternitatē erat caducis & corporeis & morta-
libus redditurus· ¶ Hilarius· ix· de trinita· Vel
acceptio poteſtatis ſola eſt ſignificatio natiuita-
tis· in qua accepit id quod eſt· Nō eſt infirmitati
datō deputāda· cū in eo ſigficet̄ pat̄ eē q̄d dederit·
& in eo fili⁹ de⁹ maneat· q̄ vite eterne dāde ſūſerit
p̄tatē· ¶ Chri· Dic aūt· dediſti ei p̄tatez oīs carnis
vt oſ̄dat q̄ nō ad iudeos ſolos ſua p̄dicatō· ſ; ad to
tū orbē terrar̄ extēdet̄· Sz q̄d eſt q̄d dic· oīs car-
nis· Non em̄ vtiq; oēs crediderūt· Et q̄dez quantū

Johis 17

ex eo eſt. omnes crediderũt. ¶Si vero non attendebant his que dicebantur. non eius qui dicebat. ẽ criminatõ. ſed eoꝝ qui non ſuſceperunt. ¶Aug. Dicit ergo. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis. ita te glorificet fili9. ideſt notũ te faciat omni carni quam dediſti ei. Sic enim dediſti vt omne quod dediſti ei. det eis vitam eternam. ¶Hilari. iij. de trinitate. Sed in quo tandem eternitatis vita eſt oſtendit. cũ ſubdit. Hec eſt aũt vita eterna vt cognoſcant te ſolũ verum deum. Vita eſt verum deum noſſe. Sed ſolũ hoc non facit vitam. quid ergo conectitur Et quem miſiſti iheſum xp̃m. ¶Hila. iiij. de trinitate. Dũ autem arriani intelligunt ſolum patrem verum deum. ſolum iuſtum. ſolum ſapientem. a cõmunione horum ſecundum hos filius ſeparatur. Soli enim vt aiunt ꝓpria non participantur ab altero. que ſi in patre ſolo & non in filio eẽ exiſtimabũtur. neceſſe eſt filius deus falſus & inſipiens eẽ credatur. ¶Hilar. v. de trinitate. Nulli aũt dubium eſt veritatem ex natura & ex virtute eẽ. Verum enim triticum eſt quod in far cõminutum & in panem coctum & in cibum ſumptũ. reddit ex ſe & naturam panis & munus. Quero ergo in quo filio veritas dei ſit. cui non deſit dei nec natura nec virtus. Nature enim ſue virtute vſus eſt. vt eẽnt que non erant. & fierent. que placerent. ¶Hilar. ix. de trini. An forte quod ait. te ſolum. communionem atq; vnitatem ſuam a deo ſeparat. Separat ſane ſi non ad id quod ait. te ſolũ verum deum. cõtinue ſubiecit Et quem miſiſti iheſũ xp̃m Per id enĩ eccleſie fides xp̃m verum deum confeſſa eſt. ꝙ ſolum verum deum confeſſa patrem ſit. Non enim vnigenito deo nature demutatõnem naturalis natiuitas intulit. ¶Aug9. vj. de trinitate. Videndum eſt ergo an intelligere cogamur. cum dictũ eſt patri. Vt cognoſcant te ſolum verum deum. tanꝙ hoc inſinuare voluerit. qꝛ & ſolus pater deus verus eſt. ne non niſi ipa tria ſimul. patrem & filium & ſpiritum ſanctum intelligeremus eẽ deum. Nũc ergo ex diuĩ teſtimonio. & patrem ſolum veꝝ deum dicimus. & filium ſolum deum verum. & ſpiritum ſanctum ſolum verum deum. & ſimul patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum. i. ſimul ipam trinitatem non tres veros deos. ſed vnum verum deum ¶Aug9. ſuper iohãnem. Vel ordo verborum eſt. vt te & quẽ miſiſti iheſũ xp̃m cognoſcant. ſolũ verum deum. Conſequenter enim & ſpiritus ſanctus intelligitur. qꝛ ſpiritus eſt patris & filij tanꝙ caritas cõſubſtantialis amboꝝ. Sic igitur filius glorificat te. vt omnibꝫ quos dediſti ei. te cognitum faciat. Porro ſi cognitõ dei eſt vita eterna. tantomagis in vita eterna quantomagis in hac cognitõne proficimus. Non autem moriemur in vita eterna. Tũc ergo dei cognitõ perfecta erit. quando nulla mors erit. ſũma tũc dei clarificatõ. qꝛ ſũma gloria. A veteribꝫ aũt gloria diffinita eſt frequens de aliquo fama cũ laude. Ac ſi homo laudatur. cum fame creditur. quomodo deus laudabitur. quando ipe videbitur. Propter quod ſcriptum eſt. Beati q̃ habitant. in domo tua in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. ibi erit dei ſine fine laudatõ. vbi erit dei plena cognitõ & ideo clarificatõ. ¶Aug9. primo de trinitate. Quod aũt dixerit famulo ſuo moyſi. Ego ſũ qui ſũ. hoc cõtemplabimur cum viuemus in eternum. ¶Aug9. iij. de trini. Cũ enĩ fides noſtra videndo fiat veritas. tũc mortalitatem noſtram cõmutatã tenebit eternitas. ¶Aug. ſuper iohãnem. Sed ꝓ̃us hic clarificatur deus. cũ annũtiatus hominibus innoteſcit & per fidem credentibꝫ predicatur. Propter quod dicit. Ego te clarificaui ſuper terram. ¶Hilari. iij. de trini. Hec quidem. clarificatõnis viciſſitudo non pertinet ad diuinitatis profectum. ſed ad honorem qui ex cognitione ignorantium ſuſcipiebatur. ¶Chri. Vnde bene dixit. ſuper terram. In celo enim glorificatus fuerat & in natura gloriam habens & ab angelis adoratus. Non igit̃ de illa gloria ait que ſubſtantie eius eſt. ſed de ea que ad culturam hominũ pertinet. Vnde ſubdit. Opus conſũmaui. quod dediſti mihi vt facerem. ¶Auguſtinus. Non ait iuſſiſti. ſed dediſti. vbi cõmendatur euidens gratia. quid enim habet quod ñ accepit etiã in vnigenito humana natura? Sed q̊modo conſũmauit opus. quod accepit. vt faciat. cũ reſtet adhuc paſſionis experimentum. niſi qꝛ conſũmaſſe ſe dicit quod ſe conſummaturum. certiſſime nouit. ¶Chriſoſto. Vel dicit. Conſũmaui. quaſi ea que ex parte mea ſunt omnia feci. aut qꝛ cũ id quod maximum eſt. factum eſt. dici poteſt totum iam factum eẽ. Radix enim bonorum ſubmiſſa erat. quã oĩo debebat ſequi fructus. Et quia his que futura erant. ipe iam aderat & copulabatur ¶Hilari. ix. de trini. Poſt que. vt meritum obedientie & ſacramentũ totius diſpenſationis intelligẽmus. adiecit. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipm ¶Aug9. ſup̃ dixerat. Pater venit hora clarifica filiũ tuũ. vt filius tu9 clarificet te In q̊ verborum ordine oſtenderat prius a patre clarificãdum filium. vt patrem clarificaret filius. Modo aũt dixit. Ego te clarificaui. & nunc clarifica me. tanꝙ prior ipe patrem clarificauerit. a quo deinde vt clarificetur. expoſcit. Ergo intelligendum eſt vtroq; verbo ſuperius vſum eo ordine quo futurũ erat. modo vero vſũ fuiſſe verbo preteriti temporis de re futura. velut ſi dixiſſet Ego te clarificabo ſup terram. opus conſũmando quod dediſti mihi. vt faciã. & nũc clarifica me tu pater. que ẽ oĩno eadem ſententia. niſi ꝙ hic additur clarificatõis modus cũ ſubdit̃. Claritate quã habui. priuſꝙ mũd9 fieret apd̓ te Ordo v̂boꝝ ẽ. quã habui apd̓ te. priuſꝙ mũdus eẽt. hoc q̊dã ſic ĩtelligẽdũ putauerũt. tanꝙ natura hũana q̃ ſuſcepta ẽ a v̂bo cõuerteret̃ ĩ v̂bũ & hõ mutaret̃ in deũ. imo ſi diligẽtius cogitem9. homo periret in deo. Non enĩ quiſꝙ ex iſta mutatõne hoĩs. vel duplicari dei v̂bũ dictur9 ẽ. vl̓ augeri

ſed quiſquis dei filium predeſtinatum negat· hunc
eũdem filium hominis negat· Cũ ergo videret il-
lius predeſtinate ſue glorificatõis veniſſe iam tẽ
pus· vt & nũc fieret ĩ reditõe· quod fuerat in pre-
deſtinatõne iam factum· orauit dicens· Et nũc cla-
rifica me tu pater &c̃· i· illam claritatem quam ha
bui apud te in predeſtinatõne tua· tempus eſt vt
apud te habeam etiã viuens in dextera tua ¶ Hil.
ij· de trinitate· Vel orabat vt id quod ex tp̃e erat
gloriam eius que ſine tp̃e eſt claritatis accipet· vt
in dei virtutem & ſpũs incorruptõnem transforma
ta carnis corruptõ abſorberetur· ¶ Textus

¶ Manifeſtaui nomen tuũ hominibus· quos dedi
ſti mihi de mũdo· Tui erant· & mihi eos dediſti·
Et ſermonem tuũ ſeruauerũt· & nũc cognouerũt·
quia omnia que dediſti mihi· abs te ſunt· q̃r verba
q̃ dediſti mihi· dedi eis· & ip̃i acceperũt· & cogno-
uerũt vere q̃r a te exiui· & crediderũt· q̃r tu me miſi
ſti· ¶ Chriſ. Quia dixerat. Opus conſummaui·
manifeſtat quale opus· vt ſcilicet nomen dei mani
feſtaret· vnde dicitur· Manifeſtaui nomen tuũ ho-
minib⁹ quos dediſti mihi de mũdo· Quod ſi de his
tm̃ dixit diſcipulis cũ quibus cenauit· non perti-
net hoc ad illam clarificatõnem de qua ſuperius lo-
quebatur· q̃ filius clarificat patrem. Quanta eſt ei
gloria· xij· vel· xj· innoteſcere potuiſſe mortalib⁹
Si aũt quod ait· Manifeſtaui nomen tuum homi-
nib⁹ quos dediſti mihi de mũdo· omnes intelligi vo
luit qui in eũ fuerãt credituri· eſt plane iſta clarifi
catõ qua filius clarificat patrem· & tale eſt quod
ait· Manifeſtaui nomen tuũ· quale illud quod ſu-
pra dixerat Ego te clarificaui· pro tempore futuro
& illic & hic preteritum ponens· Sed de his qui
iam erant diſcipuli· non de omnib⁹ qui in illũ fue-
rant credituri cũ hoc dixiſſe· ea que ſequũtur· cre-
dibilius demonſtrant· ab ip̃o ergo oratõnis ſue ex-
ordio omnes ſuos dñs volebat intelligi· quib⁹ no-
tum faciendo patrem clarificat eũ· Cũ em̃ dixiſſet·
fili⁹ tu⁹ clarificet te· mox queãdmodũ id fiẽt demõ
ſtrauit dicens. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis
carnis· Jam nũc quid de illis a quib⁹ tũc audieba-
tur· diſcipulis ſuis dicat· Manifeſtaui nomen tuũ
hominib⁹ quos dediſti mihi de mũdo Non ergo dei
nomen nouerãt cũ eẽnt iudei & vbi eſt quod legiť?
Not⁹ ĩ iudea de⁹· & ĩ iſrael magnũ nomẽ ei⁹ Ergo
intelligendũ eſt· Manifeſtaui nomen tuũ homini-
bus iſtis quos dediſti mihi de mũdo qui me audi-
unt· hec dicentem· Non illud nomen tuũ quod vo-
caris deus· ſed illud quod vocaris pater meus· q̃d
nomen manifeſtari ſine ip̃ius filij manifeſtatõne ñ
poſſit· Nam q̃ deus dicitur vniuerſe creature etiã
omnib⁹ gentibus anteq̃ in xp̃m crederent· nõ oĩ-
mode eẽ potuit hoc nomen incognitum· In hoc g̃
q̃ fecit hũc mũdum & anteq̃ imbuerentur in fide
xp̃i· notus in omnib⁹ gentib⁹ deus· In hoc aũt q̃
non eſt cũ dijs falſis colendus· notus in iudea deus
In hoc vero q̃ pater eſt huius xp̃i· per quẽ tollit

peccatum mũdi· hoc nomen eius prius occultum·
nũc manifeſtauit eis· quos dedit ei pať ip̃e de mũ
do· Sed quomodo manifeſtauit· ſi nondũ venit ho
ra? de qua ſuperius dixerat· q̃ veniet hora cũ iam ñ
in prouerbijs loquar vobis· proinde intelligendum
eſt pro tempore futuro· preteritum poſitũ ¶ Chr.
Vel q̃ ip̃m xp̃m· filium habeat· manifeſtauerat
eis iam & verbis & rebus· ¶ Aug⁹· Per hoc aũt
q̃ dicit· Dediſti mihi de mũdo· dictum eſt de illis
q̃ non eẽnt de mũdo Sed hoc eis regeneratõ p̃ſti
tit· non generatõ· Quid eſt aũt quod ſequitur· Tui
erãt & mihi eos dediſti· an aliquando habuit pater
aliquid ſine filio? abſit· Verũtamen habuit aliq̃d
aliquando dei filius· quod nondũ habuit· idem ip̃e
hoĩs filius· qui nondũ erat homo factus ex matre·
Quapropter· q̃ dixit· Tui erant non inde ſe ſepa-
uit dei filius· ſed ſolet ei tribuere om̃e quod poteſt
a quo eſt ip̃e· qui poteſt· Quod itaq̃ ait· Et mihi
eos dediſti· ſecũdum hominẽ ſe accepiſſe hanc po-
teſtatem vt eos haberet· oſtendit· & etiam ip̃e ſibi
eos dedit· Hoc eſt cum patre deus xp̃s· homini
xp̃o· quod cum patre non eſt Hoc aũt dixit· vt oñ
dat eam que ad patrem vnanimitatem· & quomã
placet patri vt filio credant· Vnde ſequitur· Et
ſermonem tuum ſeruauerunt· ¶ Beda· Sermonẽ
patris ſemetip̃m appellat· quia per ip̃m pater om-
nia condidit & in ſe continet omnes ſermones· ac
ſi diceret· Me memorie cõmendauerunt· vt nunq̃
obliuiſcantur· Vel dicit· Et ſermonem tuum ſer-
uauerunt· in eo ſcilicet q̃ mihi crediderunt· Vnde
ſequitur· Et nũc cognouerunt· q̃r omnia que dedi
ſti mihi abs te ſunt· Quidam aũt dicunt hanc eẽ lit
teram· Nũc cognoui quia omnia que dediſti mihi·
abs te ſunt· Sed hij non habent ratõnem· Quomõ
em̃ poterat ignorare filius que ſũt patris? ſed de di
ſcipulis dictum eſt· Quaſi diceret· didicerunt q̃ ni
hil eſt in me alienum extra te· & q̃ quecũq̃ doceo·
tua ſũt· ¶ Auguſtinus· Simul autem pater de-
dit ei omnia· cum genuit· qui habet oĩa ¶ Chriſo·
Et vnde didicerunt? ex verbis meis quibus docebã
eos· quoniam a te exiui· hoc enim per totum ſtude
bat oſtendere euangelium· Vnde ſequitur· Quia v̂
ba que dediſti mihi· dedi eis· & ipſi acceperunt·
¶ Aug⁹· i· intellexerunt atq̃ tenuerunt· Tũc em̃
verbum accipitur quando mente percipitur· Vnde
ſequitur· Et cognouerũt vere· quia a te exiui· Et
ne quiſq̃ putaret iſtam cognitõnem iam per ſpe-
ciem factam non per fidem· exponendo addit· & cre
diderũt· vt ſubaudiamus vere· quia tu me miſiſti·
Hoc itaq̃ crediderũt vẽ q̃d cognouerũt vẽ Jdẽ eĩ ẽ· a
te exiui· q̃d ẽ tu me miſiſti Quod aũt dicit Crediderũt
vẽ ĩtelligendũ eſt· ñ eo quo ſupra dixit· modo cre-
diderunt· ſed vere· ideſt quomodo credendum eſt
inconcuſſe· firme· ſtabiliter· non iam ad propria
redituri & chriſtum relicturi· Adhuc ergo diſci-
puli non erant tales· quales eos dicit verbis prete
riti temporis· quaſi iam eẽt prenũtians q̃les futuri

eẽnt accepto ſpiritu ſancto· Quomodo autem pater
ea verba filio dederit ·facilior queſtio videtur· ſi ſe
cũdum ꝙ eſt filius hominis accepiſſe a patre cre‑
datur· Si vero ſecũdum id ꝙ eſt de patre genitus
accepiſſe a patre iſta verba cogitatur· nihil ibi tẽ‑
poris cogitetur quaſi prius fuerit ⁊ ea ñ habuerit.
Quoniam quicquid deus pater deo filio dedit · gi‑
gnendo dedit · Textus

¶ Ego pro eis rogo· Non pro mũdo rogo. ſed ꝓ
his quos dediſti mihi · qꝛ tui ſunt · Et omnia mea
tua ſũt. ⁊ tua mea ſũt · ⁊ clarificatus ſum in eis ⁊
iam non ſum in mũdo. ⁊ hij in mundo ſũt · Et ego
ad te venio · pater ſancte ſerua eos in nomine tuo
quos dediſti mihi · vt ſint vnum · ſicut ⁊ nos vnũ
ſumus. Cum eẽm cũ eis ego ſeruabam eos in noı̄e
tuo · quos dediſti mihi · ego cuſtodiui · ⁊ nemo ex
eis perijt · niſi filius perditõis · vt ſcriptura imple
retur. Nũc aũt ad te venio · Et hec loquor in mũdo
vt habeant gaudium meum etiã impletum in ſe‑
metipſis · ¶ Chriſ· Quia multas a domino conſola
tões diſcipuli audientes nondũ perſuaſi erant · de
reliquo patri loquitur · dilectionem quam ad eos
habebat oſtendens. Vnde dicitur · Ego pro eis ro
go · quaſi diceret · nõ ſolũ que a me ſunt tribuo eis·
ſed ⁊ alium pro hoc rogo vt ampliorem oſtendat
amorem. ¶ Aug⁹. Cum aũt addit. Non pro mun
do · mũdum vult intelligi eos qui viuunt ſecũdum
cõcupiſcentiam mũdi · ⁊ non ſunt in ea ſorte gra‑
tie · vt ab illo eligantur ex mũdo · quam ſortem ſi‑
gnificat cum ſubdit. Sed pro his quos dediſti mi
hi · Per hoc enim ꝙ eos illi pater iam dedit · factũ
eſt vt non pertineant ad eum mũdum pro quo nõ
rogat. Neqꝫ autẽ quia pater eos filio dedit · amiſit
ipſe quos dedit · Vñ ſubdit · Quia tui ſũt. ¶ Chriſ
Frequenter aũt hoc ponit. Dediſti mihi · vt diſcat
quoniam patri hoc placet · ⁊ quoniã non vt alien⁹
veniens eos ſeduxit · ſed vt ꝓprios accepit. Dein
de ne quis eſtimet nouũ eẽ eius principatum ⁊ nu
per eos ſuſcepiſſe a patre · ſubiungit Et omnia mea
tua ſunt · ⁊ tua mea ſunt · Ac ſi dicat · Neqꝫ audiẽs
aliquis · quoniam mihi eos dediſti · eſtimet eos alie
nos eẽ a patre · mea enim eius ſunt · nec audiens q̃‑
niam tui erant · eſtimet alienos eos fuiſſe a me · que
enim ſunt eius · mea ſunt · ¶ Aug⁹. Satis autem
hic apparet · quoniam vnigeniti filij ſunt omnia q̃
ſunt patris · per hoc vtiqꝫ ꝙ etiã ipſe deus eſt · ⁊ de
patre natus · patri equalis · non quomodo dictum
eſt maiori ex duobus filijs. Omnia mea tua ſũt Illud
enim de omnibus dictum eſt creaturis · que infra
creaturam ſanctam rationabilem ſũt · Hoc aũt ita
dictum eſt · vt ſit hec etiã ipſa creatura rationalis q̃
non niſi deo ſubditur · Hec ergo cum ſit dei patris
non ſimul eẽt ⁊ filij · niſi patri eẽt equalis · Nefas
eſt eñ vt ſãcti de quibus hec locutus eſt cuiuſqꝫ ſint·
niſi eius a quo creati ⁊ ſanctificati ſũt Hoc autem
quod ait cum de ſpiritu ſancto loqueretur · Omnia
que habet pater · mea ſunt · de his dixit · que ad ip
ſam patris pertinent diuinitatem · Neqꝫ enim ſpũs
ſanctus de creatura que patri eſt ſubdita ⁊ filio fu
erat acceptur⁹ · cũ dicat de meo accipiet · ¶ Chri·
Deinde demonſtrationem predictorum ponit dicẽs
Et clarificatus ſum in eis Ex quo patet · quoniam
poteſtatem ſuper eos habeo quoniam glorificant
me tibi credentes ⁊ mihi · Nullus enĩ in quibus non
habet poteſtatem glorificatus eſt · ¶ Aug⁹. Di‑
cendo aũt iam eẽ factum · oſtendit iam fuiſſe prede‑
ſtinatum. ⁊ certum haberi voluit ꝙ eẽt futurum ·
Sed vtrum ipſa ſit clarificatio de qua dixerat · Et
nũc clarifica me tu pater apud temetipſm. Si enim
apud te · quomodo in eis? an cum hoc ipſm innoteſcit
eis. ⁊ per eos omnibus qui credũt eis quaſi teſtibꝰ
ſuis? vnde ſubdit. Et iam non ſum in mũdo · ⁊ hij ı̄
mũdo ſunt · ¶ Chriſo Hoc eſt. ⁊ ſi non appaream
ſecundum carnem · per hos glorificor · qui pro me
moriuntur · ſicut ⁊ pro patre ⁊ ꝑdicant me ſicut
⁊ patrem · ¶ Aug⁹. Sed ſi horam illam qua loq̄‑
batur attendas · vtriqꝫ in mũdo adhuc erant · Non
eñ ſecundum profectum cordis ⁊ vite id accipere
poſſumus · cum dicat · Iam non ſum in mũdo · Nũ‑
quid ergo fas eſt vt eum credamus aliquãdo mun
dana ſapuiſſe? Reſtat igitur vt ſecundum illud ꝙ
etiã ipſe in mũdo prius erat · in mũdo ſe dixit · iam ñ
eẽ preſentia corporali · an non cottidie dicimus? iã
non eſt hic · de aliquo quantotius abituro ⁊ maxi
me morituro · Vnde exponens cur hoc dixerit · ad‑
iecit · Et ego ad te venio · Cõmendat igitur patri
eos quos corporali abſẽtia relicturus eſt dicẽs Pa
ter ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mi‑
hi. Sicut homo deum rogat pro diſcipulis ſuis q̃s
accepit a deo. Sed attende quod ſequitur · Vt ſint
vnũ · ſicut ⁊ nos · Non ait vt ſimus vnum ipſi ⁊
nos · ſicut ⁊ nos vnum ſumus. Ipſi vtiqꝫ in natura
ſua vnum ſũt · ſicut nos in noſtra vnum ſumus ·
Quia enim vna eademqꝫ perſona eſt deus ⁊ homo.
intelligimus hominem in eo ꝙ rogat · ⁊ deum in
eo ꝙ vnum ſũt · ⁊ ille ⁊ ipſe quẽ rogat · Poterat q̃‑
dem dicere per id ꝙ eccleſie caput eſt · ⁊ corpus ei⁹
eccleſia · Ego ⁊ ipſi non vnum · ſed vnus ſumus ·
quia caput ⁊ corpus vnus eſt chriſtus · Sed diui
nitatem ſuam conſubſtantialem patri oſtendens ·
vult eẽ ſuos vnum · ſed in chriſto · non tm̃ per ean‑
dem naturam qua omnes ex hominibus mortalibꝰ·
equales angelis fiunt · ſed etiam per eandem in ean
dem habitudinem conſpirantem concordiſſimam vo
luntatem in vnum ſpiritum quodammodo carita‑
tis igne conflati · Ad hoc enim valet quod ait · vt
ſint vnum · ſicut ⁊ nos vnum ſumus · vt quemad
modum pater ⁊ filius non tm̃ equalitate ſubſtan‑
tie · ſed etiã volũtate vnum ſunt · ita ⁊ hij inter q̃s
⁊ deum mediator eſt filius Non tm̃ per hoc ꝙ eiuſ
dem nature ſũt · ſed etiam per eandem dilectionis
ſocietatem vnum ſunt · ¶ Chri· Rurſus vt homo
loquitur · ſubdens · Cum eẽm cum eis ego ſeruabã
eos in nomine tuo · hoc eſt per tuum adiutorium ·

humane eñ loquitur. & ad eoꝝ mentem eſtimantium ꝙ maiorem quandam haberent vtilitatem ab eius preſentia. ¶ Aug⁹. In nomine eñ patris ſeruabat diſcipulos ſuos filius homo cū eis humana preſentia cōſtitutus. Sed & pater in nomine filij ſeruabat quos in nomine filij petentes exaudiebat Neqꝫ hoc tam carnaliter debemus accipere velut viciſſim nos ſeruent pater & filius. ſimul eñ nos cuſtodiunt & pater & filius & ſpūs ſanctus. Sed ſcptura nos non leuat. niſi deſcendat ad nos. Intelligamus ergo cū ita dñs loquitur. perſonas eum diſtinguere. non ſepare naturam. Quando ergo ſuabat diſcipulos ſuos filius. pſentia corporali. nō expectabat pater ad cuſtodiendū ſuccedere filio diſcedenti. ſed eos ambo ſeruabāt potentia ſpiritali. & quando ab eis abſtulit filius preſentiā corporalem. tenuit cū patre cuſtodiam ſpiritalem. qꝛ & cuſtodiendos quando filius homo accepit. cuſtodie paterne non abſtulit. & cū pater filio cuſtodiēdos dedit. non dedit ſine ipō cui dedit. ſed dedit homini filio. non ſine deo eodē ipō filio Sequit̄ eñ. Quos dediſti mihi ego cuſtodiui & nemo ex ipis perijt. niſi filius perditōnis. i. traditor xp̄i perditōni predeſtinatus. vt ſcriptura impleretur. que ſcilicet de illo maxime in pſalmo centeſimo octauo ꝓphetat̄ ¶ Chriſ. Et mirū ſolus ille tūc perijt. ſed multi poſtea. Dicit aūt. Nemo ex eis perijt. i. quantū ex mea parte. non perdam quod manifeſtius alibi dicit. Non eijtiam foras. Si vero per ſeipſos exilient. non ex neceſſitate ad me traho. Sequitur Nūc aūt ad te venio. Sed qꝛ poſſet aliquis querere Nūquid non potes eos cōſeruare recedens: poteſt quidem. Sed cuius gratia hoc dicat. oſtendit ſubdēs. Et hec loquor in mūdo. vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipis. id eſt vt non tumultuentur imperfectiores exiſtentes. per quod indicauit ꝙ ꝓpter eoꝝ gaudium & requiem. omnia hec infima loquebatur. ¶ Aug⁹. Vel aliter. quod ſit hoc gaudium. iam ſuperius expreſſum eſt. vbi ait Vt ſint vnū ſicut & nos vnū ſumus. Hoc gaudium ſuū. i. a ſe in eos collatū. in eis dicit implēdū. ꝓpter quod ſe locutū dixit in mūdo. Hec eſt pax & beatitudo futuri ſeculi. In mūdo aūt loqui ſe dicit. qui pauloante dixerat. Iam non ſū in mūdo. qꝛ eñ nondū abierat. hic adhuc erat. & qꝛ mox fuerat abiturus. hic quodammodo iam non erat. textus

¶ Ego dedi eis ſermonem tuum. & mundus eos odio habuit. qꝛ non ſūt de mūdo. ſicut & ego nō ſū de mūdo. Non rogo vt tollas eos de mūdo. ſed vt ſerues eos a malo. De mūdo non ſūt. ſicut & ego non ſū de mūdo. Sanctifica eos in veritate Sermo tu⁹ veritas eſt. ſicut tu me miſiſti in mūdum. & ego miſi eos in mūdum. Et ego pro eis ſanctifico meipſum vt ſint & ipi ſanctificati in veritate. ¶ Chri. Rurſus dñs aſſignat cauſā ꝓpter quam digni ſūt diſcipuli multa diligentia potiri a patre. dicens. Ego dedi eis ſermonem tuum & mundus eos odio habuit. quaſi diceret Propter te odio habiti ſunt. & ꝓpter ſermonem tuum. ¶ Aug⁹. Nondum aūt id experti fuerāt paſſionibus ſuis que illos poſtea ſūt ſecute. ſed more ſuo dicit iſta. verbis preteriti temporis futura prenūtians. Deinde cauſam ſubijcit cur eos oderit mūdus dicens. quia non ſunt de mūdo. Hoc eis regeneratōne collatum eſt. Nam generatōne de mundo erant. Donatum eſt ergo eis. vt ſicut nec ipe. ita nec ipi de mundo eēnt. Vnde ſequitur. Sicut & ego non ſum de mundo. Ipſe de mūdo nunꝙ fuit. qꝛ etiam ſecundum formam ſerui de ſpiritu ſancto natus eſt. de quo illi renati. Quamuis autem iam non eēnt de mundo. adhuc tamen neceſſarium erat eos eē in mūdo. Vnde ſubdit Non rogo vt tollas eos de mundo. ¶ Beda. quaſi diceret. Iam imminet tempus vt tollar ego de mūdo. Ideoqꝫ neceſſe eſt vt illi nunc non tollantur de mūdo. vt me & te primum annūtient mūdo. Quod vero ſubdit. Sed vt ſerues eos a malo. licet omne malum intelligi poſſit. maxime vult intelligi malum seceſſionis. ¶ Aug⁹. Repetit autem eandem ſententiam dicens. De mūdo non ſunt. ſicut & ego non ſum de mundo. ¶ Chriſoſtomus. Supra aūt dixit. quos dediſti mihi de mūdo. illic naturam dicens. hic autem de actibus malis. Dicit autem. Non ſunt de mundo. quia nihil commune cum terra eſt eis. ſed celeſtium facti ſunt ciues. in quo amorem ſuum eis oſtendit. dum patri eos laudat. Hoc aūt ꝙ dicit ſicut cum in ipō & patre ponitur. paritas oſtenditur ꝓpter nature vnitatem. ſed cum de nobis & ipō dicitur. multa diſtantia intermedia inter vtrunqꝫ exiſtit. Cum aūt prius dixit. Serua eos a malo. non de periculorum ereptōne ait ſolum. ſed de permanentia in fide. Vnde ſubdit. Sanctifica eos in veritate. ¶ Auguſt. Sic enim ſeruantur ex malo. quod ſuperius orauit. vt fieret Queri autem poteſt quomodo de mundo iam non erant. ſi ſanctificati in veritate nondum erant. an qꝛ & ſanctificati in eadem proficiunt ſanctitate. neqꝫ hoc ſine adiutorio gratie dei. Sanctificantur aūt in veritate heredes teſtamenti noui cuius veritatis vmbre fuerūt ſanctificatōnes veteris teſtamenti. & cū ſanctificantur in veritate ſanctificantur in xp̄o qui dixit. Ego ſum via veritas & vita. Vnde ſequitur. ſermo tuus veritas eſt. Grecum euangelium logos habet. id eſt verbum. Sanctificat ergo pater in veritate. i. in verbo ſuo vnigenito ſuos heredes. eiuſqꝫ coheredes. ¶ Chriſoſtomus. Vel aliter. ſanctifica eos in veritate id eſt ſanctos fac per ſancti ſpūs datōnē & recta dogmata. Recta enim dogmata de deo docent & ſāctificāt aīam. Et qꝛ hic de dogmatib⁹ ait. ſubiūxit. Sermo tu⁹ veritas ē. hoc ē. nullū mēdatiū ē ī eo. & nihil typicū oñdit neqꝫ corporeū. Videt̄ aūt mihi & aliud oñdere hoc qd̄ dicit. ſanctifica eos in veritate. i. ſegrega eos ſmoni & pdicatōi Vñ ſubdit. ſic tu me miſiſti ī mūdū.

ita & ego miſi eos in mundum. ¶ Gloſa. Pro q̄
enī xp̄s miſſus eſt. pro hoc & hij. Vn̄ paulus. De
us erat in xp̄o mundū reconcilians ſibi. & poſuit in
nobis verbū recōciliatōnis. Hoc autē quod dicit.
ſicut. non ſimiliter. ꝺ eo & de apoſtolis ponitur. ſed
vt erat poſſibile hominibꝰ. Dicit aūt ſe eos miſiſſe
in mūdum. ſecundum ꝙ erat ei cōſuetudo. futurū
vt factum dicere. ¶ Auguſtinus. Manifeſtum ē
aūt per hoc quod nūc adhuc de apoſtolis loquitur
Nam ip̄m nomen apoſtolorum quoniam grecum
eſt. miſſus ſignificat in latino. Sed quoniam per
hoc ꝙ xp̄s factus eſt caput eccleſie. illi mēbra ſūt
eius. Ideo ait. Et pro eis ego ſanctifico meip̄m. i.
eos in me ip̄o ſanctifico cū & ip̄i ſint ego & vt in
telligeremus cū dixit pro eis ſanctifico me ip̄m.
Hoc eū dixiſſe ꝙ eos ip̄e ſanctificaret. mox addi
dit. Vt ſint & ip̄i ſanctificati in veritate. i. in me.
ſecūdum ꝙ verbum veritas eſt. In quo & ip̄e fi
lius hominis ſanctificatus eſt ab initō. quando ver
bum caro factum eſt. Tūc enī ſāctificauit ſe in ſe
ideſt hominem ſe in verbo ſe. qꝛ vnus xp̄s verbū
& homo. Propter ſua vero membra dicit. Et pro
eis ego ſanctifico meip̄m hoc eſt ip̄os ī me. quoniā
in me etiā ip̄i ſūt & ego. vt ſint & ip̄i ſanctificati ī
veritate quid eſt & ip̄i miſi queadmodum ego & in
veritate quod ſū ego. ¶ Chri. Vel aliter. Pro eis
ſāctifico meip̄m. i. meip̄m offero tibi hoſtiā. hoſtie
enī omnes ſancte dicūtur & quecūqꝫ deo dicantur.
Quia vero antiquitus ī figura ſanctificatō erat vt
puta in oue. nūc aūt eſt in ip̄a veritate. Ideo ſub
dit. Vt ſint & ip̄i ſanctificati in veritate qꝛ & eos
tibi facio oblatōnem. quod ꝓpterea dicit. quia ip̄e
qui offertur eſt caput eorū. aut quia & ip̄i immo
lantur. Exhibete enī ait apoſtolus membra veſtra
hoſtiam viuentem. ſanctam. textus

¶ Non pro eis aūt rogo tm̄. ſed pro eis qui credi
turi ſūt per verbum eorū in me. vt omnes vnum
ſint. ſicut tu pater in me & ego in te. vt & ip̄i in no
bis vnū ſint. vt mundus credat. qꝛ tu me miſiſti.
Et ego claritatem quā tu dediſti mihi. dedi eis. vt
ſint vnū. ſicut & nos vnū ſumus. Ego in eis & tu
in me vt ſint cōſūmati in vnum. & cognoſcat mun
dus. qꝛ tu me miſiſti. & dilexiſti eos ſicut & tu me
dilexiſti. ¶ Aug. Cū oraſſet dominus pro diſci
pulis ſuis quos & apoſtolos nominauit. adiunxit
& ceteros qui in eum fuerant credituri. dicēs. Non
pro eis aūt rogo tm̄. ſed pro eis qui credituri ſunt
per verbum eorum in me. ¶ Chriſ. Hic rurſus cō
ſolatur eos. oſtendens aliorꝝ ſalutis cauſam futu
rorꝝ. cū dicit. Qui credituri ſunt per verbum eorū
in me. ¶ Aug. Vbi omnes ſuos intelligi voluit.
non ſolum qui tūc erant in carne. ſed etiam qui fu
turi erant. Neqꝫ hij tm̄. qui ip̄os cū in carne viueret
apoſtolos audierunt. ſed & poſt obitum eorum &
nos longe poſt nati per verbū eorum credidimus
in xp̄m. quoniam ip̄i qui cū illo tūc fuerunt. quod
ab illo audierūt & ceteris predicauerūt. atqꝫ ita ver
bum eorum ad nos vſqꝫ peruenit & peruenturum
eſt ad poſteros quicūqꝫ credituri ſunt. Poteſt aūt
videri in hac oratōne nō oraſſe pro quibuſdā ſuis.
pro illis ſcꝫ qui neqꝫ tūc erant cū illo. neqꝫ per vbū
eorum poſtea. ſꝫ in eū ante crediderūt Nūquid etiā
cū illo erat tūc nathanael. Joſeph ab arimathia.
& multi alij. de quibꝰ iohannes dicit ꝙ crediderūt
in eū. Omitto dicere de ſimeone ſene. de anna ꝓphe
tiſſa. zacharia elyzabeth. iohanne precurſore. qm̄
reſponderi poteſt orandum pro talibꝰ mortuis nō
fuiſſe. qui cū magnis ſuis meritis hinc abierāt Hoc
enī & de antiquis iuſtis ſimiliter reſpondet. Intel
ligendū eſt igitur ꝙ non dū ei ſic crediderant. quō
ip̄e in ſe credi volebat ſed poſt eius reſurrectionē
ſpiritu ſancto impertito edoctis & confirmatis apo
ſtolis ſic alios crediſſe. queadmodū xp̄o credi o
portebat. ſed reſtat ad queſtionem. Paulus apo
ſtolus non ab hominibus neqꝫ per hominem. & la
tro qui tūc credidit. qn̄ in ip̄is doctoribꝰ fides que
fuerat. qualiſcūqꝫ defecit. Proinde relinquitur vt
ſic intelligamus. qđ dictum eſt per verbum eorꝝ.
vt ip̄m verbum fidei qđ predicauerunt in mundo.
hic ſignificatum eē credamus. Dictum autem eē
verbum eorum quoniam ab ip̄is eſt primitus ac
precipue predicatum. Jam quidem ab ip̄is predica
batur in terra quando per reuelatōnem iheſu chriſti
ip̄m verbum eorum paulus accepit. ac per hoc &
ille latro in fide ſua verbum eorum habebat. ergo
illa oratōne pro omnibus quos redemit. ſiue tunc
in carne viuentes ſiue poſtea futures redemptor no
ſter orauit. Quid autē vel quare pro eis rogaret.
continuo ſubiunxit dicens. Vt omnes vnum ſint.
hic pro nobis rogauit qđ & ſupra pro illis vt om
nes. hoc eſt vt nos & illi vnum ſimus. ¶ Chriſ.
Et ſic in vnanimitate ſermonem concludit. Vnde
incepit ibi finiens. Nam incipiens dixit. Manda
tum nouum do vobis. vt diligatis inuicem. ¶ Hi
larius. viij. de trinitate. Tum demum vnitatis pro
fectus exemplo vnitatis oſtenditur. cum ait. Sic
tu pater in me & ego in te vt & ip̄i in nobis vnum
ſint. vt ſcilicet ſicut pater in filio & filius in patre
eſt. ita per huius vnitatis formam in patre & filio
vnum omnes eēnt. ¶ Chriſoſtomus. Rurſus aūt
& hoc quod dicit. ſicut. non certiſſime parilitatis
in eis eſt. ſed vt hominibus poſſibile eſt ſicut & cū
dicit. Eſtote miſericordes ſicut &c. ¶ Aug. Eſt
aūt hic diligenter aduertendum. non dixiſſe domi
num vt omnes vnum ſimus. ſed vt omnes vnū
ſint. Sicut tu pater in me & ego in te ſubintelligi
tur vnum ſumꝰ. ita eſt enim pater in filio vt vnū
ſint. qꝛ vnius ſubſtantie ſūt. Nos vero eē quidē poſ
ſumus in eis vnum. Vnū tamen cū eis eē non poſ
ſumus. qꝛ vnius ſubſtantie nos & ip̄i non ſumus.
Sic aūt ſunt in nobis vel nos in illis. vt illi vnū
ſint in natura ſua. nos vnū in nr̄a. Sūt quippe & ip̄i
in nobꝭ ſic deus ī tēplo. Sūꝰ aūt nos ī illis ſic creatu
ra ī creatore ſuo. Ideo ergo addidit. ī nobꝭ. vt ꝙ vnū

efficimur fidelissima caritate · gratie dei tribuendũ
eēt non nobis · ¶ Aug⁹ · iiij · de trinitate · Vel q̄ꝛ ĩ
ſeip̄is vnum eē non poſſunt · diſſociati abinuicem
per diuerſas voluptates & cupiditates & immun-
ditiam peccatorum · Vnde mũdentur per mediato-
rem · vt ſint in illo vnum · ¶ Hilari · viij · de trini ·
Laborātes autem heretici fallere ne per id ꝙ dictũ
eſt · Ego & pater vnũ ſumus nature in his vnitas
& indifferens diuinitatis ſubſtantia crederetur · ſꝫ
ex dilectione mutua & voluntatum concordia vnũ
eēnt · exemplũ vnitatis iſtius ex his dictis domi-
nicis protulerũt · vt omnes vnũ ſint &c̄ · Sed licꝫ
ip̄m intelligentie ſue ſenſum impietas demutet · ñ
tamen poteſt intelligentia non extare dictorum ·
Si enim regenerati in vnius vite atqꝫ eternitatis
natura ſũt · ceſſat in his ſolus vnitatis aſſenſus q̇
vnum ſũt in eiuſdem regeneratōne nature · Soli
aū̄ patri & filio ex natura ꝓprium eſt vt vnũ ſint ·
q̄ꝛ deus ex deo vnigenitus · non poteſt niſi in origi-
nis ſue eē natura · ¶ Auguſt · Quid eſt aũt hoc qđ
ſubdit · Vt mũdus credat · q̄ꝛ tu me miſiſti : Nun-
quid tũc crediturus eſt mũdus quando in patre &
filio omnes vnũ erimus : Nonne iſta eſt pax illa
perpetua · potius fidei merces ꝙ̄ fides : Sed & ſi in
hac vita ꝓpter ip̄am communem fidem omnes qui
vnũ credimus · vnum ſumus · etiā ſic non vt cre-
damus ſed q̄ꝛ credimus vnũ ſumus · quid eſt ergo
Omnes vnũ ſint · vt mũdus credat Ip̄i quippe om
nes mũdus eſt credens · cum de his dicat · de quibꝰ
dixerat · Non pro his ergo tm̄ · ſed pro his qui cre
dituri ſũt per verba eoꝝ in me Quō rogo intellectu-
ri ſumus : niſi q̄ꝛ non in eo cauſam poſuit · vt credat
mũdus q̄ꝛ illi vnũ ſunt · ſed orando dixit vt mũdus
credat · ſicut orando dixerat · vt vnũ ſint Deniqꝫ ſi
verbum ꝙ ait rogo · vbiqꝫ ponamus · erit huius ex
poſitō ſententie manifeſtior · rogo vt omnes vnum
ſint · rogo vt & ip̄i in nobis vnũ ſint · rogo vt mũ
dus credat · q̄ꝛ tu me miſiſti · ¶ Hilari · iij · de tri ·
Vel per id mundus crediturus eſt filium a patre
miſſum eē · ꝙ omnes qui credituri in illũ ſunt vnũ
in patre & filio erũt ¶ Chriſ · Nihil em̄ ita ſcanda
lizat omnes vt abinuicem diuidi · ꝙ credentes fiant
vnũ · hoc edificat ad fidem · & hoc etiā a principio
dixit · In hoc cognoſcent omnes q̄ꝛ mei eſtis diſci-
puli · ſi dilectionem habueritis adinuicem · Si eī
altricantur · non dicentur pacifici magiſtri eē diſci
puli · Me vero inquit non exiſtente pacifico · nō cō
fitebũtur a te miſſum · ¶ Aug⁹ · Deinde ſaluator
noſter qui rogando patrem ſe hominē demonſtra-
bat · nũc demonſtrat ſeip̄m quoniā cũ patre deus
eſt · facere quod rogat · Vnde ſubdit · Et ego clari
tatem quā dediſti mihi · dedi illis · quā claritatem :
niſi ĩmortalitatem · quā natura humana in illo fue-
rit acceptura · Propter ĩmutabilitatem enim prede
ſtinatōnis preteriti temporis verbis futura ſignifi
cat · ĩmortalitatis aũt claritatem quā ſibi a patre
datā dicit etiam ſe ſibi dediſſe intelligendũ eſt Cũ
enim tacet filius in opere patris opatōnem ſuam
humilitatem commendat · Cũ vero in opere ſuo ta-
cet operatōnem patris parilitatem cōmendat · Iſto
igitur modo & hoc loco nec ſe fecit alienũ a patris
opere ꝙ̄uis dixerit · claritatem quā dediſti mihi ·
nec patrem fecit alienũ ab opere ſuo ꝙ̄uis dixerit ·
dedi eis · Sicut aũt ex eo ꝙ patrē pro ſuis omnibꝰ
rogauit · hoc fieri voluit · vt omnes vnũ ſint · ita
etiā ſuo benefitio id fieri voluit · Vnde adiunxit ·
Vt vnũ ſint in nobis ſicut & nos vnum ſumus ·
¶ Chriſ · Vel claritatem dicit gloriam que eſt ꝑ
ſigna & dogmata & vt vnanimes ſint · vnde ſubdit
Vt vnũ ſint ĩ nob · ſic̄ & nos vnũ ſu⁹ · Hec eī glo-
ria vt ſint vnũ · etiā ſignis maior ē Vniuēſi eī q̇ ꝑ
apoſtolos crediderũt · vnũ ſũt · Et ſi quidā ex ip̄is
diuiſi ſunt · hoc eoꝝ deſidie fuit · qđ tamē eũ non la-
tuit · ¶ Hilari · Per acceptum igi̇ & datum ho-
norem omnes vnũ ſũt · Sed non dũ apprehendo ra
tōne quoniam datus honor vnum omnes eē perfi-
ciat · Sed dominus gradum quēdam atqꝫ ordinem
cōſũmande vnitatis expoſuit · cum ſubdit · vt vnũ
ſint in nobis · vt cũ ille in patre per naturam diui-
nitatis eēt · nos contra ĩ eo per corporalem eius na
tiuitatem & ille iterũ in nobis per ſacramenti eē
miſterium crederetur perfecta per mediatorem v-
nitas doceretur · ¶ Chriſ · Alibi vero ait de ſe &
patre Veniemus · & māſionem apud eũ faciem⁹ ·
illic quidem ſabellianoꝝ obſtruens ora dũ ſcilicet
ponit duas perſonas · Hic vero arrij ſuſpitōnez de-
ſtruit · cum patrem per ſe dicit diſcipulis adueni-
re · ¶ Aug⁹ · Neqꝫ tamen hoc ita dictum eſt tanꝙ̄
pater non in nobis aut nos in patre non ſimus · ſꝫ
per hoc mediatorem inter deum & hominem ſe bre
uiter intimauit · Quod vero addidit · vt ſint conſũ-
mati in vnum · oſtendit eo perduci reconciliatōnez
que fit per mediatorem · vt perfecta beatitudine ꝑ
fruamur · vnde id quod ſequitur · vt cognoſcat mũ
dus quia tu me miſiſti · nō ſic accipiendum puto ·
tanꝙ̄ iterum dixerit · vt credat mundus · Quādiu
enim credimus quod non videmus · nondum ſu-
mus conſummati ſicut erimus · cum meruerimus
videre quod credimus · Quando ergo de conſumma
tōne loquitur · talis eſt intelligenda cognitō · qua-
lis erit per ſpeciem · non qualis nunc eſt per fidem
Ipſi quippe credentes ſunt mundus non permanēs
inimicus · ſed ex inimico amicus effectus · Propte
rea ſequitur · Et dilexiſti eos ſicut me dilexiſti ·
In filio quippe nos pater diligit · quia in eo nos ele
git · Nec ideo pares ſumus vnigenito filio · Neqꝫ eī
ſemper equalitatem ſignificat · ꝙ dicitur · ſicut il-
lud ita & iſtud · ſed aliquando tm̄ quod illud eſt ·
eſt & illud · Ita in hoc loco nihil eſt aliud · Dilexi
ſti eos ſicut me dilexiſti · quā dilexiſti eos quoniā
& me dilexiſti · Non enim alia cauſa eſt diligendi
mēbra ei⁹ niſi q̄ꝛ diligit eũ · Cũ igiṙ eoꝝ q̄ fecerit ·
nihil oderit · q̇s digne poſſit eloq̄ q̄ntũ diligat mē-
bra vnigeīti filij ſui & q̄nto āpli⁹ ip̄ꝫ vnigeītũ ·

¶ Pater quos dediſti mihi · volo vt vbi ego ſū · & illi ſint mecum · vt videant claritatem meam quā dediſti mihi · qꝛ dilexiſti me ante cōſtitutōnem mūdi. Pater iuſte · mundus te non cognouit. Ego aūt cognoui te · & hij cognouerunt · qꝛ tu me miſiſti · Ego notum feci eis nomen tuum. & notum faciā · vt dilectio qua dilexiſti me · in ipīs ſit · & ego in ipīs. ¶ Chriſoſtomus. Poſtq̄ dixerat qꝛ multi credent per eos & multa gloria potientur · loquitꝰ · de reliquo de coronis eis repoſitis dicens. Pater quos dediſti mihi · volo vt vbi ego ſum · & illi ſint mecum · ¶ Auguſtinus. Ipſi ſunt quos a patre accepit · quos & ipē de mūdo elegit. Sicut enim ait in huius oratōnis exordio · Dedit eis poteſtatem omnis carnis · i · omnis hominis · vt det eis vitam eternam · vbi oſtendit poteſtatem ſe omnis hominis accepiſſe vt liberaret · q̊s voluerit & dānet q̊s voluerit · Quapropter omnibus membris ſuis promiſit hoc premiū · vt vbi eſt ipē & nos cum illo ſimus Nec poterat non fieri quod omnipotenti patri ſe velle dixerit omnipotens filius. Vna vero eſt patris & filij voluntas · & ſi intelligere nondum permittit infirmitas · credat pietas · Quātum ergo attinet ad creaturam in qua factus eſt ex ſemine Dauid ſecūdum carnem · eo mō dicere potuit · vbi ego ſum · vt iam ibi ſe eē diceret · vbi fuerat mox futurus · In celo ergo nos futuros eē promiſit. Illo enī forma ſerui leuata eſt · quā ſūpſit ex virgine · & ad dextram patris collocata. ¶ Grego. xxvij · moralium · Vbi eſt ergo quod rurſus veritas dicit Nemo aſcendit in celū niſi qui de celo deſcēdit: que ſibi in verbis ſuis non diſcrepat Quia enim mēbrorum ſuoꝝ caput dn̄s factus eſt · repulſa reproboꝝ multitudine · ſolus etiā eſt nobiſcū · & ſic dū nos cū illo vnū iā facti ſumus · vn̄ ſolus venit in ſe · illuc etiā ſolus redit in nobis. ¶ Aug⁹ · Quod vero attinet ad formā dei in qua eq̄lis eſt patri · ſi ſecūdum eā velimus intelligere quod dictū eſt · vbi ego ſum · & illi ſint mecū. Abſcedat ab animo omnis imaginum corporaliū cogitatō · & nō inquiratꝰ · eq̄lis patri filius vbi ſit · qm̄ nemo inuenit vbi n̄ ſit · Propterea non eis ſatis fuit dicere Volo vt vbi ego ſū & ipſi ſint · ſed addidit · mecū · Eſſe ei cū illo magnū bonū eſt · Nā & miſeri poſſunt eē vbi ē ille · ſꝫ beati ſoli ſunt cū illo · Et vt de viſibili q̄uis longe diſſimili qualecūq; ſumam⁹ exemplū · ſicut cecus etiā ſi ibi ſit vbi lux eſt · non ē tn̄ ipē cū luce · ſꝫ abſens eſt a preſente · Ita n̄ ſolū infidelis ſed etiā fidelis · & ſi eē nunq̄ poſſit vbi non ſit xp̄s · non tn̄ eſt ipē cum xp̄o ꝑ ſpēm · Nā fidelē non ē dubitādū eē cum xp̄o ꝑ fidem · ſed hic de ſpecie illa dicebat · in qua videbimus eū ſicuti eſt · vn̄ adiunxit · vt videant claritatem meā quā dediſti mihi · vt videāt dixit · non vt credant · Fidei merces eſt iſta · non fides · ¶ Chriſ · Non aūt dixit vt participent gloriā meam · ſed vt videant · hoc occulte inſinuās quoniam omnis requies ibi eſt filium dei videre · Dedit aūt ei pater claritatem quādo eū genuit · ¶ Aug⁹ · Cū ergo viderimus claritatem quā dedit pater filio · etiā ſi eā dici hoc loco intelligamus · nō quā pater eq̄li filio gignens eū dedit · ſed quā facto hōi filio dedit poſt mortem crucis · Tūc fiet iuditium · tūc tolletꝰ impius ne videat claritatem domini · Quā: niſi illā qua deus ē · Si ergo ſcḋm id q̄ filius deus ē · accipiam⁹ hoc dictum Volo vt vbi ego ſū & ipſi ſint mecum · in patre cū xp̄o erim⁹ · q̊ cū dixiſſet · Et videāt claritatem quā dediſti mihi · cōtinuo ſubiunxit · Quia dilexiſti me ante cōſtitutōnem mūdi · In illo enim dilexit & nos ante cōſtitutōnem mūdi · & tūc predeſtinauit quod in fine facturus eſt mūdi ¶ Bed. Claritatem igitꝰ vocat dilectionē qua ipē dilectus eſt a pr̄e ante mūdi cōſtitutōem · in illa claritate & nos dilexit ante cōſtitutōnem mūdi · ¶ Theo Poſtquā ergo pro fidelib⁹ orauit & tot illis ꝓſpera ꝓmiſit · ponit quoddā piū · & ꝓpria māſuetudine dignū dicens · Pater iuſte mūdus te non cognouit Quaſi diceret · ego cuperem cūctos homines cōſeq̇ dicta bona que quidem pro fidelib⁹ implorauí · Sz qꝛ ignorauerunt te · ideo non contingent gloriam & coronas. ¶ Chriſoſtomus. Videtur aūt mihi hoc & anxius dicere · quoniam eum qui ita bonus & iuſtus eſt · cognoſcere noluerūt. Non igr̄ hoc ē qḋ iudei dicūt · quoniam ipſi quidem te cognoſcunt ego vero ignoro · ſed econtrario eſt Vnde ſubdit · Ego aūt cognoui te & hij cognouerūt qꝛ tu me miſiſti · & notum feci eis nomen tuum · & notum faciam per ſpiritum ſanctum eis perfectam cognitōnē dādo · Si aūt didicerint quis es tu · ſcient qꝛ ego non ſū ſeꝑatus a te · ſed valde amatus & ꝓprius fili⁹ & cōiunctus · Hoc vero ſuaſi eis · vt ego maneam in eis · & ſic fidem que eſt in me & amatorem ſeruabūt certiſſime Et hoc eſt quod ſubditur · vt dilectō qua dilexiſti me · in ipſis ſit · & ego in ipſis · Quaſi diceret · Ipſis me amantibus ego manebo in eis · ¶ Aug⁹ · Vel aliter · Quid eſt eum cognoſcere niſi vita eterna: quā mundo dānato n̄ dedit · reconciliato dedit · Propterea itaq; mūdus non cognouit qꝛ iuſtus es · Hoc meritis eius vt non cognoſceret · retribuiſti · & ꝓpterea mūdus recōciliatus cognouit qꝛ miſericors es · Et vt cognoſceret non ei merito · ſed gratia ſubueniſti · Deniq; ſequitur Ego aūt cognoui te · Ipē fons gratie eſt deus natura · homo aūt de ſpiritu ſancto & virgine ineffabili gratia · Deniq; gratia dei per iheſum chriſtum eſt · dicitur · Et hij cognouerunt · ipē eſt mundus reconciliatus · Sed ideo quia tu me miſiſti · Ergo gratia cognouerunt · Et notum feci eis nomen tuum per fidem · & notum faciam per ſpeciem · vt dilectio qua dilexiſti me · in ipīs ſit · Qualis eſt iſta locutō · tali & apoſtolus vſus eſt · Bonum certamen certaui · nō ait · bono certamine quod vſitatius diceretur · Quomodo autem dilectio qua pater dilexit filium eſſet in nobis · niſi quia membra eius ſumus · & in illo diligimur · cum ipſe diligitur totus · id eſt

caput & corpus! Et ideo ſubiunxit Et ego in ipſis
Eſt em̄ in nobis tanq̄ȝ in templo ſuo · nos aūt in il
lo ſecūdū q̄ caput noſtrū eſt ·

Capitulū ·xviij·

NEc cū dixiſſet ihesus · egreſſus ē
cū diſcipulis ſuis trās torrentem
cedron · vbi erat ortus in quē in-
troiuit ipſe & diſcipuli eius Scie
bat aūt & iudas qui tradebat eū ·
locū · q̄z frequēter ihesus cōuene-
rat illic cū diſcipulis ſuis · ¶ Auguſt · Terminato
ſermone quē poſt cenā dn̄s ad diſcipulos habuit ·
adiuncta oratōne quā dixerat ad patrē · eius paſſio
nem iohānes euāgeliſta ſic exorſus eſt · Hec cum
dixiſſet ihesus · egreſſus ē cū diſcipulis ſuis trans
torrentē cedron · vbi erat ortus · in quem introiuit
ipſe & diſcipuli eius · non aūt cōtinuo hoc factū eſt
cū eius illa finita eēt oratō · ſed alia quedā ſūt inter-
poſita · que ab iſto p̄termiſſa apud alios euangeli
ſtas legūtur · ¶ Aug⁹ · de con · euā · Facta eſt em̄
cōtentō inter eos quis eorū videret̄ eē maior · ſicut
lucas cōmemorat · Dixit etiā ipſe petro · ſicut ipſe
lucas ſubiungit · Ecce ſathanas expetiuit vos vt
cribraret · ſicut triticū · & cetera que ibi ſequūtur ·
Et hymno dicto · ſicut matheus & marcus cōme-
morāt · exierūt in montē oliueti · Contexit g̊ nar-
ratōnem matheus & dixit · Tūc venit ihesus cum
illis in villam que dicit̄ Gethſemani · Iſte locus ē
quē cōmemorat hic iohānes · vbi erat ortus · in quē
introiuit ipſe & diſcipuli eius · ¶ Aug⁹ · ſup iohā
nem · Ad hoc g̊ valeat quod dictū eſt · hec cū dixiſ
ſet · vt non eū ante opinemur ingreſſum q̄ȝ illa ver
ba finiret · ¶ Chriſo · Sed ꝓpter quid non dixit ·
Ceſſans ab oratōne venit illuc · quoniam oratō illa
fuit loquela ꝓpter diſcipulos facta · De nocte autē
vadit & flumē pertranſit · & ꝓperat ad locū prodi-
tori cognitū · auferens his qui inſidiabant̄ · laborē
& oſtendens diſcipulis quoniā volens ad mortem
venit · ¶ Alchui · Dicit aūt trans torrentem cedrō
ideſt credrorū · gemitu⁹ em̄ eſt grecus · Trāſit tor
rentem q̄ de torrente paſſionis bibit · vbi erat ort⁹
vt peccatū quod in orto cōmiſſum fuerat · in orto de
leret · Paradiſus em̄ ortus delitiarū interpretatur ·
¶ Chriſ · Ne aūt audiens ortū eū occultari eſtiēs
ſubiungit · Sciebat aūt & iudas qui tradebat eū ·
locū · q̄z frequenter ihesus cōuenerat illuc cū diſci-
pulis ſuis · ¶ Aug⁹ · Ibi ergo lupus ouina pelle
cōtectus & iter oues alto patriſfamilias cōſilio to
leratus didicit · vbi ad tempus exiguum diſperge-
ret gregem inſidijs appetendo paſtorem · ¶ Chri ·
Multotiēs aūt ibi cū diſcipulis ihesus ſingulariter
cōuenerat · de neceſſarijs loquēs · & que nō erat fas
alios audire · Facit aūt hoc in montibꝫ & in ortis
maxime purū a tumultibꝫ inquirens ſemper locū ·
ne mens impediatur ab auditōe · Ideo aūt iudas il-
luc venit quoniā multotiēs xp̄s extra pernocta-
bat Iuiſſet aūt ad domū ſi putaſſet eū ibi inuenire
dormientem · ¶ The · Nouerat etiā iudas dominū
feſto tempore conſueuiſſe ſemper docere diſcipulos
aliquid ſublime · Erat aūt ſolitus docere huiuſmōi
miſtica in talibꝫ locis · At quoniam tunc dies erat
ſollennis · arbitratus eſt illū eē illic & diſcipulos
docere que ad celebritatem ſpectabant · textus

¶ Iudas ergo cū accepiſſet cohortem · & a pontifi
cibꝫ & phariſeis miniſtros · venit illuc cū laternis
& facibus & armis · Ihesus itaq̄ȝ ſciens omnia que
ventura erāt ſuper eū · proceſſit · & dixit ad eos Quē
queritis! Reſponderūt ei · Ihesū nazarenū · Dicit
eis ihesus · Ego ſū · Stabat aūt & iudas · qui trade
bat eū · cū ipſis · Vt ergo dixit eis · ego ſum · abierūt
retrorſū · & ceciderūt in terram · Iterū ergo interro
gauit eos · Quem queritis! Illi aūt dixerūt · ihesū
nazarenum · Reſpondit ihesus · Dixi vobis · quia
ego ſum · Si ergo me queritis · ſinite hos abire ·
Vt impleretur ſermo quē dixit quia quos dediſti
mihi non perdidi ex eis quemq̄ȝ · ¶ Gloſa · Oſten
derat euangeliſta quomodo iudas ad locum vbi
xp̄s erat · peruenire potuerit · nūc oſ̄dit quomodo
illuc peruenit · dicens · Iudas ergo cum accepiſſet
cohortem & a pontificibus & phariſeis miniſtros ·
venit illuc cum laternis & facibꝫ & armis · ¶ Au-
guſtinus · Cohors non iudeorum · ſed militum fuit
A preſide itaq̄ȝ intelligatur accepta tanq̄ȝ ad tenen
dum reum ſeruato ordine legitime poteſtatis · vt
nullus tenentibus auderet obſiſtere · quāq̄ȝ & ma-
nus tāta fuerat cōgregata & ſic armata veniebat ·
vt vel terreret vel etiā repugnaret · ſi quiſq̄ȝ chri-
ſtum defendere auderet · ¶ Chriſ Sed qualiter co
horti ſuaſerūt quia milites erant · pecuniarum gra-
tia omnia facere meditantes ¶ Theophilus · Fa
ces autem afferunt & laternas · ne chriſtus latēs
in tenebris fugeret · ¶ Chriſoſtomus · Multotiēs
autem alias miſerunt comprehendere eum · ſed nō
valuerunt · vnde manifeſtum eſt q̄ tunc ſponte ſe
ipſm̄ dedit · Propter quod ſubditur · Ihesus autem
ſciens omnia que ventura erant ſuper eum · proceſ-
ſit · & dixit ad eos · Quem queritis! ¶ Theophil⁹ ·
Querit aūt non vt volens ſcire · Nam vtiq̄ȝ nouerat
omnia que ventura erant ſuper eum · ſed oſtendere
volens quoniam cum preſens eēt · ab eis videri nō
poterat · vel diſcerni · Nam ſequitur · Dicit eis ihe-
ſus · Ego ſum · ¶ Chriſoſtomus · In medio enim
eorum exiſtens excecauit eorum oculos · Quoniam
enim non tenebre cauſa erant indicauit euangeli-
ſta dicens · quoniam habuerunt lampades · Si ve-
ro lāpades n̄ eēnt · a voce ſaltē debebāt agnoſcē Si
vero & illi ignorabāt · qualiter iudas ignorauit ·
qui cum eo fuerat continue! Et ideo ſubdit · Sta-
bat autem & iudas qui tradebat eum · cum ipſis ·
Fecit autem hoc ihesus oſtendens quoniam non
ſolū cōprehendere eum n̄ poſſent · ſꝫ nec vidē · ī me
dio exn̄tem · niſi ipſe cōcedēt · Vn̄ ſubdit̄ · Vt g̊ di
xit eis · ego ſū · abierūt retrorſū · & ceciderūt ī terrā ·

¶ Auguſtinus. Vbi nunc militum cohors? vbi
terror? & munimē armorum? vna vox turbā odijs
ferocem armiſq; terribilē ſine telo vllo ꝑcuſſit. re-
pulit. ſtrauit. Deus eñ latebat in carne. & ſempi
ternus dies ita mēbris occultabatur humanis. vt
cū laternis & facibꝰ q̄reretur occidēdus a tenebris.
Quid iudicaturus faciet. qui iudicādus hoc fecit?
Et nunc vbiq; ꝑ euangelium ego ſum dicit xp̄s.
& a iudeis expectat̄ antixp̄s. vt retro redeant &
in terrā cadant qm̄ deſerentes celeſtia. terrena deſi
derāt. ¶ Grego. ſuper ezechielem. Quid aūt hoc ꝙ
electi in faciem. & reprobi retrorſum. cadunt. niſi
ꝙ omnis qui poſt ſe cadit. ibi cadit. vbi nō videt
Qui vero an̄ ſe ceciderit. ibi cecidit. vbi videt. Ini-
qui g° qui in inuiſibilibꝰ cadūt. poſt ſe cadere dicū
tur. quia ibi corruūt vbi q̄d tūc eos ſequitur. mō
videre non poſſunt. Iſti vero quia in iſtis viſibi-
libꝰ ſemetipſos ſponte deijciūt. vt in inuiſibilibus
erigantur. quaſi in faciem cadūt. quia timore com
pūcti vidētes humiliant̄. ¶ Chriſo. Demū ne q̄s
dicat quoniā ip̄e iudeos ad hec induxit vt eū occi-
derent. ſeip̄m in manibꝰ eorum tradēs. maīfeſte oñ
dit eis omnia que ſufficiebant eos reuocare. Sed
quia ꝑmanebant in malitia & nullā habebāt excu
ſatōez. tunc ſeip̄m ī manibꝰ eoꝝ tradidit. Vnde ſe
quitur. Iterū g° interrogauit eos. Quē queritis? Il
li ergo dixerūt. Iheſum nazarenū. Reſpōdit ihe-
ſus. Dixi vobis quia ego ſum. ¶ Augꝰ. Audierāt
primo. ego ſum. ſed nō cōprehēderāt. qꝛ hoc noluit
qui potuit quicq̄d voluit. verū ſi nūꝙ ſe ab eis ꝑ-
mitteret apprehēdi. nō quidē illi facerēt. ꝓpter q̄d
venerāt. ſed nec ip̄e faceret ꝓpter q̄d venerat. Pro
inde qꝛ tenē volētibꝰ & nō valētibꝰ oñdit poteſtatē
ſuā. Vñ ſubdit̄. Si g° me q̄ritis ſinite hos abire.
¶ Chriſo. Quaſi dicēt. ſi me q̄ritis. nihil vobis ad
hos cōmune eſt. Ecce meip̄z trado. vſq; ad vltiaz
horā ad ſuos dilectionis cōſeruātiam demonſtrās.
¶ Angu. Inimicos iubet. & hoc faciūt q̄d iubet
Dimūt ſcꝫ nūc eos abire. quos non vult perire.
¶ Chriſo. vnde euangeliſta oñ̄dēs ꝙ hoc non fuit
eoꝝ ꝓpoſiti. ſed virtus eius qui cōprehēſus fuerat.
ſubiūgit. vt impleret̄ ſermo quē dixit. qꝛ quos de
diſti mihi. nō perdidi ex eis queꝗ̄. Perditōez autē
non hāc dixerat. que mortis ſed illā eternā. Euan-
geliſta vero & de p̄ſenti morte id accepit. ¶ Au-
gu. Nūq̄d aūt non erāt poſtea morituri? Cur ergo
ſi tunc morerētur. perdēt eos. niſi qꝛ nōdum in eū
ſic credebant. quō credunt quicūq; non pereunt.

¶ Simon ergo petrꝰ habēs gladium eduxit eum
& ꝑcuſſit pōtificis ſeruū. & abſcidit eius auriculā
dextrā. Erat aūt nomē ſeruo malchus. Dixit ergo
iheſus petro. mitte gladium tuū in vaginam. Ca
licem quem dedit mihi pater. non bibam illum?
¶ Chriſo. Petrus cōfidēs in predicta voce domi-
ni & in hijs que iam facta erāt. armatur aduerſus
eos qui ſui ꝑuenerāt. vnde dicit̄. Simō ergo petrus
habēns gladium eduxit eum & percuſſit pontificis
ſeruum. Sed qualiter qui iuſſus erat non perā ha
bere. neq; duo veſtimenta. gladium habet? mihi vi-
detur hunc formidans preparaſſe dudū. ¶ Theo.
Vel ad opꝰ agni illo indigens ferebat hunc etiā
poſt cenam. ¶ Chriſ. Sed qualit̄ qui iuſſus erat
non alapam dare. homicida fit? Quia maxime non
ſe vlciſci iuſſus eſt. hic aūt non ſe vlciſcebatur. ſed
magiſtrum. Demum nondum perfecti adhuc erāt
ſed videbis poſtea petrum verberatū & humilit̄ fe-
rentē. Nō ſine cauſa aūt ſubdit. Et abſcidit eiꝰ au
riculam dextrā. Videt̄ mihi eñ impetum apoſtoli
ſignificare. quoniam ad ip̄m caput impetum fecit.
¶ Augu. Solus aūt hic euangeliſta etiam nomē
ſerui huiꝰ expreſſit. cū dicit. Erat aūt nomē ſeruo
malchus. ſicut lucas ſolus ꝙ eius auriculam dñs
tetigerit & ſanauerit eum. ¶ Chriſo. Tūc eñ mi
raculum fecit. & erudiens nos q̄niam eis qui male
faciunt. bene facere oportet. & virtutem reuelans
ſuam. Nomē aūt ꝓpterea poſuit euāgeliſta. vt hijs
qui tunc legerent. liceret querē ſi vere factum ſit.
Seruū aūt eum ſūmi pontificis dicit. quia magnū
eſt quod factum eſt. non ſolū quia curauit. ſed q̄a
curauit eum qui ſuper eum venerat. & paulopoſt
alapam daturus erat. ¶ Auguſtinꝰ. Malchus aūt
interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro do
mino amputata & a domino ſanata ſignificat. niſi
auditum amputata vetuſtate renouatum? vt ſit in
nouitate ſpiritus & non in vetuſtate littere. Quod
cui preſtitum fuerit a chriſto quis dubitet regna-
turum eſſe cum chriſto? Quod aūt ſeruus inuentus
eſt & hoc ad illam pertinet vetuſtatem. que in ſer
uitutē generat. Sed locum acceſſit ſanitas. figura
ta eſt & libertas. ¶ Theophilꝰ. Vel ceſio auris
dextre ſerui principis ſacerdotum ſignum erat ſur
ditatis eorum. que precipue in principibus ſacer
dotum inoleuerat. Quod aūt denuo reſtituta ſit au-
ris. ſignificat vltimam reparationem intellectus in
iſraheliticis veniente helia. ¶ Auguſtinꝰ. Factū
aūt petri dominꝰ improbauit & progredi vltra ꝓ-
hibuit. Vnde ſequitur. Dixit ergo iheſus petro.
Mitte gladium tuum in vaginam. etenī ille ad pa
cientiam commonendus fuit. & hoc ad intelligenti
am conſcribendum. ¶ Chriſoſtomus. Non ſolum
aūt minis eum cohibuit. vt matheus refert. ſed &
aliter conſolatur eum dicens. Calicem quem dedit
mihi pater. non vis vt bibam illum? Oſtendens
quoniam non illorum virtutis que fiebant. erant.
ſed ſue conceſſionis. & ꝙ non eſt deo contrarius.
ſed obediens vſq; ad mortem. ¶ Theophilus. In
eo autem. ꝙ ipſam calicem dicit ꝙ̄ ſibi grata & ac
ceptabilis pro ſalute mortalium mors videatur
ediſſerit. ¶ Auguſtinus. Qꝫ autem a patre tradi
tum ſibi dicit calicem paſſionis. Illud eſt quod
ait apoſtolus. Proprio filio non pepercit. ſed pro
nobis omnibꝰ tradidit eum. Verum autor calicis
huiꝰ eſt etiā ip̄e qui bibit. vnde idē apoſtolꝰ dicit.

Xpiſtꝰ dilexit nos. & tradidit ſeipſum ꝓ nobis.

¶ Cohors ergo & tribunus & miniſtri iudeoꝝ cō-
prehēderūt ihesū. & ligauerūt eū & adduxerūt eū
ad annā primū. Erat em̄ ſocer cayphe qui erat pō-
tifex āni illiꝰ. Erat aūt cayphas q̄ cōſiliū dederat
iudeis. quia expedit vnū hominē mori pro populo
¶ Theo. Peractis cūctis q̄ ſufficiēt ſe habebant
ad ꝓhibendū iudeos. cum illi hoc nequaꝙ̄ diſcerne
rent. tūc duci ſe ꝑmiſit. Vnde dr̄. Cohors ḡ & tri
bunꝰ & miniſtri iudeoꝝ cōphēderūt ihesū. ¶ Au
gu. Cōprehēderūt. ad quē nō acceſſerūt. nec audie
rūt. accedite ad eū & illuīamini. Si ei ſic accedēnt
nō eū manibꝰ occidēdū. ſed recipiēdū corde cōprehē-
derēt. Nūc aūt qn̄ eum illo mō cōphenderūt. abeo
longiꝰ receſſerūt. Sequit̄. Et ligauerūt eū. a quo
ſolui pociꝰ velle debuerūt. & erāt forte in eis q̄ po-
ſtea liberati ab eo dixerūt. Dirupiſti vincula mea
Poſtea vero ꝙ̄ ꝑſecutores tradēte iuda dn̄m liga-
uerūt. vt intelligat̄ iudas nō laudabilis vtilitate
traditōis huiꝰ. ſed ſceleris volūtate dānabilis. ſub
ditur. Et adduxerūt eū ad annā primū. ¶ Chriſ.
Pre delectatōe em̄ gloriabant̄ in hῐs q̄ fiebāt. q̄ſi
tropheū ſtatuentes. ¶ Augu. Nec tacet cām cur
ita factū ſit. ſubdēs. Erat. n. ſocer cayphe. qui erat
pōtifex āni illiꝰ. Merito & matheus cū id breuius
narrare voluiſſet. eū ad cayphā ductū fuiſſe cōme
morat. q̄a & ad annā primꝰ ideo ductꝰ eſt. ꝙ ſocer
eiꝰ fuerit. vt intelligēdū ſit hoc eūdē cayphā fieri
voluiſſe. ¶ Beda. Quatenꝰ dum a cōſimili pōtifice
dānaret̄. ipē q̄ꝫ minoris criminis reꝰ haberet̄. vel
fortaſſis ſic domꝰ eiꝰ ſita erat vt preterire eam non
poſſent. Some diuinitꝰ actū ē. vt qui erāt affines
ſāguine. ſociarent̄ ī ſcelere. Sꝫ ꝙ dicit ꝙ eſſet pō
tifex anni illiꝰ. ſonat cōtrariū legi. In q̄ ꝑceptum
erat. vt vnus eēt pontifex ſūmꝰ. q̄ mortuo ſuccede-
ret ei filiꝰ ſuꝰ. Sꝫ iā pōtificatꝰ ābitōe erat infectꝰ
¶ Alchui. Refert em̄ ioſephus iſtū cayphā vniꝰ
āni ſacerdotiū redemiſſe. Non ḡ mirū ſi iniquꝰ pō-
tifex inique iudicauerit. ſepe q̄ per auaritiā ad ſa-
cerdotiū accedit. ꝑ iniuſtitiā in eo ſeruat̄. ¶ Chri
ſo. Ne aūt audiēs vincula auditor tumultuet̄. reco
luit ꝓphetie qm̄ mors eiꝰ ſalus fuit orbis terrarū.
Vnde ſequit̄. Erat aūt cayphas q̄ conſiliū dederat
iudeis qꝛ expedit vnū hoīeꝫ mori ꝓ populo. Tāta
em̄ ē veritatis ſuꝑabūdātia. vt & inimici eam per-
ſonent. Textus

¶ Sequebat̄ aūt ihesū ſimon petrus. & aliꝰ di-
ſcipulus. diſcipulus aūt ille erat notus pontifici.
& intrauit cū ihesu in atriū pōtificis. Petrus aūt
ſtabat ad hoſtiū foras. Exiuit ḡ diſcipulus aliꝰ q̄
erat notꝰ pōtifici. & dixit hoſtiarie. & introduxit
petrū. Dicit ergo petro ancilla hoſtiaria. Nūquid
& tu ex diſcipulis es hoīs iſtiꝰ? Dicit ille. Nō ſum
Stabāt aūt ſerui & miniſtri ad prunas. qꝛ frigus
erat. & calefaciebāt ſe. Erat aūt & petrus cum eis
ſtās & calefaciēs ſe. ¶ Augꝰ. de cō. euā. De petri

temptatione que inter domini contumelias facta
eſt. non eodē ordine oēs narrāt. Nā ipās primo cō-
memorat matheꝰ & marcꝰ. Deinde petri tēptatōꝫ.
Lucas vero explicat prius tēpatōes petri. demum
domini cōtumelias. Johannes aūt incipit petri tem
ptatōeꝫ dicere. cum dicit. Sequebatur aū. ihesum
ſimon petrus. & aliꝰ diſcipulus. ¶ Alchui. Ex de
uotōe ſequebatur magiſtrum ꝙ̄uis a longe ꝓpt̄ ti-
morem. ¶ Auguſtin. Quis ſit aūt ille aliꝰ diſcipu
lus. non temē affirmādū eſt. q̄a tacetur. Solet aūt
ſeipē iohānes ita ſig̃ficare & addere. quē diligebat
ihs. fortaſſis ḡ & hic ipē ē. ¶ Chriſo. Se aūt oc-
cultat humilitatis gratia. Etem̄ hic magnā recti-
tudinē enarrat. quō omnibꝰ fugientibꝰ ipē ſequit̄.
ſed ꝑponit ſibi petrū & ſuipiꝰ coactꝰ ē meminiſſe
vt diſcas qm̄ cerciꝰ aliῐs enarrat ea que facta ſunt
in atrio q̄ſi intus exn̄s. Succidit aūt ꝓꝓam laudē.
ſubdēs. Diſcipulus aūt ille erat notus pōtifici. & ī
trouit cū ihesu in atrium pontificis. Non em̄ hoc
vt magnum quid de ſeipſo ponit. ſed quia dixit.
ꝙ intrauit cum ihesu ſolus. vt non eſtimes hoc ex-
celſe mētis eē. addit cauſam. Igitur petrum veniſ-
ſe illuc. amoris fuit. non intraſſe aūt intra timoris
Vnde ſequit̄. Petrus aūt ſtabat ad hoſtiū foras.
¶ Alchui. Foris ſtabat qui negaturus erat domi
num. nec erat in xp̄o. qui xp̄m confiteri non erat
auſus. ¶ Chriſo. Sed quoniam & petrus intraſ-
ſet vtiꝗ domū ſi ei conceſſum eēt. indicauit ſubdēs
Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pon-
tifici. & īntroduxit petꝝ. Ideo aūt ipē eū nō introdu
xit. quia xp̄o adherebat & ſequebatur eum. Se-
quitur. Dixit ergo ancilla hoſtiaria. Nunquid &
tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille. Non
ſum. Quid dicis o petre? Nonne prius dixiſti? & ſi
oportuerit. animam meam ꝓ te ponam? Quid ergo
factum ē. quoniā nec hoſtiarie fers interrogatio-
nem? Non erat miles qui interrogabat. ſed hoſtia-
ria vilis. Neqꝫ dixit. ſeductoris diſcipulus es ſed
hominis illius. quod miſerētis erat. Dicit aūt nun-
quid & tu. quia iohannes intus erat. ¶ Auguſti.
Sed quid mirum ſi deus vera predixit. homo aūt
falſa preſumpſit? Sane in iſta. que iam cepta eſt.
negatione petri. debemus aduertere. non ſolum ab
eo negari xp̄m. qui dicit eum non eē xp̄m. ſed ab
illo etiam qui negat ſe eē xp̄ianum. Dominus ei
non ait petro. Diſcipulum meum te negabis.
ſed me negabis. Negauit ergo ipm̄ cum ſe negauit
eē diſcipulū. Quid aūt aliud iſto mō ꝙ̄ ſe negauit
eē xp̄ianum? Quāmulti poſtea etiā pueri & puelle
potuerūt mortē ꝓ xp̄i cōfeſſione contemnere. & re
gnum celorum fortiter introire. quod tunc iſte nō
potuit. qui claues regni eius accepit. Ecce vnde
dictum eſt. Sinite hos abire. quia quos dediſti
mihi. non perdidi ex eis quemꝙ̄. Vtiꝗ enim. pe-
trus ſi negato chriſto hinc iret. quid aliud ꝙ̄ per
iret. ¶ Chriſ. in ſermone de petro & helia. Idcir-
co aūt diuine ꝓuidētie ſecretū ꝑmiſit vt ꝑmus ipſe

laberetur petrꝰ. quo erga peccantes duriorem ſen
tentiam. ꝓpꝛi caſus intuitu temparet. Petrꝰ em̄ orb
terraꝝ doctor & magiſter peccauit. & veniā īpetra
uit. vt hec indulgētie norma & regula iudicātibꝰ p̄
beret̃. Idcirco ei n̄ āgelis ābitror commiſſam ſacdocij
ꝑtatē. ne cū ipī mīme peccarēt. in peccatoribꝰ ſine
mīa vindicarēt. Homo paſſibil' ſup̄ hoīes ordinat̃
vt dū ipē ī alijs ſuas recolit paſſiōes. mitē apꝺ eos
ſe ꝓbeat & benignū. ¶ Theo. Quidā tn̄ manē quā
dam grām appꝛantes petro dicūt ꝙ ideo negauit pe
trus qm̄ volebat ſemꝑ eē cū xp̄o. & ſeq̄ continue.
Nouit em̄ ꝙ ſi fateret̃ ſe eē de xp̄i diſcipulis. dimit=
teret̃ ab eo. & nō hrēt vltra ſpatiū ſeq̄ndi videndiq̃
dilectū. vn̄ ſimulabat ſe offitiū gerē miniſtrorū. ne
vultꝰ meſtitia ↄgnitꝰ excluderet̃. vn̄ ſeq̃t̃. Sta=
bāt aūt ſerui & miſtri ad prunas (q2 frigꝰ erat) &
calefaciebāt ſe. Erat aūt & petrꝰ ſtās cū eis & ca
lefaciēs ſe. ¶ Aug. Nō hyems erat & tn̄ frigꝰ erāt
q̄le ſolet etiā eq̄noctio verno accidē. ¶ Grego. ij.
mora. Jam aūt intꝰ a caritatis calore petrꝰ torpu
erat & ad amorē p̄ntis vite q̄ſi ad perſecutoꝝ pru=
nas infirmitate eſtuante recalebat. Textꝰ
¶ Pontifex aūt interrogabat ihesum de diſcipu
lis eiꝰ. & de doctrina eiꝰ. R̄ndit ihs. Ego palā lo=
cutus ſū mūdo. ego ſemꝑ docui in ſinagoga & ī tē
plo. q̊ oēs iudei cōuenerūt. & in occulto locutꝰ ſū ni
hil. Quid me īterrogas? Interroga eos q̊ audierūt.
quid locutꝰ ſū ipīs. Ecce hij ſciūt. q̊ dixerim ego.
¶ Chriſ. Quia xp̄o nullū crimē inferre poterant.
de diſcipulis interrogabāt. vn̄ dī. Pōtifex aūt in=
terrogabat ihm̄ de diſcipulis eiꝰ. fortaſſis vbi erāt
vel cuiꝰ grā eos collegit. Hoc aūt dicebat q̄ſi ſedi=
tōſū & nouarū reꝝ factorē eū redarguere volens.
q̄ſi nullo alio attēdēte ei ꝙ eiꝰ diſcipulis. ¶ Theo.
Explorat inſuꝑ de doctrina. vn̄ ſequit̃. Et de do=
ctrīa eiꝰ. cuiuſmōi ſcʒ foret. vtrū a lege diſcrepās
& aduerſa moyſi. vt exinde occaſiōe cōcepta vt dei
emulū ꝑdat. ¶ Alchui. Nō em̄ cognoſcēde verita
tis amore interrogat. ſed vt cāʒ inueniret q̊ eū ac
cuſare potuiſſet. & tradē romano p̄ſidi ad dānādū
Sed dn̄s ita tēꝑauit r̄nſionē. vt nec veritatē tacēt
nec ſe defendē videretur. Sequit̃ em̄. R̄ndit ihs.
Ego palā locutꝰ ſū mūdo. ego ſemꝑ docui in ſina=
goga & in tēplo q̊ oēs iudei cōuenerūt. & ī occul=
to locutꝰ ſū nihil. ¶ Augu. Nō p̄tereūda naſcitur
hic q̄ſtio. Si em̄ ipīs diſcipulis non loq̄bat̃ palā.
ſed horā ꝓmittebat qn̄ palā fuerāt locuturꝰ. quō pa
lam locutus ē mūdo? Deīn ipīs diſcipulis ſuis mul
to maīfeſtiꝰ loq̄bat̃. qn̄ cū eis erat remotꝰ a turb.
tūc eī & ꝑabolas apiebat. q̄s clauſas ꝓferebat ad
alios. Sed intelligēdū ē ita eū dixiſſe palā locutꝰ
ſū mūdo ac ſi dixiſſet. Multi me audierūt. & rurſꝰ
nō erat palā. q2 nō ītelligebāt. & ꝙ ſeorſū diſcipu
lis loq̄bat̃. nō ī occulto vtiq3 loq̄bat̃. Quis nāq3 in
occulto loq̃t̃ q̊ corā tot hoibꝰ loquit̃. p̄ſerti ſi hoc
loquit̃ paucis. quod ꝑ eos velit innoteſcē multis.
¶ Theophi. Reminiſcit̃ aūt hic ꝓphetie q̊ dicit.

Non in occulto locutus ſum. nec in occulto terre te
nebroſo. ¶ Chriſo. Vel locutus eſt quidē in occul
to. ſ; n̄ vt hij eſtimabāt trepidās & ſeditoꝝ faciēs.
ſed vbi multorū auditōe. ſuperiora erant. que dice
bantur. Volens aūt ex ſuꝑabūdantia fidedignum
cōſtituere ſuū teſtimoniū. ſubdit. Quid me interro
gas? Interroga eos qui audierūt. quid locutus ſū
ipīs. Ecce hij ſciunt que dixerim ego. q̄ſi diceret.
Tu me de meis interrogas. interroga inimicos me
os qui inſidiant̃ mihi. Sūt aūt hec verba cōfiden
tis in coꝝ que dicta erāt. veritate. Hec eſt em̄ veri
tatis inaltricabilis demonſtratō. cum inimicos q̊s
inuocat teſtes. ¶ Augu. Ipa em̄ que audierant.
& non intellexerāt. talia erāt. vt non poſſent iuſte
ac veraciter criminari. Et q̊tienſcū q3 interrogando
temptarunt vt inuenirēt vnde accuſarēt eū. ſic eis
reſpondit. vt om̄es coꝝ retunderent̃ doli. & calum
nie coꝝ fruſtrarentur. Textꝰ
¶ Hec aūt cum dixiſſet. vnus aſſiſtēs miniſtrorū
dedit alapam iheſu dicēs. Sic reſpōdes pontifici?
Reſpondit iheſus. Si male locutus ſum teſtimo=
nium perhibe de malo. Si aūt bene. quid me cedis?
Et miſit eum annas ligatum ad cayphām. pontifi
cem. ¶ Theophilus. Cum iheſus aſtantium inter
pellaſſet teſtimoniū. volens ſe miniſter excuſare ꝙ
non eſſet de hijs qui admirabātur iheſum. ꝑcuſſit
eum. Vnde dicitur. Hec aūt cum dixiſſet. vnꝰ aſ=
ſiſtens miniſtrorū dedit alapam iheſu dicens. ſic
reſpondes pontifici? ¶ Auguſtinꝰ. de con. euā. ge.
Hic ſane oſtenditur ꝙ annas pontifex erat. nondū
em̄ erat miſſus ad cayphām. cum hoc diceret̃. Et
hos duos annam & cayphām pontifices. comme=
morat etiam lucas in initio euāgelij ſui. ¶ Alchu
inus. Hic impletur prophetia. Dedi maxillam me
am percutientibus. Sed iheſus iniuſte percuſſus.
manſuete reſpondit. Vnde ſequitur. Reſpondit ei
iheſus. Si male locutus ſum teſtimonium perhibe
de malo. Si aūt bene quid me cedis? ¶ Theophi=
lus. quaſi diceret. Si habes ex hijs que nunc a me
prolata ſunt. reprehendere. oſtende ꝙ male dixe=
rim. Quod ſi nequis quid furis? Vel etiam ſic. Si
perperam docui cum in ſinagogis docebam. certifi
ca principem ſacerdotum. Qꝫ ſi recte docui. ita vt
etiam vos miniſtri miraremini. quid me nunc ce=
dis. quem prius admirabaris? ¶ Auguſtiꝰ. Quid
iſta reſponſiōe verius? māſuetius? iuſtius? Qui em̄
accepit alapam. numquid vellet eū qui percuſſit.
aut celeſti igne conſumi? aut terra dehiſcente
ſorberi? aut correptum demonio volutari? aut
etiam alia huiuſmodi qualibet pena vel etiam gra=
uiore puniri? Quid horum per potentiam iubere
non potuiſſet. per quem factus eſt mundus? niſi
patientiam nos docere maluiſſet. qua vincitur mū
dus? Hic dicet aliquis. cur non fecit quod ipſe
precepit? percutienti ſcilicet non ſic reſpondere.
ſed maxillam debuit alteram prebere. Quid ꝙ
& māſuete reſpondit? & non ſolum alterā maxillā

iterum percuſſuro · ſed totum corpus figendum pre
parauit in ligno · & hic pocius demõſtrauit ſua il-
la precepta patientie nõ oſtẽtatõe corporis. ſed cor
dis preparatõe fienda. Fieri em̃ poteſt vt alteram
maxillam viſibiliter homo prebeat iratus. quanto
ergo melius & reſpondet vera placatus. & ad per-
ferenda grauiora tranquillo animo fit paratus.
¶ Chriſ. Quid igitur cõſequens erat. niſi aut redā
guere aut acceptare quod dictũ eſt? ſed hoc nõ fit.
ea em̃ que fiebant. nõ erãt iuditiũ. ſed ſeditõ & tirā
nis. Non inuenientes aũt quid plus facerent. mit-
tunt eum ligatum ad caypham. vnde ſequitur. Et
miſit eum annas ligatum ad cayphā pontificem.
¶ Theophi. Suſpicãtes hunc cum aſtutior eſſet
excogitare aliquid poſſe aduerſum ihesum dignum
morte. ¶ Auguſtinꝰ. Ad illum aũt ſicut matheꝰ
dicit. ab initio ducebatur quoniam ipẽ erat illius
anni princeps ſacerdotum. Alterius quippe intelli
gẽdi ſũt ſolere annis agere põtificatũ. & credẽdũ
eſt ſcd̃m voluntatem cayphe id eſſe factũ. vt ihe-
ſum primo ad annam ducerẽt. vel etiam domos eo-
rum ita fuiſſe poſitas. vt non deberet annas a trãſe
untibus preteriri. ¶ Beda. Qꝫ aũt dicit ligatum.
non ſic intelligendum ꝙ tunc tm̃ fuerit ligatꝰ. ſed
tũc ligatus eſt cum eſt captꝰ. itaqꝫ ligatũ ad cay
pham miſit. ſicut ſibi fuerat preſentatus. ſiue fieri
potuit. vt ad horam ſolueretur quatñs diſcuteret̃.
& poſt hoc diſcuſſus iterum ligaret̃. & ſic ad cay
pham mitteretur. Textus

¶ Erat aũt ſimon petrus ſtans & calefaciens ſe.
Dixerũt ergo ei. Nunquid & tu ex diſcipulis eiꝰ
es? Negauit ille. & dixit. Non ſum. Dicit vnus ex
ſeruis pontificis. cognatꝰ eius cuiꝰ abſcidit petrꝰ
auriculam. Nonne ego te vidi in orto cum illo? Ite
rum ergo negauit petrꝰ. & ſtatim gallus cãtauit

¶ Auguſti. Cum dixiſſet euangeliſta ꝙ iheſum
ligatum miſerat annas ad cayphā. Reuerſus eſt
ad locum narratõis. vbi reliquerat petrũ. vt expli
caret quod in domo anne de trina eius negatõe cõti
gerat. Vnde dicitur. Erat aũt ſimon petrus ſtans
& calefatiẽs ſe. Hic recapitulat quod ante iam dix
erat. ¶ Chriſo. Vel multo ſtupore detinebatur.
qui feruidus erat. vt deducto iheſu de cetero nõ mo
ueretur. Sed hoc fit. vt diſcas. quanta nature ſit
imbecillitas. cum deus hominem dereliquerit. & in
terrogatus rurſus etiam negat. Vnde ſequitur.
Dixerunt ergo ei. Nũquid & tu ex diſcipulis eiꝰ
es? Negauit ille. & dixit. non ſum. ¶ Auguſtinꝰ
de cõ. euan. Hoc loco inuenimus non ante ianuam
ſed ad focum ſtantem ſecundo negaſſe petrum. qđ
fieri non poſſet. niſi iam rediſſet poſtea ꝙ̃ foras exi
erat. vt matheus dicit. Neqꝫ em̃ iam exierat. & fo-
ris vidit eum altera ancilla. Sed cum exire eũ vi
dit id ẽ cum ſurgeret. & exiret. animaduertit eum
& dixit hijs qui erãt ibi. id eſt qui ſimul erant ad
ignẽ intus in atrio. Et hic cũ iheſu nazareno erat
Ille aũt q̃ foras exierat. hoc audito. rediẽs iurauit

illis contrainitentibꝰ quia non noui hominem. De-
inde in eo ꝙ iohannes hic ait dixerunt. Nunquid
& tu ex diſcipulis eiꝰ es? qđ redeũti & ſtãti dictũ
intelligimus. Hoc eꝙ̃ confirmatur. non illam tm̃
alteram ancillam quam cõmemorat. in hac ſecũda
negatõe matheus & marcus. ſed & alium quendā
cõmemorat lucas cum petro illud egiſſe. Vnde io-
hannes dicit. Dixerunt ergo ei. Iohannes aũt ſe-
cutus de tercia petri negatione ita explicat. Dicit
vnus ex ſeruis pontificis. cognatus eius cuius ab
ſcidit petrus auriculam. Nonne ego vidi te in orto
cum illo? Quod matheus & marcus non ſingulari.
ſed plurali numero enuntiant. eos qui cum petro
agebant. cum lucas vnum dicat. Iohãnes quoqꝫ
vnum eum cognatum eius cuius abſcidit petrus
auriculā. facile eſt intelligere aut pluralem nume
rum pro ſingulari vſitata locutione vſurpaſſe. Ma
theum & marcum. aut ꝙ vnus maxime tamꝙ̃ ſci
ens & qui eum viderat affirmabat. Ceteri aũt ſecu
ti eius fidem petrum ſimul vrgebant. ¶ Chriſo.
Sed neqꝫ ortꝰ in memoriam eum reduxit eorum
que ibi dicta ſunt. Neqꝫ multa dilectio quam illic
per verba multa oſtendit. Vnde ſequitur. Iterũ
ergo negauit petrus. & ſtatim gallus cantauit.
¶ Auguſtinꝰ. Ecce medici completa eſt p̃dictio.
egroti conuincta preſumptio. Non em̃ factum eſt.
quod ille dixerat. animam meam pro te ponam.
ſed factum eſt. quod ille predixerat. Ter me nega
bis. ¶ Chriſoſtomus. Euangeliſte vero cõcordi-
ter negationem petri ſcripſerunt. non diſcipulum
accuſantes. ſed nos erudire volentes. quantum ma
lum ſit. non deo totum concedere. ſed in ſemetipſo
confidere. ¶ Beda. Miſtice aũt per primā petri ne
gatõez illi deſignãtur. qui ante paſſiõz ipiꝰ negaue
runt eum eſſe deum. Per ſecũdaz vero illi qui poſt
reſurrectiõez eius in diuinitatẽ pariter & humani-
tatem offenderũt. Item per primũ galli cantũ. ipiꝰ
deſignatur capitis reſurrectio. Per ſecundũ illa q̃
in fine celebrabit̃ totiꝰ corporis. Per p̃mam aũt
ancillam que petrum negare coegit. deſignatur cu
piditas. Per ſecundam. carnalis delectatõ. p vnũ
ſeu plures ſeruos demones q̃ ſuadẽt xp̃m negare.

¶ Adducunt ergo iheſum ad caypham in preto
rium. Erat autem mane. & ipſi non introierunt in
pretorium. vt non cõtaminarẽtur. ſed vt manduca
rent paſcha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras &
dixit eis. Quam accuſationem affertis contra homi
nem hunc? Reſponderunt & dixerunt ei. Si non
eſſet hic malefactor. non tibi tradidiſſemus eũ.
Dicit ergo eis pilatus. Accipite eum vos & ſcd̃m
legem veſtram iudicate eum. Dixerũt ğ ei iudei.
Nobis non licet interficere quemquam. vt ſermo
iheſu impleretur. quem dixit. ſignificans qua mor
te eſſet moriturus. ¶ Auguſtinus. Redit
euangeliſta ad locum narrationis ſue vbi eam re-
liquerat. vt explicaret petri negatõz. vnde dicit̃.

Adducunt ergo iheſum ad cayphaz in pretorium.
Ad caypham quippe ab anna collega & ſocero ei⁹
dixerat miſſum. Sed ſi ad cayphã. cur ad pretori
um? q̃d nil aliud vult intelligi. ꝙ vbi p̃ſes pilatus
habitauit. ¶ Beda. Pretoriũ em̃ dr̃ ſedes p̃toris.
Pretores vero dicũtur p̃fecti. ſiue p̃ceptores. eo ꝙ
ciuibꝫ precepta donẽt. ¶ Aug⁹. Aut igitur aliqua
vrgẽte cauſa de domo anne. q̃ ad audiendũ ambo cõ
uenerant. Cayphas prexerat ad p̃toriũ preſidis &
ſocero ſuo iheſũ reliq̃rat audiendũ. Aut in domo
cayphe pretoriũ pilatus acceperat. & tãta domus
erat vt ſeorſum habitãtem dominũ ſuũ. ſeorſũ iu-
dicem ferret. ¶ Aug⁹. de cõ. euan. Tamen ad ipſũ
caypham ab initio ducebat̃ ad quẽ in extremo p
ductus eſt. Sed q꞉ iam tãꝙ cõuictum reum addu-
cebãt. Cayphe aũt iã antea viſũ fuerat vt iheſus
moreret̃. nulla mora interpoſita eſt. quin occidẽd⁹
pilato traderet̃. Sequit̃ erat aũt mane. ¶ Chriſ.
Anteꝙ̃ gallus cãtaret ad caypham ducit̃. mane
vero ad pilatũ. Per que demõſtrat euangeliſta.
quoniã p totum intermediũ noctis. a caypha int-
rogatus in nullo redarguitur. & idcirco miſit euz
pilato. Sed illa alijs dimittẽs enarrãda. ipẽ q̊ſiuit
quod deinceps ẽ. Sequit̃ em̃ & ipi nõ introierũt
in pretorium. ¶ Aug⁹. Hoc eſt ĩ eam partẽ dom⁹
quam pilatus tenebat ſi ipſa erat domus cayphe.
Cur aũt non introierũt expõit ſubdẽs. Vt nõ cõ-
taminarẽtur. ſed manducarent paſcha. ¶ Chriſ.
Quoniã tunc iudei faciebãt paſcha. Ipẽ vero ante
vnam diem tradidit paſcha. reſeruãs ſuã occiſionẽ
ſexte ferie quãdo vetus paſcha fiebat. vel paſcha
dicit totum feſtum. ¶ Aug⁹. Dies em̃ agere cepe
rãt azimoꝝ. quibꝫ diebꝫ cõtaminatõ illis erat. ĩ alie
nigene habitaculũ intrare. ¶ Alchu. Paſcha
em̃ proprie dicebat̃ dies illa qua agnus ad veſperã
quartadecima luna occidebat̃. Septem vero dies
ſequentes. dies azimoꝝ dicebantur in quibꝫ nihil
fermẽtatum in domibꝫ eoꝝ debuit inueniri. Sed
tamẽ dies paſchalis inuenitur inter dies azimoꝝ.
vt apud matheũ. Prima aũt die azimorũ acceſſe-
runt diſcipuli ad iheſum dicentes. vbi vis parem⁹
tibi comedere paſcha? Paſcha etiã dies azimoꝝ in
ueniuntur nominati. ſicut hic. vt mãducarent pa
ſcha. Paſcha em̃ non immolatõez agni hic notat.
que fiebat quartadecima luna ad veſperã. ſed ma-
gnam ſolennitatẽ que. xv. luna celebrabatur. poſt
agni immolatõez. quartadecima em̃ luna dominus
ſicut & alij iudei paſcha celebrauit. Quintadecima
luna quãdo magna ſolennitas celebrabatur eſt cru
cifixus. Quartadecima vero luna cepit ẽẽ ĩmolatõ.
ex quo capt⁹ ẽ ĩ orto. ¶ Aug⁹. O impia cecitas.
alienigene iudicis pretorio cõtaminari timebãt.
& fratris innocentis ſanguinem non timebãt. Nã
ꝙ etiam dominus erat & vite dator qui occidebat̃
nõ eorum cõſciẽtie ſed neſciẽtie deputet̃. ¶ Theo.
Sed pilat⁹ vt cũqꝫ procedẽs mitius ipẽ idẽ egredi
tur. Vnde ſequit̃. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras

Hec autem erat conſuetudo iudeorum. vt quem mor
tis reum iudicarẽt. vinctũ preſidi traderẽt. vt dũ
preſes vinctũ cerneret. intelligeret morti addictũ.
¶ Chriſ. Sed videns eũ ligatũ & a tot adductũ.
non eſtimauit hoc argumentum eſſe inaltricabile
accuſatõis. ſed interrogat. Vnde ſequit̃. Et dixit
eis. Quam accuſationem affertis aduerſus hominẽ
hunc? Incõueniens em̃ dicit eſſe iuditiũ eos rapuiſ
ſe. ſupplitiũ aũt illi cõcedere. Sed illi renuẽtes ex
directo accuſatõez. & cõiecturis quibuſdã vtunt̃.
Vñ ſequit̃. Reſponderũt & dixerũt. Si non eſſet
hic malefactor. non tibi tradidiſſemus eũ. ¶ Au-
gu. Interrogent̃ atqꝫ reſpondeãt ab inmũdis ſpi-
ritibꝫ liberati. ceci vidẽtes. mortui reſurgentes. &
quod omnia ſuperat. ſtulti ſapiẽtes. vtrum ſit ma-
lefactor iheſus. ſed iſta dicebant de quibꝫ per pro-
phetã iam ipẽ predixerat. Retribuebãt mihi ma-
la pro bonis. ¶ Augu. de con. euã. Sed vidẽdum
eſt ne cõtra ſit. quod lucas dicit. certa ĩ eo dicta ẽẽ
crimina. Ceperũt aũt illum inquid accuſare. dicẽ-
tes. Hunc inuenimus ſubuertẽtem gentem noſtrã.
& prohibentem tributa dari ceſari. & dicentem ſe
xp̃m regem eſſe. Sed ſecũdum iohannem videtur
iudei noluiſſe dicere crimina. vt eorum autoritatẽ
ſecutus pilatus. quid ei obijcerent. deſineret querẽ
ſed ob hoc tm̃ nocẽtem crederet. ꝙ ſibi ab eis tradi
meruiſſet. Ergo intelligere debemus & hoc dictũ
eſſe. & illud quod lucas cõmemorauit. Multa em̃
dicta & multa reſponſa ſunt. Vnde in narratõnẽ
ſuam quiſqꝫ poſuit. quod ſatis eſſe iudicauit. Nam
& ipẽ iohannes dicit quedam que obiecta ſũt que
ſuis locis videbimus. Itaqꝫ ſequitur. Dicit g̊ eis
pilatus. Accipite eum vos & ſecundum legem ve-
ſtram iudicate eũ. ¶ Theo. q̃ſi. d. Quoniã ad votũ
iuditiũ poſcitis & ſupbitis. ac ſi nihil vnꝙ̃ ꝓpha
nũ egeritis. accipite vos & dãnate. Ego nãqꝫ ne-
quãꝙ̃ talis iudex effitiar. ¶ Alchu. Vel hoc di-
cit. quaſi diceret. vos qui legem habetis. ſcitis q̃d
lex de talibꝫ iudicet. ſm̃ quod iuſtum eſſe ſcitis.
ita facite. Sequitur. Dixerunt ergo iudei. nobis
non licet interficere queꝙ̃. ¶ Augu. Sed nonne
lex eis precepit ne malefactoribꝫ. p̃ſertim ſeducto
ribꝫ (adeo qualem iſtum putabant) parcant? Sed
intelligendum eſt eos dixiſſe non ſibi licere inter
ficere queꝙ̃. propter feſti diei ſanctitatem. quem
celebrare iam ceperant. Ita ne omnem ſenſum ni-
mia malitia perdidiſtis. vt ideo vos a ſanguine in-
nocentis impollutos eſſe credatis. quia eum funden
dum alteri traditis. ¶ Chriſoſt. Vel ideo ipſi eum
non interfecerunt. quia multum de poteſtate eoruz
abſciſum erat eis. romanis rebus ſubiacentibus.
Vel aliter. quia dixerat eis. Scd̃m legem veſtraz
interficite eum. volentes oſtendere ꝙ peccatum ei⁹
non eſt iudaicum. dicunt. Non licet nobis. Non
enim ſcd̃m legem noſtram peccauit. ſed crimen
eius eſt publicũ. quia ſe regẽ dixit. Vel quia eum
crucifigi cupiebãt. vt etiã mõ mortis eũ diffamẽt.

Non autem licebat eis crucifigere. Sed ꝙ alio mo
do interficiebant· monſtrat ſtephanus ab eis lapi=
datus· Et ideo ſubdit· vt ſermo ihesu impleretur·
quē dixit· ſignificās qua morte eſſet moriturꝰ· quo
niā ſcȝ iudeis crucifigere nō licebat· Aut dicit hoc
euangeliſta qm̄ non ab eis ſolū· ſed & a gētibꝫ de=
bebat interfici· ¶ Auguſti· Hic enī legimꝰ apud
marcū· vbi ait. Ecce aſcendimꝰ hieroſolimā & fi=
lius hoīs tradetur principibꝫ ſacerdotū & ſcribis· &
tradēt eū gentibus· Pilatus aūt romanꝰ erat· eūq̄
in iudeā romani preſidē miſerāt. Vt ergo iſte ſer=
mo ihesu impleretur· i· vt eum ſibi traditum gentes
interficerent . noluerunt eum accipere. dicentes·
Nobis non licet· Textus

¶ Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus·
& vocauit ihesum· & dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ?
Et reſpondit ihesus· A temetipſo hoc dicis· an alij
dixerūt tibi de me? Reſpōdit pilatus Nūquid ego
iudeus ſum? gens tua & pōtifices tui tradiderunt te
mihi quid feciſti? Reſpondit ihesus. Regnū meū
non eſt de hoc mundo· Si ex hoc mūdo eſſet regnū
meum. miniſtri mei vtiq̄ decertarent. vt non trade
rer iudeis· Nunc aūt regnum meum non eſt hinc·
Dixit itaq̄ ei pilatus. Ergo rex es tu? Reſpondit
ihesus. Tu dicis· quia rex ſum ego· Ego ī hoc na=
tus ſum. & ad hoc veni in mundum· vt teſtimoniū
perhibeam veritati· Omnis qui eſt ex veritate· au
dit meā vocem· Dixit ei pilatꝰ · quid ē veritas?
¶ Chriſo. Pilatus ab odio iudeorum eripi volēs
iuditium non protraxit in longum· Vnde dicitur·
